



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

II. Vita S. Matris Teresæ De Iesu, quam sua ipsamet manu, iussu  
Confessarij sui, scripsit. Sub finem adduntur quædam, ex Schedis S. Matris  
collecta per R. P. F. Mag. Luisium Legionensem Ord. S. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**



REV. MATRIBVS, PRIORI  
ANNAE DE IESV,  
ET ALIIS MONIALIBVS  
CARMELITANIS DISCALCEATIS,  
CONVENTVS MADRITENSIS, M. F. LVISIVS  
Legionensis, salutem in Domino nostro  
IESV CHRISTO.

**S**ANCTAM Matrem Teresam de IESV, dum in terra inter ho-  
mines azeret, nec noui, nec vniquam vidi; sed iam in caelis viuentem  
& noui, & in duabus viuis, quas nobis reliquit sui imaginibus, filia-  
bus inquam, & libris suis penes semper praesentem intueor; qua, ut  
quidem cenfeo excellentium virtutum eius, etiam certissimi sunt ce-  
stes, & omni exceptione maiores. Si enim vultus illius lineamenta  
coram viderem, ex ijs de facie, & corporis forma formare iudicium  
possem; si vero eam loquentem audissem, ipsa mihi verba animae illius virtutem aliquo  
modo declarassent. Sed primum illud iudicium commune quid esset; secundum vero illu-  
sionibus, & errori patere posset. At in duabus illis, in quibus eam modo video imaginibus ni-  
hil tale metuendum est: nam, ut bene docet Sapiens, ex filijs dignoscitur homo. quos enim  
quisque ex hac vita decedens, ex se relinquit fructus, & soboles, vitae ipsius certissimi sunt  
testes. Huius item opinionis fuit Saluator noster Iesus, quando in Euangelio, quoddam da-  
turus signum, e quo malus, a bono dignosci queat, non nisi ad fructus nos remittit, dicens:  
ex fructibus eorum cognoscetis eos. Adeo ut S. Matris Teresae virtus & sanctimo-  
nia, quae ipsam coram videndo, incerta & dubia mihi videri potuissent; iam, cum eam pro-  
fus non video, sed illius libros, & opera manuum eius, ipsius inquam filias, assidue intueor,  
certissima aequae ac apertissima esse videatur. Nam e virtute, quae in omnibus eius filiabus  
reliet, eximia illa cognoscitur gratia, quae Deus Opt. Max. affecit eam, quam in noui hu-  
mi miraculis ut tale enim existimari & haberi debet, id quod Deus in illis & per illas mo-  
do operatur matrem delegit. Si enim illud miraculi nomine appellamus, quod praeter com-  
mune

A

munere

S.  
Theresia

Opera

N VII

186



munem naturæ ordinem sit, hoc sanè in facto tam multa extraordinaria, & noua videre est, vt qui hoc miraculi nomine vocat, v alidè parum dicat, quod plurimorum miraculorum sit velut connexio & cõkursus. Miraculum quippe est, mulierem, & quidè solam, ordinem integrum, tam mulieribus, quàm viris constantem, ad primæuam integritatem, & vigorem reduxisse. Miraculum quoq; est, magna illa perfectio, ad quã deinde eos renouauit. Tertio deniq; ac maximum miraculum est, quod Ordo ille, tam paucis annis, & quidem tam tenuibus ortus principijs, ita se per orbem vniuersum diffuderit, ac propagarit: adeo vt horum singula, singulari per se digna sint consideratione, & admirationem mereantur. Cũ enim feminariũ non sit docere, vt Apost. Paulus monet, sed doceri; nemo noui videret, nouũ quoddã miraculum esse, mulierem imbellem & imbecillè ralem animũ habuisse, vt tam magnũ opus ausa sit aggredi; itã prudentem quoq; & potentem fuisse, vt ipsum persiceret, & ad exitũ perduxerit, atq; hominum quibuscum agebat animos, quod illas ad Deum traheret, velut rapuerit, per eam ipsas viam, qua sensualitati directè contraria erat, ad se inuitandam ac sequendam inuitas. E quo efficio Deum Opt. Max. prout mihi quidem videtur, hisce temporibus, quibus Demon ob maximam infidelium, qui ei adheret multitudinem, & ob mirabilem tot hereticarum gentium partes eius sequentiã perniciã iam, deniq; ob immensa fidelium, cum ipso conspirantium flagitia velut triumphare videtur, ad eum deprimendam, ac ludibrio exponendam, ei non generosum aliquem bellatorem, doctrina armis vndequis, communitum, sed miseram mulierculam, quã sola eam in arenam promoueret, vexillum contra ipsum extolleret, & palam nota: militum copias aduersus illum colligeret, quia eum debellarem, ac protererent, vires potentiamq; eius omnẽ eliderent, opponere voluissent, voluisse, inquam, ad summã suam potentiam adhuc apertius ostendendam, vt hisce temporibus, quibus tam multa hominum millia, hi quidè peruersis ac deprauatis suis ingenijs, illi vobis corruptis suis moribus ac vita flagitiosa, regnum illius vastant, ac destruant, multo quod illa ingenia hominum illuminaret, & multorum, qui quotidie ad ingentia hæc damna refecti exoriantur & crescant, mors componeret. Præterea ad oculum hoc senescens Ecclesie anno ostendere voluit gratiam suam neutiquam senescere, nec iam minorem esse spiritus sui potentiam, quã in primis, ac florentibus Ecclesie temporibus fuit, cum idem, aut prope idẽ, & quidem per infirmiora, si naturã & sexum spectemus, instrumentatã faciat, quod tunc eum fecisse legimus. Quid enim vita & est hoc secundum miraculum, quã dicitis, & perfectio in qua vestra vos Mater fundauit, & viuere dedit, est aliud, quam verissimũ & expressissimum sanctitatis primitiua Ecclesie exemplar: Quod enim in temporum illorum legimus historijs, re ipsa idem est cum eo, quod iam ad oculum in moribus vestris videmus, & vita vestra ratio illud nobis opere ipso spectandum exhibet, quod ante, eo quod illius exercitium iam prope in desuetudinem venerat, solum in charta & nudis verbis consistere videbatur; & quod caro inter legendum miratur, vixq; credere potest, hæc iam in Maternitate vestra, sodalibusq; vestris adimpletũ cernit. Cũ enim ab omni eo, quod Deus non est, sequestrata sint, se totas in diuini sponsi sui brachia sola tradiderint, ac iteq; se illa deuinxerint, heroicis & viriles animos in tenellis & imbellibus virginũ corporibus preferendo Philosophiam longè altissimam & nobilissimam, quam hactenus vix illius mente concepit,







velut pulcherrimi quidam flores, temporis huius sterilitatem & infecunditatem nimiam quantum exornantes; vel certè inter meliora Ecclesie membra numeranda sint, acrima potentie CHRISTI IESU testes manifesta que suprema eius virtutis argumenta, & expressissima imagines dici queant. Hac autem de prima Sancta Matris imagine, de Filiiabus & sectatricibus inquam illius dicta sufficiant. Altera autem, scripta videlicet & libri eius, ut dixi, non minus evidens, & miraculosa est: utpote in quibus ipse Spiritus Sanctus Sanctam Matrem haud dubiè incomparabile, & rarissimum quoddam esse voluit exemplum. Nam in rerum quas tractat sublimitate, & qua eas declarat subtilitate & perspicuitate multorum ingenia longè antecellit. Quoad puritatem verò sermonis, & facilitatem styli, verborumque gratiam, scitam structuram & in affectam elegantiam, que legentibus, quam gratissima est, nihil esse puto in vernaculo nostro idiomate conscriptum, quod hisce Sancta Matris scriptis queat conferri. Ut quoties illa lego, non possum, non semper, tamquam si iam de nouo ea legerem, summo pere eadem mirari, & in plurimis, diversisque illorum locis, non hominis spiritum loquentem audire videar; sed Spiritum Sanctum multis in locis per eam, & in ea locutum, manumque ac calamus eius direxisse, certè non mihi persuadeam: quod tum è lumine & claritate, qua res obscurissimas elucidat, tum ex igne, qui per verba ipsius in legentium cordibus accenditur, apertissime patet. Inter plurimos autem, quos lectores hinc haurient fructus, duo potissimum elucet, permagna (ut mihi videtur) efficacia. Primus est, quod lectorem hæc scripta ad virtutum iter capessendum invitent, ipsi inquam iam ingresso id quam facillimum videri faciant, & reddant. Alter, quod virtutis ac simul Dei amorem illi instillent. Quoad primum enim, Deum mirabili quodam modo anima oculis spectandum velut objicit, & quam is inuentu facilis, invenièntibus autem suaavis, & amabilis sit, manifestissime exhibent. Quoad secundum autem, celestem quandam ignem in anima accendunt, qui eam inflammat, consumit, & annihilat, non solum per omnia, que in illis continentur verba, sed etiam illorum singula. Et dum omnes, que in eo sunt difficultates ab oculis & sensibus eius submouent (non quidem ut penitus non appareant, sed ut eas flocci faciat) eam non solum ab abusu & illusionem, quam umbratica, & falsa ei imaginatio sugerebat, liberam & immunet præstant, verum etiam omni, quam in se sentit grauedine, & tepore ablatis maxime illam animant & corroborant, & (si dicere fas sit) adeo illam boni, quod spectat, amorè & desiderio accendunt, ut ad ipsum habendum præsummo quo aestuat ardore, quanto citius euolet. Ingens enim, qui in S. Matris pectore viuebat, & ardebat, astus etiam foras prorupit verbis velut adhærens, ut quocumque ferantur, ingens secum incendium, & flammam trahant. Cuius rei Vestras Mater nitet certas esse testes noui, quod vniua & expressissima illius sitis exemplaria. Quotiescumque enim libros S. Matris Vestra legi, vos ipsas loquentes audire mihi visus sum & contra quoties vos filias, audiui loquentes, toties me Sancta Matris vestra scripta legere existimaui. Cuius rei, qui experientiam & periculum facere voluerint, verum me dicere comperient: illi quippe videbunt lumen, & eandem ingenij in rerum ad spiritum spectantium, esto subtilitatis & difficilium tractatione sublimitatem, eandem quoque, in illis explicandis ac declarandis facilitatem, ac suauitatem, dexteritatem eandem & discretionem; eandem quoque, ingenij



finium sentient, hyssem accedentur desiderijs, eandem deniq, videbunt sanctitatem, non  
 fictam eam & apparentem, aut miracula patrem, sed quoad substantiam, ita in omni  
 conuersatione infusam, vt interdum, etiam de Deo sermonem non miscendo, animas illius  
 amore inflammatas, & astuantes relinquunt: adeo vt (quo ad id, quod initio dicebam  
 rē) esto cum cum inter homines ageret, non viderim, in suis in scriptis, & sectatricibus  
 omnibus, aut potius, in solis vobis, quae eius estis filia, vitamq, illius & mores plus aliis imi-  
 tando exprimitis, & viuum librorum, ac scriptorum eius exemplar atque Ectypum estis,  
 solum ipsam videam. Quae illius scripta, quoniam mihi à regio concilio eadem recensere, ac  
 relegere iniunctum est, quo in lucem prodire possint, iure meritoque sancto vestro Conuen-  
 tu dedicati esse mihi videor, vt & re ipsa dedico, ob magnum quem in iis recensendis capi  
 laborem: non solum enim in illis delegendis, & examinandis, prout mihi Concilium impe-  
 rat, verum etiam cum suo autographo (quod multos dies penes me fuit) conferendis, &  
 primo suo nitore & puritate, prout sancta Mater, sua manu illa scripsit, restituendis, ni-  
 hil vt in hi, nec quo ad verba, nec quo ad materiam immutarem, sudandum fuit: quae enim  
 ex Autographo descripta erant exemplaria, vel negligentia, vel audacia, vel ignorantia de-  
 scribuntur, nimium quantum interpolata erant. Nam nimis quam magna fuit auda-  
 cia, illa mutare, quae scripsit illa, in cuius pectore Deus habitabat, & quam ipsamet Diui-  
 na Maestas (vt quidem verisimile sit) hac vt scriberet mouerat, quin & stupor sane inco-  
 lerabilis, verba illius velle corrigere: si enim Castellana lingua probe callentes fuissent, vi-  
 dissent indubie S. Tereciam ipsammet illius esse elegantiam. Nam esto quibusdam in locis  
 scripti sui, antequam sententiam & periodum cepta absoluat, alias interserat, & inchoa-  
 ta narrationis filium non raro per rem aliquam extra propositum incidentem abrum-  
 pat, tamen vsque adeo dextrè & scitè frustillum hoc assutum interserit, vt hoc ipsum vi-  
 tum, orationi venustatem etiam quandam conciliet, vt subnigra faciei pulcherrima ma-  
 cula, adeo vt hoc ad primogeniam integritatem, & puritatem reduxerim. Sed quia nihil  
 vsq, adeo bonum est, in quo maleuoli, ac maligni non aliquid quod carpant inueniant, non  
 adeo refuturum est (interim vos simul alloquendo) quam breuissimè cogitationibus non nul-  
 lorum respondere. Hisce in libris narrantur Reuelationes, & de rebus agitur interioribus,  
 quarum in oratione vsus est, quae à communi hominum sensu & moribus nimium quantū  
 distat, hinc non nemo forte dicturus est, non oportere reuelationes (quod res dubia  
 & incerta sit) euulgari, & in lucem prodire; interiorē verò animam cum Deo tractatio-  
 nem, ac conuersationem (quod res maxime spiritalis, ac non nisi, quam paucissimorum sit)  
 non expedire ita passim omnibus patefieri, fieri enim posse, vt plurimi hac occasione in erro-  
 rem inducendi sint. Sed prospectò hac in re errant quam grauissimè. Nam primò quantum  
 ad reuelationes, quemadmodum certum est, Diabolum subindè se in Angelum lucis trans-  
 formare, & vanis mendacibusq, imaginibus, & visionibus animabus illudere, ita etiam  
 indubitata & exploratissima res est, atque adeo de fide, Spiritum Sanctum, cum dilectis  
 suis loqui, ac diuersimodè se illis manifestare, tum ad proprium ipsorum, tum ad aliorum  
 commodum, & vtilitatem. Et sicut reuelationes Diabolicae scripto committenda non sunt,  
 nec approbanda, cum meræ sint illusiones, ita vice verà, ea quae à Sancto Spiritu veniunt,  
 & cogno-

S.  
Theresia

Opera

N III

156



& cognosci & scribi merentur. Nam sicuti Tobias Raphaël Angelus ait: Sacramentum Regis abscondere bonum est; opera autem DEI reuelare & confiteri sanctum & necessarium est. Quis enim sanctus fuit unquam, qui non aliquam, dum vixit, reuelationem habuerit? aut que Sancti alicuius vita describitur, in qua reuelationum ei factarum non fiat mentio? In omnium manibus & oculis Ordinum Dominicani & Franciscani versantur Historie, in quibus ad singulas prope paginas aliqua, aut ipsis Fundatoribus Ordinum, aut Discipulis ipsorum factæ Reuelationes leguntur. Certum est Deum Opt. Max. amicis suis loqui; non loquitur autem, ut que ipsis etiam ait, occulta maneat, sed ut in lucem euulgentur. Ut enim ipse lumen est, ita & in omnibus rebus suis lumen diligit; & sicut hominam ipse salutem facit, ita nunquam aliter specialem aliquam gratiam ac fauorem ulli prestat, quam ut eius adminiculo & opera alijs plurimis proficiat. Quamuis Sanctæ Matris TERESÆ virtus adhuc incerta ac dubia fuit, & plurimi secus atque oportebat de ea opinabantur (nondum quippe illum Deus dederat signum, quo illius opera comprobaret) consulto, & bene factum fuit illius scripta in lucem non edere, aut prelo commissa publici iuris facere, ad tenera maleuolorum querendum iudicia curanda. Sed iam postquam ipsa ad superos transiit, cum & res ipsa, ac secundus eorum successus apertissime testantur, DEVM hic interuenisse, cuiusque & corporis eius miraculum (vipote, quod corruptionis & putredinis omnis à morte expers mansit) aliaque innumera nos indices de sanctitate eius securos reddant, omnemque quam de ea habere possemus dubitationem eximant; ne ille in SPIRITUM SANCTUM quodammodo iniuriosus foret, mirabilia eius obscuraret & gratiam eius supprimeret, quisquis gratias, quas illi DEVS in vita contulit, celare, & modos quibus ipsam ad euectum perfectionis apicem ad tot hominum bonum extulit, in publicum non prodere volet. Quamobrem quicumque sanè, & prout oportet, iudicabit, minime expedire censebit hæc reuelationes celeri & silentio supprimi. Obijcienti porò nonnemini, indecens & incongruum videri, ipsarum & Sanctam Matrem suas ipsius Reuelationes, scripto committere, respondeo, quantum hoc ad ipsam, ipsiusque humilitatem ac modestiam spectat, nequaquam id incongruum esse, eò quod ad hanc descriptionem non nisi iussu alieno impulsâ descenderit; quod autem ad nos, & nostram fidem spectat, id potius decens, & valde congruum videtur: nam si quis alius ea scripsisset, dubitare tunc fortasse potuissemus, annon, qui ea scribit, errarit, aut nobis imponere voluerit. Quod in Sancta Matre minime præsumi potest, vipote, que quidquid sibi contingebat, & in se fiebat, scripto tradebat, & simul ea vita erat sanctimonia, & integritate, ut in tanti momenti rebus à veritate descedere, & mentiri neuitquam voluisset. Quod autem in nonnullis vereor, hoc est, quod nimirum eiusmodi ipsi scripta displiceant, non tam ob imposturam, qua in ipsis subesse possit, quam quod ipsi aliquid in se habeant, à quo credere impediuntur, DEVM vsque eo se erga homines demerere & velut abicere, quod certe non cogitarent, si hoc ipsum, quod

credunt.



credant in rebus fidei, serid perpendere. Si enim DEVM OMNIPOTEN-  
 TEM hominem factum esse confiteantur, cur in dubium vocant eum cum homine ali-  
 quo loqui: si eum pro hominibus flagellis concisum, & cruci affixum credant, quid eum  
 cum ipsis inuicem deliciarum adeo mirantur? Aune plus est eum alicui famulo suo ap-  
 parere, ac loqui, quam eum velut seruum nostrum fieri, & mortem pro nobis op-  
 petere? Sat agant igitur homines per eam DEVM viam quare, quam ipse nos edo-  
 cet, per viam, inquam, Fidei ac Charitatis, per veram quoque legem, & consiliorum  
 ipsius obseruantiam, minimum, quod ipsis dabit erit similes gratias communica-  
 ri. Si ergo, qui non recte, & prout oportet de hisce reuelationibus sentiunt, id-  
 eo non recte sentiant, quod tales dari, aut esse cogent, grauisimo sane in erro-  
 re versantur, si autem, quod inter eas nonnulla falsa, ac fraudem & illusionem dia-  
 bolicam redolentes reperiuntur, de iis saltem recte & sincere iudicare tenentur, quas  
 nota eorum quibus ea facte sunt sanctimonia veras esse conuincit & probat. Qua-  
 le haud dubie sunt illae, quae hocce libro continentur. Quarum historia in hac re-  
 uelationum materia non modo periculosa non est, verum etiam perutilis, & impri-  
 mus ad bonas, a falsis, in ijs quibus ea obtingent, discernendas & dignoscendas,  
 necessaria. Neque enim solum nudè refert eas, quas DOMINVS Sanctae Matris  
 TERESAE communicauit, verum etiam dicit, quam ipsa ad eas examinandas ad-  
 hibuerit diligentiam, simul etiam signa ponit, & effectus, quos bonae & verae post se relin-  
 quant, & quomodo ex ipsis nos iudicare oporteat, denique, num ea nobis appetenda, aut re-  
 pellenda sint.

Primo n. inque scriptum hoc nos docet, reuelationes, quae à Deo veniunt semper, &  
 ordinariè multas in anima virtutes producere, quae tam ad bonum ipsas accipientium,  
 quam ad aliorum multorum salutem diriguntur.

Secundo monet non debere nos secundum illas vitae rationem componere, aut di-  
 rigi: Vitae namque inuicem regula, ac norma est: tum doctrina Ecclesiae, tum quod suis in  
 libro Deus Optimus Maximus reuelauit, tum denique, quod recta veraque ratio facien-  
 dum dicitur.

Tertio suadet, ne vllatenus eas appetamus, aut queramus, vel spiritus per-  
 fectionem in ijs sitam, aut certa ipsas signa, è quibus animam in statu gratiae esse  
 colligatur, esse existimemus. Proprie namque anima bonum in eo consistit, vt  
 DEVM magis amemus, plura pro eius nomine patiamur, affectus inordinatos ma-  
 gius mortificemus, denique nos ipsos, & quidquid demum in mundo est, magis  
 ex animo abnegemus & renuntiemus. Quod autem hic tractatus nos docet verbis,  
 id ipsum mox exemplo ipsius Sanctae Matris confirmat & declarat, vt potè, quam  
 in omnibus quas habuit Reuelationibus, semper quam maximè circumspectam, &  
 timidam fuisse, easque serid exactèque solitam examinare, & non tam iuxta has,  
 quam iuxta Superiorum, & Confessorum prescripta semper vitam instituisse tradit;  
 quamuis alioquin haec tam aperte essent bonae, quam id è reformationis, ac meliorationis,  
 quam

S.  
Theresia

Opera

N. III

156



quam tum in ipsa, tum in Vniuerso eius Ordine produxerunt, effectibus liquet. Quae igitur hic describuntur Reuelationes, nec dubia fidei sunt, nec iis, quae dubie sunt viam praestruunt; immo verò ad dubias, & falsas dignoscendas nobis velut facem praefertunt; adeò ut hi libri haec in materia & Spiritum in dignotione, velut lapis quidam Lydius sint. Iam reliquum est respondere nonnihil ijs, qui ad eò hosce libros periculosos censent, quod res nimis quam subtiles & sublimes tractent, quas ad vniuscuiusque genium non facere, nec ad omnes passim spectare aiunt. Cum ergo tria sint hominum genera, quorum alii de facto orationi intendunt, & vacant, alii, si vellent, ei possent intendere; alii denique ob statum suae conditionem prorsus, etsi vellent, non possunt; peto iam ipse, quibusnam horum libri huius lectio periculum sit creatura? an spiritualibus: nequaquam: nisi fortassis alicui noxium, & periculosum sit, nosse quid faciat, & cuius rei professionem faciat. An verò iis, qui Orationi vacandi occasionem quidem habent, sed negligunt: multo minus: inueniunt namque in his libris, non solum, qui ipsos, cum eam exercere volent, conducatur, & viam commonstrat; verum etiam, qui eos excitet atque animet, ut huc animum applicent. Quod profecto permagnum bonum est. Tertii ergo generis hominibus, quid est, quod hic noceat, & periculum creet? an nosse, quod Deus hominibus amabilis, affabilis & blandus est: quod eum muniat, qui se ab omni prorsus resequestrat, & denudat: quas animae delicias asserat: quale sit inter eas quas illi confert consolationes discrimen: quo eam modo deoret, exparet, & velut sublimet? Quid hic, quae so, est, quod cognitum legentem non sanctum reddat: quod non quandam in ipso Dei admirationem excitet, ipsumque ad eum diligendum inflammet? si ergo operum horum exteriorum, quae Deus in rerum creatione, & gubernatione peragit, consideratio quadam communis boni, in omnium hominum usum, schola sit, quomodo arcanorum eius mirabilium cognitio, cuiquam esse possit periculosa? Et licet fortasse quis ob malam suam dispositionem, aliquod hinc sibi damnum & noxam eliceret, an idcirco tanto bono & utilitati, & quod in tam multos dimanare posset aequum foret iam iam occludere, & illud impedire: eadem ratione posset & ab Euangelii praedicatione cessari: nam ipsum, non recipientibus (ut Apostolus ait) maioris est damnationis occasio. Quae denum scripta sunt, etiam ipsam Sacram Scripturam sub iis comprehendendo, è quibus male affectus animus non aliquem errorem posset arripere & haurire: In ipso rerum examine & diiudicatione videndum est, num ipsa in se bona sint, & ad fines suos consequendos congrua, non autem quomodo sinister nonnullorum usus eas sit usurpaturus: si enim ad hunc respicere velimus, nihil vsq; eo sanctum est, quod non possit merito vetari ac prohiberi. Quid Sacramentis Ecclesiae sanctius est? quam multos tamen inuenire est, qui ex sinistro eorum usu & frequentatione deteriores fiunt? Diabolus, utpote subdolos, & vaser, & semper ad nobis nocendum excubans, in varios sese induit colores, seque in mentibus quorundam tanquam de proximi salute & bono sollicitum & prospicientem ostendit, quod per speciem particularis alicuius damni auertendi, simul ab omnium oculis submoueat id, quod publice & in communi bonum & proficuum est. Nouit quippe damni plus se facturum in omnibus ijs, qui horum librorum lectione, aut vitam emendant, aut ad spirituales perfectionem peruenient, quam compendij ex inscitia, aut prauitate huius, vel

illius



illius privati, qui ob malam suam dispositionem hinc offendiculum capiet, & periculum. Quare ne priores illos amittat, paucorum horum, quos alijs sexcentis modis corrumpit, & depravat, damnum magni facit, & nobis ob oculos ponit. Quamquam, sicuti pauld ante dixi, neminem ita male dispositum esse putem, vt inde damnun referat, quod noris Deum amicus suis amabilem esse, & quam is ipse in se suavis sit, & quibus anima modis ad ipsum perveniant: que, vti & alia huiusmodi omnis hic tractatus, qua cumulatissimè docet & tradit. Solos illos hic timeo, qui omnes iuxta suam normam & prescriptum condocere volunt, ita vt vix quidquam probent, quod ipsi non dirigunt & adveniunt, & totum ad hoc viribus committunt, ne, quod ex sola ipsorum mente & proposito non fit, vltimè apud alios auctoritatem inueniat. Quibus satisfacere & respondere omnino nolo, quod ex propria voluntate error ipsorum ortum habeat, vnde nec responsionem aliquam vellent admittere, sed ceteros omnes rogatos velim, ne quo illis modo auscultent aut credant, quod hoc vobis mereantur. Vnius dicitur rei, qua etiam necessario notanda est, hic lectorem commovere volo: Scilicet B.M. Teresam, cum de oratione, quam vocat quietis, alibi, que eius gradibus alioribus, de que quibusdam particularibus gratis, quas animabus Deus communicat, agit sic in multis libri huiusce locis loqui solere, vt dicat animam apud Deum esse, ipsos invicem intelligere, animas certò scire, Deum ipsas alloqui, & alia id genus. Quod nemo ita intelligere debet, quasi aliquam in illorum, qui hisce exercitijs intendunt, aut aliorum quorumlibet, quantumvis sancti illi sint, gratia ac iustitia certitudinem constituat, adeo vt ipsi de se certi sint, se illam habere, nisi fortassis illi, quibus Dominus id revelare dignatur. Nam ipsamet Sancta Mater, qua, quidquid in hisce libris scripsit, res ipsa experta est, quæ etiam plura multò, quæ scribat via perfect. s. 4. in vno illorū sic de se loquitur: Hoc autem prorsus ferre nequeo, Domine, quod certò scire non possim, an ipsa te diligam, & num desideria mea placita sint coram te. Exclam. 1. Et alio in loco: Sed ah quomodo, o Deus meus, certo scire poterò, me non esse à te separatā, aut disiunctam? O vita mea, quod in tam parva certitudine rei, quæ tanti tamen est momenti, vivere debeas? quis te desideret aut ambiat, cum omne quod à te haberi expectariuè bonum & commodum potest (quod est Deo in omni re complacere) tam incertum, plenumq; periculorum sit? Mans. 7. c. vlt. In libro Mansionum de animabus, qua ià ad septimam mansionem pervenerūt, de ijs, inquam, qua maioris & perfectioris sunt gradus, agens, loquitur in hac Verba: A peccatis mortalibus, quæ quidem talia esse ipse sciunt, prorsus immunes sunt, esto non planè certæ sint ac securæ, se immunes esse ab illis, quæ an talia sint ignorant, quod illas non mediocriter vexabit & affliget. Hoc ergo solum dicere vult, (quod etiam certissimum est) animas hisce in exercitijs Deum ex effectis, quos tunc temporis in ipsis operatur, (qualia sunt eas recreare, & illuminare, simul docendo eas subindè & cōsolando) velut presentem sentire. Quæ etsi insignes Dei gratia sint, & gratiam iustificantem sepe comitentur, aut ad eam saltem ducant, & disponant, ipsa tamen gratia propterea non sunt, nec ex illa semper aut oriuntur, aut cum ea coniuncta sunt. Quemadmodum, exempli gratia, in Prophetia dono

B

liquido

S.  
Theresia

Opera

N. III

156



P R A E F A T I O .

liquido perspicitur, quod id reperiri possit in eo, qui in peccati letalis statu est, qui tunc quidem certus est, Deum sibi loqui, incertus tamen, & nescius an se iustum efficiat, & de facto tunc quidem Deus eum non iustificat, quamvis eum alloquatur & doceat. Et notandum hoc quidem est, quantum ad doctrinam hanc vniuersam in genere, nam, quantum scilicet ad S. Matrem pertinet, fieri potest, quod, postquam verba illa iam ante penultima scriptisset, priuam aliquam de gratia sua certitudine reuelatione a Deo accepit. Quod sicuti consultum non est certè affirmare, ita nec aequum est prauariciter negare. Quae enim posterioribus vita annis Deus ei contulit dona, & gratiae: quibus ipsam praeminuit, eminenter magna sunt, quod ex quibusdam, quae in hoc libro conscripsit, colligere licet, ut quae id aliquo modo videntur indicare. Sed ex eo, quod illi fortasse speciali quodam Dei fauore concessum est, generalem & communem facere regulam non oportet. Itaque hac aduertentia, velut clypeo obiecto, vniuersus hic tractatus à calumniantium iniuria & offendiculo vindicatus manet: qui, quantum equidem auguror, & spero, legentium animabus non minus utilis erit, quam eum Maternitatum vestrarum animabus, quae per eundem primo educatae sunt, & etiamnum sustentantur, cernimus profuisse. Quas existimè rogo, ut in sanctis orationibus suis perpetuam mei memoriam habeant. E Domo P. Philippi, Madriti 15. Septemb.

Anno Domini 1587.



VITA



V I T A

S. MATRIS TERESÆ DE IESV,  
QUAM SVA IPSA MANV. CONFESSARII IVSSV,  
cui hanc ipsam mittit, & Dedicat, conscripsit.

P R O O E M I V M.

VELLEM equidem, vt, quemadmodum superiores mihi præceperunt, & plenam potestatem fecerunt, vt & orationis modum & quas à Domino recepi gratias, scripto committerem; sic eandem fecissent, ad enormia mea peccata, & vitam sceleratam sigillatim, & clarissimè aperiendam permagna hoc mihi, fateor, fuisset consolatio; sed hanc ipsi mihi dare facultatem noluerunt, quinimo valde me hac in re restrictam esse iusserunt. Hanc ob causam, per Dei amorem rogo, vt, quicumque hunc vitam meam discursum leget sibi ob oculos ponat, hanc ita improbam fuisse, vt ex omnibus, qui ad Deum se conuerterunt, sanctis, nullum omnino inuenerim, qui suo mihi exemplo esse solatio possit. Video enim eos, ex quo à Domino vocati sunt, exinde ad eum peccatis offendendum non rediisse: ego verò, non solum factus sum peior, verum etiã gratias, quas à diuina eius Maiestate accipiebam, studio & data opera visa sum resistere; quod me ad magis ei seruiendum cernerè obligari, & me ipsa intelligerem non posse & deberem minus quam debebam, persoluere. Sit in æternum ipse benedictus, quod tanto me tempore expectarit: quem ex toto corde meo obsecro, mihi vt gratiam concedat, ad hanc vitam meam narrationem (quam & mei mihi Confessarij iniunxerunt, & ipsemet Dominus iam pridem, vt quidem scio, conscribi voluit, sed quam ego hactenus aggredi ausa non sum) eam quã par est claritate & fide faciendam; deinde vt hæc in gloriam & laudem eius cedat, tum vt Confessarij posthac melius me perspectam habentes, imbecillitatem ac debilitatem meam adiuuent, quo eorum, quæ Domino debeo plurima, aliquid prestare possim, quem omnia creata iugiter laudent ac benedicant. Amen.

S.  
Theresia

Opera  
N. VI  
156

VITA



## CAPVT I.

OSTENDIT QUOMODO DOMINVS ANIMAM IPSIVS, IAM  
*inde à pueritia ad virtutum exercitium exciuit, & quantum huc conferat pa-*  
*rentes ipsos pietati studere.*

*Parentes S.  
 Matris Pii  
 fuere.*

*Septennis  
 Deum cole-  
 re cepit.*

*Parentum  
 eius virtu-  
 tes.*

**N**ISI ego tam mala & improba fuisset, accedente etiam di-  
 uino erga me favore, satis mihi ad virtutis iter capeflendum  
 fuisset, pios & timoratos, à Deo parètes accepisse. Pater bo-  
 norum librorum lectioni mirè deditus erat, hinc & tales lin-  
 guà vernaculà conscriptos domi non paucos habebat, quò  
 illorum lectioni & filij assuescerent. Hoc, accedente etiam curà Matris,  
 qua curabat, vt omnes Deum quotidie orarem, & pio erga Deiparam  
 Matrem & sanctorum nonnullos affectu raperemur, me iam sexennem  
 vel septennem (vt mihi quidem videtur) cœpit excitare. Non parum mihi  
 hic adiumentum erat, quod viderem parentes nullum cuiquam favorem  
 impertiri, nisi quem sibi virtute promeruisset, cum illius & ipsi eximij  
 cultores essent. Pater namque erga pauperes quoslibet mirificè afficieba-  
 tur, in agrotos, quin etiam famulos suos tanta erat pietate, numquam vt  
 emptitios seruos habere voluerit, quod illis valdè compateretur. Vnde  
 cum quodam tempore quoddam muliebri, patris mei mancipium domi  
 nostræ versaretur, non minus id pater benignè lauteque habuit, quam  
 proprios filios, & pro ea, quæ erat pietate, aiebat se pati non posse, quòd li-  
 bertati non restitueretur. Veritatis adhæc in verbis erat imprimis amans,  
 hinc numquam eum audiui inuicem, aut alicui detrahentem; quin & ho-  
 nestus supra modum. Mater quoque permultis prædita fuit virtutibus, &  
 grauib; quoad vixit est cum morbis eonfliktata. Adhæc summa fuit  
 honestate, & quamuis formâ esset vrcumque venusta, numquam tamen  
 ob eam, se visa vel audita est efferre, ac magni facere, nam licet, dum mo-  
 reretur, non nisi triginta trium esset annorum, vestitus tamen eius ita mo-  
 destus erat, vt vetulam deceret. Placida ac lenis apprimè fuit, & ingenio  
 satis sagaci. Magnos, dum vixit, labores & ærumnas pertulit, & hanc ip-  
 sam vitam tandem Christiana morte conclusit. Tres numero eramus so-  
 rores, & fratres nouem; & omnes (quæ Dei bonitas) virtutum studio &  
 exercitio parentes referebant, vnâ me exceptâ, tamen si alioquin præ alijs  
 prolibus, patri essem chara: & fanè antequam Deum inciperem offende-  
 re, aliquam ad me amandam habere videbatur rationem. Nam non pa-  
 rum iam doleo, dum illas ad bonum propensiones, quas à Domino tum  
 acceperam, ad mentem reuoco, quamquam malè ijs vti potuerim. Adhæc  
 nullum



nullum omnino mihi fratres, quod minus Deo seruirem, impedimentum adferebant. Vnus eorum, eiusdem propè mecum ætatis erat, qui etiam mihi præ alijs charus (quamquam & cæteros summoperè diligebam, & ipsi me) Ipse & ego sæpè simul sanctorum vitas percurreramus: cumque martyria & cruciatus, quos ex Dei amore sancti homines passi erant, legerem, vilissimo etiam pretio cœlum eos, ac Dei fruitionem mercatos esse censebam, indèque & mihi ardens quoddam similiter moriendi desiderio innaſcebatur; non quidem ex ingenti amore, quò me in Deum ferri putarem, sed vt tam breuium cruciatuum pretio summorum illorum bonorum, quæ in Cœlo referuari legebam, particeps redderem. Cum hocce meo fraterculo sæpè conueniebam, vt simul conferremus, quàmnam potissimum viâ & ratione hoc assequi possemus. Conuenit inter nos, vt simul ad Maurorum regna concederemus, stipem per viam petentes, vt, cum illic peruenissemus, ipsi nobis caput præciderent. Et (vt quidem mihi iam apparet) satis nobis animorum in tam tenera ætate ad hoc ipsum perficiendum Dominus suggererat, si modo aliquam illuc proficiscendi commoditatem vidissemus: at maximum nobis impedimentum esse videbatur, quod domi parentes haberemus. Nihil verò in ijs, quæ legebamus, magis mirabamur, quam quod pœna infernalis, & gloria cœlestis, sempiterna esse diceretur. Hinc sæpè hac ipsa de re satis diu simul agebamus, & volupè nobis erat identidem repetere, In æternum, æternum, æternum; quod autem hoc sæpius mecum repeterem, placuit Domino, vt mihi iam tum in puerili illâ ætate, veritatis via impressa maneret. Vt ergo vidi impossibile mihi esse ad eam loca conferre, in quibus pro Dei nomine mortem mihi inferrent, statuius Eremiticam vitam ducere, & in horto quodam domestico cellulas quasdam Escemiticas, omni quo per pueriles annos potuimus modo construere cepimus, paruos quosdam lapides inuicem superstruendo, qui illuc concidebant, adeo vt nulla nobis desiderio nostro adimplendo ratio supereretur. Vndè etiamnum ad deuotionem ex citor, cum mecum reputo, quam tempestiue & citò Deus tum mihi daret id, quod postea culpa & demerito meo deperidi. Eleemosynas ægenis erogabam, prout poteram, poteram autem minimum. Solitudinem captabam, vt solitas meas precatiunculas, quas habebam plurimas, decurrerem, atque imprimis Rosarium Deiparæ Virginis, cuius recitationi mater mea maximoperè addicta erat, & vt nos addicti essemus procurabat. Si quando cum æqualibus puellis colludebam, voluptati mihi erat monasteriola construere, perinde ac si moniales essemus; quin & ego mihi videbar monialis esse velle, quamquam hoc non tam ardentè volebam, atque alia illa, quæ iam commemorauit. Dum mater mea ex hac vita decederet, duo decimum aut circiter, ætatis annum (quantum recordeo) agebam:

B 3

bam:

*Vitam sanctorum legens martyrii desiderio incenditur.*

*Cum fratre statuit ad Mauros proficisci vt martyrium subiret.*

*Eremitoria in tenera ætate construere satagit.*

*A tenera in pauperes effusa fuit.*

*Ægea B. Virginem bene affecta.*

S.  
Theresia

Opera

N. VII

156



*In Virginem  
matris sua  
loco in ma-  
stem co-  
epit.*

bam: vtque capi intelligere, quantam illius obitu iacturam fecissem, afflicta & mœrens coram quadam Beatissima Matris MARIÆ imagine me abieci, multisque eam cum lacrymis rogavi, mea vt Mater & curatrix deinceps esse dignaretur. Quod quamuis tum ex simplicitate quadam puerili feci, mihi tamen postea non parum videtur profuisse, manifestam enim & aperta. n. Virginis huius clementissimę opem expera sum, quoties & in quantum eius me tutelę concedidi. Vndę & tandem me ad se pertraxit. Quamobrem mirę me cruciat, dum considero & cogito, ecquid in causa fuerit, quod in bonis desiderijs & propositis, quę tunc concepi, & incępi, non perseverarim. Cũ, o Domine Deus, statuisse videaris, vt ad salutem pervenirem, placeat, obsecro, maiestati tuę, vt id fiat, & tot mihi gratias concedere, quot mihi olim concessisti. Vellem equidem, vt non permisisses, non quidem in rem & utilitatem meam, sed obtui reuerentię & respectum, vt habitaculum, in quo ita continenter habitaturus eras, ita frędę inquinaretur. Crux mihi est, D O M I N E, ipsum etiam dicendo referre: scio quippe meę vnus id culpę adscribendum esse: etenim a tua parte nihil, quod præterea faceres, superfluisse videtur, quod minüs iam tum ab illa ætate, tota tua esse potuerim. De parentibus meis si velim conqueri, etiam non possum: non enim in illis videbam, nisi omne bonum, & insignem de meo in bono profectu curam. Itaque cũ hanc ætatem excessissem, & naturę, quę a Domino acceperam, quęque (vt aiebant) erant plurima, dona agnoscere inciperem, ad eodę non pro ipsidem (vt quidem tenebar) gratias datori agebam, vt etiam singularis, ad eum offendendum, vt iam commemorabo, vt incęperim.

## C A P V T I I.

NARRAT QVO MODO PRÆDICTAS VIRTUTES PERDERE incęperit, quantique referat in adolescentia cum pijs & virtutibus deditis personis habere commercium.

Qvod modo referam non mediocre, meo iudicio mihi damnum adferre cępit, vndę subindę mecum ipsa considero, quam malę parentes agant, qui non procurant, vt liberi sui semper & vbique videant ea, quę virtutem omnimodis redoleant: nam esto mater mea, vt i retuli, virtutum studio ad eodę addicta foret, ego tamen, vbi ad rationis vsum perueni, non tantum illius ę bonitate hausi, quantum quidem oporteret, imo vix aliquid ę contrę, quod illa habebat, malum ipsum summopere mihi nocuit. Generosa quippe priscorũ equitum facinora ipsa auidę, & cũ voluptate identidem legebat; sed isthoc recreationis genus non tantum ei nocuit,

*Libri vni,  
quam sint  
noxii.*



nocuit, quantum mihi, quod ipsa, quæ ei necessario agenda erāt, propterea non negligeret, sed nobis hæcce legendi & tempus, & facultatem daret. Ideò forsitan huic ipsæ lectioni incumberebat, vt magnas quas habebat molestias, & afflictiones hoc pacto obliuisceretur, & liberos suos occuparet, ne, si alijs rebus se dederent, deprauarentur. Ita quidem graue hoc patri meo accidit, vt furtim, & clam illo nos hæc legere oportuerit. Vnde ipsa quamdam librorum illorum legendorum consuetudinem induit, & tenuis ille, quem in matre vidi, defectus, bonis, pijsque meis desiderijs velut frigidam cœpit injicere, atque in causa fuit, vt etiam in rebus ceteris ceperim deficere; neque etiam malè me putarem agere, ramet si multas tam diei quam noctis horas tam vano exercitio, quamuis in scio patre, impenderem. Adeo verò hæc me lectio delectabat ac detinebat, vt mihi nouum aliquem haberem librum, nullatenus mihi satisfactum videretur. Exinde elegantias & ornatum sectari cepi, & pulchritudine meâ alijs placere, & talis videri velle sollicitè curans, & manus habere nitidas, & capillitium scitè structum, & odoramenta oblectantia, & reliquas, quas hoc in genere habere poteram vanitates: quæ sanè non erant pauca, quod huiusmodi nugarum esse curiosissima: nulla tamen sinistra ad hæc me impellebat intentio: neque enim voluissem, vt aliquis mei causa, & occasione DEVM offensisset. Vnde nimia quadam nitore & elegantia; & rerum, quæ nullum mihi peccatum inuoluerè videbantur, sollicitudo multos mihi annos adhæsit: sed modò video, quanto ea cum peccato coniuncta essent. Consobrini quidam patruales sæpè domum paternam frequentabant: quia alijs personis ad illam aditus non patebat, vt potè qui in admissione illa circumspèctus erat: vtinam verò etiam in his excludendis circumspèctus fuisset, nunc enim video, quanto coniunctum sit cum periculo, eâ ætate, quâ virtutum semina iacienda sunt, cum ijs hominibus habere commercium, qui nondum perspèctum habent, quâ in se mundus sit vanus, sed alijs e contra incitamento sunt, vt eandè sectentur. Eiusdem hi propè mecum ætatis erant, aut saltem non multò me prouectiores: hinc semper simul agebamus & cõuersabamur. Mirificè hi erga me afficiebantur, & vicissim quæcunq; ego ipsis grata esse nouerã, de illis apud eos agebam, simulq; affectionum ipsorum & pueriliū ineptiarū parum bonarū successus ex ipsis audiebã, & quod deterius fuit, anima vltiò se applicabat ijs, quæ omnis ei mali fuerunt occasio. Si meū esset cõsulere, equidè parentibus cõsulerem, vt in hac ætate seriò reflecterèt super eos, qui cum filiis suis agunt, quod multum in eo mali situm sit, eò quod natura nostra in malum potius, quam in bonum propendat ac feratur. Ita planè mihi contigit: cum enim sororem haberem ætate me maiorem, illius honestatem & probitatem, quæ in ea singularis erat, nihil dum sum

*Vanitates etus in ornatu.*

*Etiã con sanguine vñ frequen ratio noxia est si malis.*

S. Theresia

Opera

N. VII  
156



sum imitara, cognata: verò cuiusdam meæ, que in domo paterna frequens erat, leuitatem & malum omne mox imbibi. Tam hæc erat in cōuersatione & moribus leuis, vt mater eam domo nostrâ excludere maximè allaboratit; vt iam, tum præfagire videretur malum, quod eius mihi cōuersatio esset allatura, sed tantam illa domus nostræ frequentandæ causam habebat, & occasionem, vt commodè ipsam ab ea excludere non potuerit. Cum hac ipsâ ergo omnis mihi voluptas erat agere; omne meum cum ipsa erat colloquium, & vnicum cōmercium, eò quod omnibus in rebus vanis & recreatiuis mihi & auxilio esset, & incitamento, ac velut promagistra, suorumque me colloquiorum ac vanitatum etiam participem faceret. Vsq̄ dum cum ipsa habere commercium cepi, quartumdecimum scilicet ætatis annum agens (idque magis, vt quidam credo, vt amicitiam mecum haberet, rerum, inquam, suarum me faceret participem, quam alia aliqua ex causa) Deum (vt mihi quidem videtur) per culpam mortalem non deserueram, nec eiusdem timorem vllatenus amiseram, quamquam magis timerem, ne aliquam honoris mei iacturam facerem. Timor hic honoris perdendi in causa fuit, vt eum penitus non perdiderim; & ita tùm quidem comparata fuisse mihi video, vt nulla prorsus mundi res me quoad hoc inflectere potuisset, nec ita vllam in mundo hominem amabam, vt ab hoc proposito propter illum me passa essem diuelli. Vtinam verò tale mihi robur & constantia fuisset, ad Dei honorem non violandum, qualem mihi natura mea & indoles dabant, ad nihil amittendum eorum, in quibus mihi honor mundanus videbatur consistere: interim tamen non videbam, plurimis aliis modis eius me iacturam facere. De isthoc non amittendo apprimè sollicita eram, & (quæ mea vanitas) nimiam quantum effusa & extrema; quæ tamen ad eum seruandum requirebatur, media nulla adhibebam, in hoc vnum dumtaxat maximè intenta, ne me planè perditum irem. Pater meus & soror hoc meum cum cognata commercium ægrè ferebant, atque identidem eius me reprehendebant: at, quoniam illam domo arcere, & eius adeundæ occasionem illi præcidere commodè nō valebant, ideo omnis, quam adhibebat, diligentia incassum recidebat. Eram quippè ad quidquid malum est, sagacissima. Subinde mecum ipsa non sine stupore perpendo, quantum deprauati alicuius commercium damni parere queat, & nisi id ipsa essem experta, vix dū crederem, ac præsertim in adolescentia, tunc quippè, quod inde prouenit damnum, maius sit oportet. Vtinam infortunio & exemplo meo parentes omnes edocti, rei huic, maximè aduigilare discerent! & sanè, ita me isthoc cognatæ commercium & necessitudo immutauit, vt vix vllum mihi bonæ naturæ & animæ sanctioris vestigium, signūue relinqueret; & ita cognatæ suas conditiones & mores, tum alia quædam easdem vanitates

*Parentes  
videant, cū  
quibus libe-  
ri conuer-  
sentur.*

& recita-





& recreationes consecrans, suas mihi penitus impressisse viderentur. Atq; hinc facile intelligo, quatum boni afferat cum pio aliquo familiaritas, & si illa in ætate cum hominibus sanctis & pijs commercium habuissem, in virtute haud dubiè solidata & integra mansissem. Si enim id ætatis habuissem, qui me Dei timorem docuisset, tale anima mea paulatim robur collegisset, vt à lapsu ipsam præsauerat. Sed cum postea hic Dei timor penitus è me enauisset, solus mihi honoris amittendi timor mansit, qui me in omni eo, quod agebam, mirè cruciabat & lancinabat. Hinc quod cogitarem ea ad hominum noticiam non pertentura, multa, quæ & cum hoc honore & cum Deo pugnabant, committere non verebar. Principio quidem earum, quas iam dixi, quantum mihi videtur, personarum commercia nocuerunt; esto hoc non tam ipsis fortasse quam mihi adscribendum esset; ad malum quippe malicia mea postea satis magna & succiciens fuit, vt taceam habuisse me præterea ancillas, quas ad omne malum perpetrandum paratissimas comperi, si illarum aliqua benè mihi consulisset, forsitan id mihi profuisset, sed tam ipsas quæstus & commodum proprium, quam meus me affectus excæcabat. Et esto naturâ ad grauiora mala numquam propenderim (eò quod quidquid inhonestatem redoleret, naturaliter abhorrerem, ac diutinat confabulationes, & amica cum aliquibus ad tempus fallendum colloquia captarem) tamen quod hanc occasionem non euitarem, sed in eam vltro me ingererem, in præsentissimo lapsus versabat periculo, eique & patrem simul & fratres exponebam: sed ab eo me Deus Opt. Max. immunem præstitit, adeo vt ad oculum pateat, eum, etiam me inuita, & contra voluntatem meam, procurasse, ne profusus me perderem. Omnia tamen ita secretò fieri non potuerunt, vt non honor meus magnam inde infamiae notam contraxerit, & non pater meus sinistri aliquid de me suspicaretur, nam, quantum equidè recordor, vix trimestri integro his me vanitatibus & nugis dederam, cum me in quodam vrbis huius Monasterio, in quo meæ conditionis & ætatis puella, etsi non eiusdem in moribus deprauationis educabantur, constituerunt: ita porro id rectè ac dissimulanter factum est, vt nemo eius rei, præter me, & quemdam de consanguineis meis fuerit conscius, nam ne quem rei huius nouitas offenderet, commodam eius faciendi opportunitatem expectarunt. Hanc dedere fororis meæ nuptiæ: hac quippè iam nupta, indecens fuisset solam me, sine matre, domi manere. Tam me extremo amore pater prolequebatur, & tanta mea erat dissimulatio, vt tantum ipse de me malum suspicari non posset; itaque factum, vt eius gratia numquam excederim. Quod verò paruo tempore huiusmodi vanitatibus vacauit, hinc etsi aliquid de me spargeretur, incerto tamen omnia rumore ferebantur;

S.M. Teresa Opera

C

quod

*In Monasterio educatur.*

S.  
Theresia

Opera

N. VII

156



quod enim de honore nimio opere sollicita essem, quo poteram modo procurabam, ut omnia secretissime peragerentur, non cogitans interim, nihil illo fieri posse, qui intueretur omnia. Quantum o Deus meus in mundo hinc damnum sequitur, quod isthoc parui fiat, sibi que persuadeant homines aliquid absconditum manere posse, quod in te committitur! sanè ita mihi persuadeo fore, ut multa mala non committerem, si intelligeremus ipsum rei cardinem non tam in eo versari, ne ad hominibus videamur, quam in non agendo, quod maiestatem tuam offendet. Primò Octiduo mihi monasterium graue fuit ac molestum, sed magis quòd dubitarem, quòd mea iam vanitas alijs innotuisset, quam quòd eo loci reclusa essem: iam enim me tædere vanitatis incæperat, ac licet Deum peccando offenderem, nihilominus magno eius timore concutiebar, & quam citissime ad confessionem accedebam. Initio inquieti fui, sed antè octo dies, atque etiam citius (ut quidem credo) maiorem quietem quam in ædibus paternis experta sum. Omnes quoque moniales consortio meo valdè reficiebantur: nam singularem illam à Domino acceperam gratiam, ut placerem, & grata essem omnibus, apud quos commorabar: vnde fiebat ut omnibus monialibus accepta essem. Et quamuis tum quidem à statu monastico valde abhorrerem, voluptatem mihi erat, inter tam bonas, honestas, religiosas, & regulæ seruantes moniales, quales hæ ipsæ erant, commorari. Diabolus nihilominus à me tentando non cessabat, & simul externos excitabat, qui continuis suis compellationibus ac nuntijs quietem meam interpellarent: sed quod nulla ad hæc esset commoditas, remora hæc diuturna non fuit; vnde mox anima bona primæ ætatis meæ exercitia, hæctenus intermissa postliminio repetere cæpit; ac tum demum vidi, quantum Deus boni præstet ei, quem inter bonos commorari, & cum bonis conuersari facit. Omnem iam tum viam & modum eius maiestas excogitare & exquirere videbatur, qua me ad se pertraheret. Benedictus sis, Domine, qui ita me patienter sustinuit, Amen. Vnum erat quod me aliquo modo excusare posse videbatur, nisi tot alios defectus & culpas habuissem, scilicet conuersationem hanc & commercium fuisse cum eo, cum quo per viam matrimonij honestari & bonum habere exitum posset: cumque & Confessarios & alios super hoc consuluissem, in multis id genus rebus me Deum dicebant non offendere. Quædam verò de monialibus inter nos puellas seculares dormiebat, cuius operâ & adminiculo aliquod mihi Deus lumen (ut videtur) dare, uti mox dicam, incipere voluit.

*Boni commorari bona*



## CAPVT III.

DECLARAT QVOMODO BONORVM CONVERSATIONE  
*pia in se desideria denuò redierim, & qua illam Domi-  
 nuu via ad cognitionem erroris, in quo  
 hæcenus egisset, perdu-  
 xerit.*

VT ergo bonam & sanctam monialis huius conuersationem & fa-  
 miliaritatem gustare cœpi, voluptati mihi fuit illam benè & ar-  
 denter de rebus diuinis loquentem audire, erat enim apprimè discre-  
 ta & sancta. Vnde nunquam ( vt quidem mihi videtur ) graue fuit,  
 sed semper suaue illam loquentem audire. Initio narrare mihi cœpit,  
 quomodo solâ lectione illorum verborum Euangelij: *multi sunt vo-*  
*cati, pauci verò electi*, conuersa, monasticam vitam assumpserat, adde-  
 bat & de præmio, quod præparauit DEVS ijs, qui propter ipsum omnia  
 relinquunt. Bona hæc familiaritas, quos mala mihi instillarat mores,  
 paulatim cœpit eliminare, & rerum æternarum desideria denuò  
 menti imprimere, magnamque illam meam à vita monastica alienatio-  
 nem, quæ sanè in me summa fuit, nonnihil imminuere. Si quam ve-  
 rò Religiosam inter orandum videbam lacrymantem, aut alias qual-  
 piam virtutes habere, non parùm has ei inuidebam: hac enim in re tanta  
 cordis mei erat durities, vt, etsi vniuersum Passionis Dominicæ textum  
 perlegissem, ne vel lacrymulam emissem. Quod profectò mirè me  
 cruciabat. Sesquianni spatio isthoc in Monasterio vixi, non sine magna  
 pauarum contuetudinum mearum emendatione. Incepi deinde multas  
 orationes vocales decurrere, & nullam nq̄ domesticam rogare, vt DEO  
 per preces me commendarent, vt ad eum me statum vocare dignaretur,  
 in quo illi inferuire possem, atq̄ amonasticum nolebam, adeò vt vel-  
 lem Deo placeret, eum mihi non inspirare; esto alia ex parte etiam metue-  
 rem matrimonio me applicare. Ad finem autem temporis, quo ibidem  
 versata sum, magis iam ad monasticum statum assumendum propende-  
 bam, tamen non in hoc monasterio; quod sancta quædam exercitia,  
 quæ postea intellexi illic à monialibus vsurpari, mihi nimis graua vide-  
 bantur: & erant nonnullæ de iunioribus, quæ in hac me opinione etiam  
 confirmabant: nam si eiusdem omnes sententiæ fuissent, non sanè me-  
 diocriter id mihi profuisset. Huc accedebat, quod alio quodam in mona-  
 stero sodalem charissimam habebam, & hoc in causa erat, quod si de-  
 mum Religiosa fieri vellem, non alio fierem in loco, quam in quo ist-  
 hæc sodalis mea commorabatur. Magis scilicet sensualitatis meæ con-  
 solationem & vanitatis, quam animæ bonum spectabam. Bonæ illæ co-  
 gitationes

S.  
Theresia

Opera

N. V.

156



gitationes monasterium ingrediendi subinde quidem mihi occurrebant, sed statim abibant; nec à me ipsa impetrare poteram, planè vt animam ad hoc inducerem. Hoc ipso tempore etsi ego à parte mea non negligerem illa, quæ mihi bona & salutaria erant, magis tamen Dominus ipse contendit ad eum me statum disponere, qui mihi esset maximè salutaris.

In grauem tunc temporis incidi infirmitatem, vt me ad paternas ædes reduci oportuerit: confirmata verò valetudine, ad sororem quæ in pago quodam habitabat, conducta sum, quò eam inuiserem, quod mihi me ipsa diligeret: etsi quidem ei auscultassem moremque gessissem, nunquam inde rediissem. Coniugi quoque eius acceptissima eram; externis saltem magna mihi beneuolentiæ signa exhibebat. Quo etiam nomine per amplas Deo meo gratias debeo, quod quocumque loco fui, semper beneuolos sum homines experta; ipsa tamen, pro ea ac sum malè id ei rependi. In via, qua nos transire oportebat, commorabatur pater noster, vir prudens, & virtutum per studiosus, ac viduus, quem etiam Dominus sibi paulatim disponebat: nam iam ætate grandis, & maturus, reliquiis omnibus, quæ possidebat, religiosum statum suscepit; in quo ita laudabiliter vitam terminauit, vt diuinà eum visione iam perfrui credam. Hic me ad dies aliquot apud se commorari voluit: tempus, quo à negotiis vacabat, librorum piorum patriâ linguâ conscriptorum lectioni dabat: omnis autem eius sermo vt plurimum de Deo, mundi que huius vanitate erat, vt verò & mihi rerum diuinarum amorem instillaret, eos me libros, se præsentem, legere iussit, & licet non multum erga eos afficerer, simulabam tamen, quo ei satisfacere, nam alijs complacere, & alienæ voluntati more gerere studui semper quam maximè, etiamsi propterea mihi ipsi molestiam creassem ac tædium, ad eò quidem, vt, quod in alijs virtutis nomen meruisset, in me reprehensionem meruerit, & ingens vitium fuerit, quod in hoc sæpè discretionis limites excederem. Quot, ò Deus bone, modis & vijs tua me maiestas ad eum paulatim disponebat statum, in quo mea vi opera voluit, vt etiamsi nollem, me mihi met ipsi vim facere cogeret, sit ipse in æternum benedictus, Amen.

Esto verò ibidem non nisi paucis egerim diebus, per eam tamen, quam verba Dei tam lecta, quam audita in corde meo exseruere vim, simul & per bonum commercium, eam intelligere cæpi veritatem, quam olim in prima pueritia intellexeram; nimirum quid quid in mundo est, nihil esse, & non nisi meram vanitatem, atq; ipsum in momento præterire, simulq; timere, ne, si vitâ exire me contingeret, ad infernū detruderer. Ac licet ne tum quidem à me impetrare ipsa possem, vt statui monastico me applicarem: videns tamen statum illum & meliorem esse, & securio-

Quoduit mo  
nasterium  
ingressa



rem, paulatim apud memetipsam constitui quamdam mihi vim ad eum capellendum inferre. Trimestri, & amplius hoc in conflictu habi, hac meratione incitans & cohortans, nimirum vitæ monasticæ labores & mala panis purgatorij maiora esse non posse, ac, cum delictis ipsa meis infernales penas promerita essem, non multum esse, si quod restabat vitæ, velut in purgatorio transigerem; postea me rectâ caelos petiturâ, nam hoc vnum spectabam, ac desiderabam: atque in hac status deligendi anxietate, timore seruili magis quam amore moueri videbar. Hoc voluenti mihi dæmon proponebat fore, vt, quod delictis & vitæ molli assueuissem, Religionis onera & labores ferre non possem: cui è contra opponebam labores & dolores, quos Redemptor noster Iesus uiuens passus est, & proinde non multum esse, me aliquos ipsius nomine & amore subire; atque ipsum mihi in ijs ferendis auxilio futurum: Cogitare quidem hoc debebam, sed an hoc postremum cogitarim, non rectè recordor: His ipsis diebus plurimas passa sum tentationes, & grauissimis vexata febribus, ad quas longa animi accedebant deliquia: nam nunquam firmâ valetudine sum vsa. Maximè verò me tum iuuat, quod erga librorum sanctorum lectionem mirè affecta manserim. Vnde lectis S. Hieronymi Epistolis ita commota sum, vt tandem patri meo id significare decreuerim; quod propè idem erat, quod sacrum habitum suscipere: nam ita generosa eram, vt cum semel meam quo ad hoc voluntatem aperuissem, ob nullam profus rem, eam immutatura fuisse videar. Tanto potè me pater amore prosequeretur, vt nullo id ab eo pacto impetrare potuerim: vt nec aliorum, quos pro me intercessores ad illū misi, preces & compellatio: summum quod tum quidem ab eo obtineri potuit, fuit vt, cum ipse iam vita functus esset, facerent quidquid cuperem. Verum hic mihi metipsi, meæque imbecillitati timere cæpi, ne scilicet retro respicerem; vnde mihi videbatur hoc mihi parum expedire, ideoque id alia ab eo via obtinere sum conata, vt iam referam.

Quibus se  
arg. mentis  
contra de-  
monem tu-  
raretur.

Librorum  
sanctorum  
lectione de-  
lectatur.

## CAPVT IV.

NARRAT QVOMODO DOMINI OPE SIBI IPSI IN HABITV

sumendo vim fecerit; quamque multos eius maestas ei mor-  
bos davo caperit.

Is ipsis diebus, quibus ipsa mecum de isthoc proposito delibera-  
bam, vni de fratribus meis, vt vitæ se religiosæ daret, muadi huius  
vanitate ei ob oculos positâ, persuaseram. Vnde simul statuius  
quadam die summo mane ad illud Monasterium accedere, in quo illa  
amica, illa inquam, quam ego singulari quodam prosequeretur affectu,  
C 3 commo-

S.  
Theresia

Opera

N. V.  
156



commorabatur. Nam ex hac vltima determinatione mea ita affecta erā, vt vbi cumque magis me Deo putassem posse seruire, & quodcumque pater me voluisset ingredi, illud ingressa monasterium fuisset, quod iam magis ad animæ meæ bonum, & salutem, quam ad quietem internam at- tenderem, vnde hanc iam ne hilum faciebam. Quantum quidem mihi videtur (& vere ita est) meminisse fanè me tūc, cum domo paternā iam exirem, ita affectam fuisse, vt non putem maiorem me doloris sensum ex- perturam, cum iam moriar quam tunc in me sensi: singula quippe corpo- ris ossa à sua mihi diuelli sede, ac compagine videbantur. Nam quia nul- lus Dei amor in me erat, qui me amore erga patrem & consanguineos faceret obliuisci, hinc talem in me aduersus memetipsam repugnantiam sensi, vt nisi me Dominus adiuuisset, omnes meæ considerationes, & ra- tiones satis potentes non fuissent, ad hoc à me impetrandum. Sed ipse mihi talem animum contra memetipsam dedit, vt quod proposueram, ope- re tandem exquerer. Vt autem habitum sacrum assumpsi, statim, Deo me illuminante, intellexi, quomodo ipse adsit, & opem ferat ijs, qui, quo ipsi seruiant, sibi met vim inferunt. Sed hanc vim nemo in me no- tauit, sed omnes propensissimam quamdam ad hoc voluntatem. In ipso habitus assumpti momento, summum mihi ex assumpto hoc statu gaudium exortum est, quod exinde vsque in præsens numquam à me recessit, & qua anima mea laborabat ariditatem, in summam affe- ctus tenacitatem commutauit, adeo, vt quidquid ad Religionem spe- ctaret, iucundum mihi esset ac delectabile. Interdum, fateor, ijs ipsis ho- ris, quas olim corporis recreationi & ornati solebam impendere, do- mum euerrebam; quibus dum animum reuocarem; esse me iam ab illis liberam, nouum quoddam in mente mihi gaudium suboriebatur, vt & ipsa mirarer, & vndenam id oriretur prorsus haud intelligerem. Quod dum menti meæ recurrit, nihil est, tametsi gravissimum & durissimum, quod si mihi proponatur, non dubitem aggredi. Multorum

*Quam po-  
nam sensu-  
ris, dum re-  
ligiosum  
statum as-  
sumpsi.*

*Adest De-  
minus ijs  
qui sibi  
vim info-  
runt.*

*Anima an-  
xietas in lo-  
no aggredi-  
endo.*

*Ob metum  
non sunt  
Dei inspira-  
tiones negli-  
gentia.*

namque vsu, & experientia iam noui, si initio me ipsa in firmiter statu- endo aliquid exequi iuuen (nam vbi aliquid ex puro Dei intuitu fit, vult animam hoc metu initio perterri, donec ipsum aggrediat, vt sic ma- ius nostrum sit meritum, & quo hic metus maior est, eo etiam, si nihilo- minus rem aggrediat, maiori premio donatur, & postea maiorem inde suauitatem ac voluptatem sentit) maiestatem eius etiam in hac vita id mihi certis quibusdam modis remunerari, quos ille solus intelligit, quid re ipsa iam experitur. Hoc vti dixi plurimis in rebus magni momenti ex- perientia cognoui, vnde si essem, quæ aliis dare consilium deberem, num- quam consulerem, vt cum bona aliqua inspiratio sapius alicui occurrat, eam ob metum initio incidentem executioni mandare negligeret: nam si

pure



purè simpliciterque solo Dei nomine suscipiatur, non est quod timeat, nè non felici: et sibi succedat, quia Deus ad omnia potens est: sit ipse in æternum benedictus, Amen.

Quæ quidem hæc tunc mihi, ô summum bonum, & vnica requies mea, bona & gratias contulisti, quod me scilicet singulari tua pietate & magnitudine, è tot deuiis anfractibus ad statum ita securum, & ad locum, in quo plurimæ DEI famulæ commorabantur, perduxeris, à quibus virtutum exempla mutuari possem, quibus excitata, indies in tuo famulatu magis, & magis proficerem: illa, inquam, sufficere debuissent. Verùm, quomodo hinc vterius progrediar, nescio, dum nimirum professionis meæ formulam, & quantà resolutione & consolatione eam fecerim, nec non sponsalia, quæ tecum tunc iniui, in mentem reuoco. Quæ omnia sine lachrymis exponere nequeo, quæ & sanguine esse deberent, & ipsum mihi cor præ dolore dirumpi, qui quidem doloris sensus etiam nimis, quam exiguus, esset, si intuear quoties, & quam grauius exinde, Diuinam tuam Maiestatem peccando offenderim. Et sanè, (vt quidem nunc mihi videtur) non sine magna ratione, tantam mihi habere dignitatem nolebam, quòd illà essem abusura; sed tu, DOMINE, viginti circiter annis, quibus hæc tua gratia malè usata, iniuriam pati voluisti, vt hoc ego pacto ad emendationem peruenirem. Ità planè, DOMINE, me hic gessi, (vt quidem apparet) ac si promississem nihil eorum, quæ tibi vouendo promiseram, seruare; quamuis tunc quidem talis mea intentio non fuerit: sed video opera mea postea huiusmodi fuisse, prorsus vt nesciam, qualem tum intentionem habuerim; vt scilicet magis pateat, quis tu, sponse mihi sis & qualis ego. Et sanè magnorum vatorum meorum sensum ea sæpenumerò consolatio in me minuit ac temperat, quæ mihi prouenit ex eo, quòd misericordiarum tuarum multitudo hoc pacto innotescat. In quo verò illa sic elucescat, vt in me, vt potè, quæ singulares, quas mihi facere incœpisti gratias, operibus meis malis sic obscurauit? Væ ergo mihi, DOMINE Creator: nam etsi aliquid ad me excusandam excogitare vellem, planè non possum, nec vlli imputare culpam possum, præterquam mihi, si enim pro amore, quem mihi exhibere cœpisti, amorem aliquem tibi rependissem, nemini melius, quam tibi eum applicare potuissem, & hoc si fecissem, salua essent omnia. Sed, quia id non promerui, nec tanta mea felicitas fuit, hinc tua mihi misericordia iam auxilio sit oportet.

Mutatio vitæ, ac ciborum valetudini meæ directè contraria fuit: nam esto summà consolatione perfunderer, & contenta essem, inde tamen melius non habui: Deliquia quippe & animi defectus quotidie

Morbi s.  
Matris in  
religione,  
tidie

S.  
Theresia

Opera

N. VII  
156



ridiè magis, & magis crescebant, tantusque accedebat cordis languor, ut quotquot me viderent, obstupescerent: quem mox alij morbi sequebantur; ut primum tyrocinij parum firmâ valetudine peregerim: quamquam toto illo tempore, Deum non multum, (ut mihi videtur) offenderim. Et quoniam malum a deo graue erat, ut me semper ferè sensu priuaret; immò subindè eum etiam omnem mihi penitus eriperet; hinc patris meus omnimodis allaborabat, ut valetudini possem restitui; & quia ab huius loci medicis nullam opem sentiebam, ad alium me locum, in quo varijs morbis affectos per sanari multos constans fama erat, me conduciiussit, quod & me illic sanitati restituendam omnes censerent. Amica illa mea, quam in hac domo me habuisse antè dixi, & quæ de veteranarum erat numero, mecum profecta est; nam isthoc in monasterio claustrivoto Moniales se non obligabant. Annum propè integrum illo in loco egiporro tribus eius mensibus tantos passa sum medicorum mederi voluntium ex prescripto cruciatus, ut quomodo eos ferre potuerim, ipsa nesciis. Denique tamen eos animo paterer, corpus tamen meum iis ferendis impar erat. Æstate ineunte primum in medicorum manus tradenda eram; at tamen incipiente hyeme eò me contuli; toto autem tempore intermedio in sororis meæ, quam in pago commorari dixi, domo hæsi mensis Aprilis expectans, qui & instabat, & nè toties vltro citroque commearem. Mihi iam è monasterio digressa patruus (quem antè dixi in via habitasse) librum dedit, cui Abecedarium Tertium nomen est, quique orationes recollectiue, & mentalis methodum tradit. Et licet primo illo tyrocinij mei anno varios pios sanctosque libros legissem (neque enim alios quam pios legere volebam, ut potè damnorum, quæ ab alijs illis passa eram, probè gnara) nesciebam tamen, quomodo me in oratione gerere ac mentem recolligere deberem; hic proindè liber gratissimus tum mihi fuit, ipsiusque viam ac methodum omni animi contentione sequi statui; & quia lachrymarum donum iam tum à Domino acceperam, atque ipsa lectione multum recreabar; hinc solitudinem subindè ad tempus colere, frequentius confessionem instituere, hanc ipsam viam ingredi incipiebam, hocce libro loco magistri & directoris vtens; quod nullum magistrum, Confessarium, inquam, inuenirem, qui me intelligeret, tam etiam viginti ipsis annis, postquam hoc, quod hic dico contigit, talem quaesierim. Quod haud dubiè mihi non parum nocuit, & huius defectu, non solum sæpè retrocessi, verum etiam in presentissimo periculo fui, nè penitus perisum irem. Si enim directorem habuissem, hic saltem me fugere docuisset occasiones, quas ad Deum offendendum habebam. Diuina illius Matestas, tam magnas mihi sub his initijs dare gratias cepit, ut ad finem illius temporis, quo hic egi in solitudine, quod nouem penè mensium fuit, etiam non

*Libros Sanctos tantum legere vult.*



non tam libera ab offendendo Deo, quam liber ipse docebat. Sed hoc parum morabar: videbatur enim mihi propè impossibile tam exactam in eo curam gerere, eam quidem adhibebam, ne quod lethale scelus committerem, atque ò vitam ea mihi perpetua fuisset: venialia porro parui faciebam; atque hoc erat, quod me destruebat. Hoc, inquam, in itinere ita me Dominus præuenire & fauere cœpit, vt mihi donum orationis quietis dederit; ita quidem, vt etiam aliquando ad vnionis modum perueniret, esto non intelligerem, quid aut hoc, aut illa esset, quantique huiusmodi donum faciendum esset. Et sanè, si ipsum intellexissem, non dubito, quin magno id mihi emolumento fuisset. Hæc quidem vnio, vt verum fatear, tam breui temporis spatio durabat, vt nesciam, an salutatio Angelica eo recitari potuisset: verum tam eximij posteam remanebant effectus, vt, cum tunc vigesimum ætatis annum nondum explestem, mundum mihi vniuersum pedibus premere viderer. Adeò, vt (si rectè recordor) sortem illorum misereretur, qui ipsum, etiam in rebus licitis sequerentur. Procurabam, quantum quidem poteram, IESVM CHRISTVM Dominum, & omne bonum nostrum, intus in animo meo præsentem quouis loco circumferre. Atque hæc orationis meæ erat ratio. Si quod vitæ eius mysterium meditatione recolerem, ipsum intus in animo velut præsens fingebam; quamquam piorum lectione librorum plus temporis impenderem: nam hæc omnis mea recreatio erat & delectatio, quod mihi per intellectum discurrendi, & imaginatione vtendi talentum Deus non dedisset: nam ita eam crassam & obscuratam habeo, vt ne quidem ipsam Saluatoris CHRISTI humanitatem perfecte recogitare, aut repræsentare mihi, licet maximè conarer, vniquam potuerim. Et licet per hoc, quod per intellectum discurrere nequit, quis citius (modo perseueret) ad contemplationem perueniat, est id tamen valdè difficile ac laboriosum; nam si voluntas non habeat, quo se occupet, & amor nullum rei præsentis obiectum, in quo sese detineat, tunc anima velut sine materia circa quam & omni exercitio manet; & hæc solitudo & ariditas valdè eam lancinat, & cogitationes vanè incidentes mirè eam exagitant. Ijs ergo, qui huiusmodi sunt, magis conuenit putandaque conscientia, quam ijs, qui per intellectum discurrere queunt: qui enim intellectu discurret & recogitat, quid sit mundus, quantum, & quid Deo debeat, quam multum Dominus pro ipso, tulerit, quam verò parum ipse ei seruiat, quantum denique diligentibus se retribuat, eam inde doctrinam elicit, quâ se contra cogitationes ingruentes, peccandiue occasiones, & pericula tueatur. At, qui hoc adminiculo se iuuare non potest, in maiori versatur periculo, lectioneque se multum occupet oportet, cum seipso aliquam rationem doctrinamue non possit

*Ab omnibus  
etiam venialibus  
peccatis abstineret oportet.*

*Illius orationis  
modus.*

S.  
Theresia

Opera

N VII

106



elicere. Hæc procedendi ratio ita difficilis & laboriosa est, vt, si director eum quem instruit sine lectione (quæ nõ parti inuat, vt qui hoc modo procedit, se recolligat: eique necessaria est, quantumuis vel parum legat, idque non nisi loco orationis mentalis, quam exercere non valet) subsidio diu cogat orationi incumbere, planè impossibile sit, vt diu sic in ea maneat, & sanitatem, si in ea mordicus pergere velit, non parum offendat, quod res sit apprimè laboriosa & perdifficilis.

*Illius in oratione perseverantia.*

*Bonorum librorum utilitas.*

*Occasiones peccati surgere, quando opere sit necessarium.*

Iam demum agnosco, diuinâ ordinatione & dispositione factum esse, vt neminem qui me instrueret, inuenirem: nam (vt mihi quidem videtur) impossibile penius fuisset octodecim ipsos annos, quibus hoc in angore & illis magnis ariditatibus vixi, perdurare, quod sicuti iam dixi, planè non possem intellectu discutere. Porro toto illo tempore (nisi forte post communionem) orationi me dare non audebam, si librum ad manum non haberem; ita namque horrebat anima se sine aliquo libro adorandum applicare, ac si contra magnam hominum turbam eam pugnare oportuisset. Hoc me ipsa remedio, quod mihi ad instar socij erat, & quocumque clypeo omnes variorum cogitationum ictus excipere debebam, solabar: eo quod ariditas solennis & ordinaria mihi non esset, & non aliter accideret, nisi dum carebam libro: tunc namque anima distracta statim diuagabatur, & cogitationes, velut excusso fræno quocumque liberè se diffundebant, sed hocce libri subsidio eas paulatim recolligebam, & animam meam velut ei ablandiendo, ad stationem reducebam. Sæpe quidem satis mihi erat, vel librum aperuisse: & modo parum, modo multum, pro gratiâ quam à Domino accipiebam inopiâ vel copiâ, legebam. Atque hoc in principio, de quo loquor, nullo mihi videbar, dum modo libros habere, & sola esse possem, periculo aut discrimine, à tanto posse bono auelli: & reuerà diuinâ succurrente gratiâ, ita futurum fuisse credo, si modo directorem, aut alium quemlibet habuisssem, qui me, vt peccati occasiones initio fugerem, monuisset, & si fortè me in eas induissem, quanto citius eripuisset. Et sanè ita tum quidem mihi animata fuisse videor, vt, siue diabolus apertè tunc aggressus fuisset, nullo ad grauiter peccandum peccato induci potuisssem. Sed ad eò ipse versutus, & ego incauta fui, vt omnia proposita me a valde parum mihi profuerint, nisi forte à toto illo tempore, quo Deo seruiui, graues illos, quibus eum tunc conflictabar, morbos ferendos, & quidem magnâ illâ patientiâ, quam diuinâ eius maiestas mihi dabat. Sæpè mecum mirata sum summam DEI bonitatem recogitans, & anima mea exultauit, magnificentiam & misericordiam eius considerans. Sit ipse pro omnibus illis benedictus, quod ad oculum viderim, cum ne vel vnum bonum desiderium, quod habui, etiam in hac vita, irremuneratum abire permisisset: & quantumuis tenuia & imperfecta



imperfecta opera mea essent, ea tamen Dominus meliorabat, perficiebat  
 ipsaque pretium & valorem addebat: mala autem, & peccata statim celabat,  
 quin & oculos eorum, qui ea viderunt, maiestas eius quodammodo ex ce-  
 cari permittit, ipsaque etiam de memoria ipsorum delet. Peccata velut in-  
 aurat, & de cõtra efficit, ut virtus, quam etiam ipsemet mihi tribuit, & ut eã  
 admittam, me velut compellit, mox reluceat & omnium oculos incur-  
 rat. Ut porro redeam ad id, quod mihi à superioribus iniũctum est, sanè si  
 singillatim referre deberem, quo se Dominus modo mecũ sub hæc prin-  
 cipia gesserit, alio, eoq; sublimiori quã meo opus esset ingenio, quo quid-  
 nam illi hac in parte debeam, nec non insignem meam ingratitude, &  
 nequitiam possem describere; omnium quippè iam sum oblita: sit ipse in  
 æternum benedictus, qui tam diu patienter me sustinuit. Amen.

## CAPVT V.

GRAVES, QVOS HABVIT PROSEQVITVR MORBOS, NEC  
 non patientiam, quam in ijs sibi Dominus dedit: & quomodò è malis eliciat bonum, pro-  
 ut videre erit in re quadam, que illo loco ad quem sani-  
 tatis recuperanda causa abierat, et  
 contigit.

PENE me effugerat dicere, quod in ipso Nouitiatu anno magnas pas-  
 sã sim inquietudines & molestias, & quidem in rebus, quæ ex se parui  
 momenti erant, sed in quibus sæpè, tamen innocens, reprehendebar: fe-  
 rebam id quidem, etsi (quæ mea imperfectio erat) permolestè; tamen ma-  
 gna illa, quod Religiosa iam essem, consolatio omnia me æquanimiter to-  
 lerare faciebat: quod enim sodales meæ solitudinem me sectari, & præ-  
 teritas culpas subindè deplorare viderèt, statim me meo non esse conten-  
 tam existimabant, quod etiam salãm dicere non verebantur. Omnia quæ  
 Religionis erant, mirificè mihi placebant, ea tamen, quæ contemptum  
 mei videbantur includere, minimè ferre poteram. Gaudebam quippe ab  
 omnibus magni fieri; & in omni eo quod faciebam curiosa & exacta e-  
 ram. Hoc ipsum porò mihi quædam esse videbatur virtus, quamquam  
 hoc me à culpa non eximet, quòd, quæ ad recreationem & commodita-  
 tem meam spectabant, optimè sectari scirem. Ac proindè ipsa me igno-  
 rantia hic à culpa nõ excusat. Aliqualem quidem excusationem meretur,  
 quod hoc monasteriũ, non esset super magnam perfectionem fundatum:  
 at ipsa (quæ mea improbitas) sequebar quod videbam bonum non esse, &  
 quod bonum erat, non sequebar. Quædam tunc temporis Monialis gra-  
 vi ex morbo decumbebat, eratque seruiantibus permolesta: quædam  
 namque in vete habebat foramina, quæ nimia oppilatio alui causauerat,

D a per

S.  
 Theresia

Opera

N VII

106



*Quidquid  
pertransit  
nihil est re-  
spectu aeter-  
norum.*

per quæ quidquid manducabat, egerebat. Vnde etiam non multo post decessit. Videbam quidem omnes, quæ domi erant istuc morbi genus exhorrescere: ego verò illius inuidens patientiæ, Dominum rogabam, ut cum eadem patientiâ, eos mihi daret morbos quos placeret. Nullum verò (vt mihi videtur) tunc morbi genus metuebam; eo namque bonorum & tertiorum acquirendorum tenebar desiderio, ut quocumque demum pretio & medio ea comparare mecum staturerem. Quod ipsum nunc summo opere miror, quod nondum eo Dei amore tacta essem, quo postea, cum iam orationem frequentare cepi, mihi videbar tacta fuisse: etenim aliud non habebam, quam lucem quãdam, & cognitionem, qua, quidquid trãssit, & finem habet, parui faciendum videbam; & contra bona, quæ per hoc comparari possunt, permagni ducenda, cum æterna sint. Illius maiestatis hocce meum votum audiuit, nam antequam duo effluxissent anni, in morbida effecta sum, vt, licet malum, quod triennio ipso pertuli, vt iam referam, tale non fuerit, quale illius monialis; non minus tamen molesti mihi, ac graue fuisse credam. Cum iam tempus, quod apud fororem meam in loco quo dixi hærens, expectarem, venisset, vt medico traderet; magna me & pater, & soror, & amica illa monialis, quæ mecum venerat, quæque magno me amore prosequeretur sollicitudine, vt bene in via haberet; & nihil mihi deesset, conduxerunt. Hic animæ meæ quierem interturbare diabolus cepit, etsi multum inde boni Deus elicuerit. Erat in loco, quem curandi gratia adieram, sacerdos quidam non contemnendis natalibus, & ingenio doctus quoque, sed non nisi mediocriter. Hunc ergo mihi in confessarium delegi, quod litterarum semper amans fui, esto multum animæ meæ damni attulerint confessores, qui non nisi mediocriter docti erant: non enim poteram tam doctos semper reperire, ac quidem voluissim. Iam vsu ipso didici, sarius esse, eos, modo boni, beneque morati sint, nullas habere litteras, quam non nisi modicas: nam indocti, cum sibi non fidant, necesse habent alios doctiores consulere; neque etiam ego ijs fiderem. Vir bene doctus numquam me decepit, neque etiam indocti illi me volebant decipere, sed quid plura non sciebant. Ego verò putabam multum illos scire, meque non vterius quam ad illis credendum obligari, cã quod mihi dicebant, ad laxitatem & maiorem libertatem tenderet. Si etiam nimis restrictè & scrupulose mecum egissent, tanta quidem meanequitia est, vt alios haud dubiè confessarios quæsissem. Quod veniale peccatum erat, nullum aiebant esse, quod grauissimum mortale, non nisi veniale esse. Hoc porrò ita mihi nocuit, vt merito id ad aliorum cautelam hic referre possim, quo tantum malum, & damnum non incurrant: Video enim me propterea apud Deum excusandam non esse; quia satis erat res illas naturã suã nõ esse bonas, vt ab ijs abstinerẽ. Credo Deũ propter peccata mea

*Confessor  
ille melior  
est, qui pro-  
fus indoctus  
est modo pius  
sic quam  
qui medio-  
criter do-  
ctus.*

*Periculum  
à confessa-  
rijs indoctis.*



na mea permisisse, vt & hi seipfos a me deciperent, & ego alias deciperem, illis referendo ea quæ ab ijs acceperam, septemdecim & amplius annis (vt puto in illa cæcitate mansi, donec quidam vir apprimè doctus, ex ordine Sancti Dominici, me quoad aliqua melius edocuit, & Partes Societatis Iesv, quoad omnia, magnum mihi timorem incusserunt, tam mala principia (vti postea dicam) in me exaggerantes. Vbi ergò huic, quem dico, confiteri cæpi, is mirificè erga me affici incæpit; eo quod tunc non tam multum habebam quod confiterer, atque habui postea, vt nec habueram ab eo tempore, quo religiosa fueram. Huius affectus non erat malus, sed quia nimius erat, hinc in non bonum degenerauit. Is de me persuasum sibi habebat, me nullo omninò pretio quid agere velle, quo Deum grauiter offenderem; idem quoque de se ipse affirmabat: hinc magnum inter nos esse cæpit commercium: sed ego ita quidem tunc constituta eram in mea conuersatione, vt accedente illa Dei, quam habebam familiaritate, nihil mihi esset iucundius, quam de rebus diuinis loqui: qui quòd ita iuuenem me esse cerneret, hinc non mediocriter confundebatur; adeò vt è nimio illo suo erga me affectu, & propensione suam mihi indicare perditionem cæperit, quæ sanè parua non erat: nam septem penè annis in periculosissimo statu, ob infame & inhonestum cum quadam loci huius muliere commercium, hæserat, & in eo statu cum esset, interea tamen celebrare non verebarur. Res erat ita passim nota & celebris, vt & honorem, & famam omnem amisisset, nemo tamen eum huius rei commonere audebat. Me vero magna eius cepit miseratio, quia cum maximè diligebam. Hoc quippè ego, non paruum leuitatem & cæcitate redolens habebam, quod virtutem quamdam esse censerem, gratum esse, & necessario amare me debere eum, qui me amore prosequeretur. At maledicta sit illa obligatio, quæ ad vique repugnantiam eius, quod Deo debemus sese extendit. Est hoc dementia quædam, cuius in mundo vsus est, quæ etiam me demeritat. Deo quippè debemus omne bonum, quod nobis ab hominibus fit, virtutem tamen esse putamus, hanc humanæ amicitie legem non violare, tamen directè Deo aduersetur. O intolerabilem mundi cæcitate! Utinam, Domine, toti mundo ingratislima essem, tibi verò ne vel minimum! sed propter peccata mea, plane contrarium factum est. Exactius ergo, è domesticis, illius de facti veritate cæpi inquirere, è quibus illius perditionem intellexi, & non tam ipsam in culpa esse ac putabatur: nam scelesti hæc muliercula imaginulæ cuidam areæ, quam illum roga-

*Nimia familiaritatis damnata.*

*Malalexamoria, quo diligimus eos, qui nos diligunt cū hic amor Dei amoris repugnat.*

*Beneficium.*

S.  
Theresia

Opera

N. V.

186



S. Matris  
humilitas.

persuadeo; dicam tamen, quæ vidi; vt tibi viri ab illarum fœminarum, quæ  
id genus commercia habere voluit, vsu caueant, sibi persuadeant velim,  
quod, cum fœminæ (quæ magis semper ad honestatem seruandam ob-  
ligantur, quam viri) omnem DEI pudorem amiserint, nequaquam, &  
nulla in te illis possint fidere: nam vt suam cupiditatem & libidinem,  
quam Cacodæmon illis suggerit, ad effectum cogant, & expleant, ni-  
hil penû habent. Esto verò ego scelestâ fuerim, & improba, numquam  
tamen simili in genere deliqui, nec vîquam ad malè faciendum ali-  
quem induxi; nec, siquidem potuissem, voluntatem alicuius violentè,  
vt me amore prosequeretur, cogere voluissem: nam suâ me gratiâ  
Deus ab hacre præseruauit; sed si me deseruisset, non minus in hoc pro-  
lapsâ fuisset, quam in reliquis deliqui: nam non est, quod de me quis  
fidat. Vt ergo hoc de ipso intellexi, maiorem ei amorem cœpi osten-  
dere; intentio quidem mea bona erat, sed non res ipsa: vt enim bonum  
aliquod, quantumuis maximû facerem, ne vel minimû facere malum me  
oportebat. Vt plurimum cum illo de DEO loquebar, & hoc quidem  
aliquo modo eum iuuare debebat, tamen nihil eum magis iuuille cre-  
dam, quàm quod erga me afficeretur: nam vt mihi gratificaretur, icuncu-  
lam illam mihi tradidit, quam acceptam statim in profluentem abiici iuf-  
si. Hâc ablata, quasi, qui è profundo somno excitatur, cœpit ex acerbè singu-  
lorû, quæ annis illis continuè cômiserat, recordari; vnde se ipse obstupe-  
scens, suâque perniciem dolenter deplorans, mulierculam illam paulatim  
repudiare cœpit: Deiparam Virginem hac in re illi subsidio fuisse, satis in-  
quet: nâ immaculatæ illius conceptioni singulari quadam ratione affe-  
ciebatur, & cum festum illius quorannis recurreret, insigni id solemnitate  
recolebat. Tandè mulierem illâ sive videre quidè sustinuit, & aspectu eius  
penitus abstinuit, Deoque, quod mentè illuminare dignatus esset, gratis  
agens fatiari non poterat. Qui deindè euocato anno præcisè eo ipso die,  
quo eum primû vidi, ex hac vitâ decessit. Deo iâ multû & sedulo seruierat:  
nâ insignis ille affectus, quo erga me ferebatur, numquam mihi visus est  
fuisse malus, esto is aliquantò esse purior potuerit. Huc accedit, quod etiâ  
prægnantissimas peccandi occasiones habuerimus, quæ, nisi Deû maximè  
præ oculis habuissemus, ad grauitè contra eum peccandû, nos perduxis-  
sent, sed ita quidè tunc animata erâ, vt numquam aliquid (vti iam dixi) fe-  
cissimè, quod peccatû mortale esse scissem. Et crediderim illû, quod hanc  
in me cautelâ obseruaret, magis indè ad me amandâ permotû fuisse: cre-  
do nâque viros omnes magis affectu in eas fœminas ferri, quas in virtutè  
propendere vident; & etiâ ad obtinendû id, quod in hoc mundo præten-  
dunt, plus illas apud hos, per hanc virtutû viam, quâ viciorum proficere,  
vti postea ostendâ. Adeo vt certissimè credam, illû in via salutis esse. Valde  
Christia



Christianè mortuus est, & ab illa peccandi occasione penitus liberatus, & ut hac ratione ad salutem perueniret, Dominus videtur voluisse.

Trimestri illo in loco fui, grauissimos sustinens cruciatus: nam acriora & duriora mihi medicamenta adhibebantur, quam mea ferret cōplexio: adeo, ut secundo mense medicamentorū acrimoniā ac vi penē ad extremum vitæ redacta essem, & cordis deliquium, ad quod tollendū illūc missa eram, esset factum intensius, adeo ut id mihi subindē dentibus acutissimis commorari videre. ur, ut potissimum vereretur omnes, ne morbus in furorem degeneraret. Ob ingentem virium defectum & debilitatē (nihil quippē in stomachū, præter liquida & sorbilia dimittere poteram, quod omnia sumpta euomerē, tū quod febris cōtinua ac quotidiana purgationes, quia mēse prope integro singulis diebus posim me sumere medicini iusserant, corpus planē exhauerant) ita introrsum & arefacta erā, ut iā mihi nerui cōtrahi inciperent, tanto quidē cū dolore & cruciatu, ut nullā rā de die, quā de nocte, quietē inuenire possem: ad quod etiā profundissima quēdā animi accedebat tristitia. Pater itā me constitutā reduxit in locū vnde venerā; vbi, cum medici me denuō inuiserent, de mea valitudine desperabant, quinimō me præter eos, quos habebā, morbos, etiā hecico malo laborare asserēbāt. Parū, aut nihil istuc illorū iudiciū curabā: sed ipsi me dolore vexabāt: nā à capite ad pedes vsq; , vbiq; æquē graues & intēsi erant. Et sanē, ut ipsimet medici affirmabant, dolores nervorū sunt intolerabiles, idq; eō magis, quod omnes omnino contraherētur: quod certē, nisi culpis id ipsa meis promerita essem, grauissimū tormentū erat. Non nisi trimestri meo iudicio in extremo hoc cruciatu fui: nā impossibile videbatur, tot mala & tormenta iunctim me posse ferre. Nūc miror, & velut singulare Dei beneficiū agnosco, patientiā illā, quam illius maiestas mihi elargita est: nā liquidē patebat, illā non nisi ab illo dari. Ad eā habendam non parū me iuuat, vitā, & historiā Iob in S. Gregorij moralibus descriptā legisse, ut tū per hanc lectionē, tū per orationis studiū, cui iā dare me ceperā, prouenisse me Dominus videatur, ad tanta cū voluntatis conformitate cruciatus hosce ferēdos. Omnia colloquia mea erant cū illo, & penē semper hæc verba Iob: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus?* <sup>Iob 2.</sup> aut mente reuoluebā, aut in ore habebā: hoc enim mihi & animos videbatur addere, & robur. Inter hæc occurrit Festū Assumptionis B. Virginis (nā eatenus iā indē à mense Aprili, cruciatus ille durarat, quāquam tribus vicinis mensibus intensior fuit) quo festinaui peccatorum meorum confessionem instituere; siquidem semper frequentioris Confessionis amantissima fui. Putabant id me præ mortis metu facere, atq; ideo parens, nē quam mihi hæc cogitatio aut apprehensio molestiam crearet, confessionem me instituere non permisit. O superfluum ac nimium carnis

& sangui-

*Et sic patē-  
entia.*

*Iob 2.*

*Nextum est  
impedire, no-  
agri consi-  
teantur.*

S.  
Theresia

Opera

N VII

156



*Paroxysmū  
patitur.*

& sanguinis amorem! nam tamenti is patris tam Catholici, virique adeo prudentis, ut ipse erat, esset, ita ut ex ignorantia id fecisse dici nequeat, permultum tamen ipse mihi nocere potuisset. Hac ipsa nocte, talis me paroxysmus occupavit, ut penè quatuor me sensus omnis expertè reddiderit: quo durante: Sacramento extremæ Vnctionis sum cōmunita, & ad singulas horas, aut momenta me spiritum credebant emissurā, hinc fidei Christianæ articuli identidem mihi prælegebantur, perindè, ac si quid intellexissem, quin etiā interdum ita me emortuam esse credebant, ut deinde etiam residuæ ceræ guttas in oculis repererim. Torquebat patrem non parum, quod me tunc non permisisset confiteri: hinc plurimas ad Deum pro me preces, & pios clamores effundebat; ille proindè sit benedictus, qui eos exaudire est dignatus. Nam cum iam die & medio sepulchrum in Monasterio meo apertum fuisset, meum in horas cadauer monialibus expectantibus; quin imò in alio Ordinis nostri Monasterio, quod extrā hūc locum est, exequi à fratribus pro me tantquam demortuā, celebratæ essent, placuit Domino mihi mer ipsi ac sensibus restituere. Vnde quamprimum confiteri volui. Multis tunc cum lachrymis Sacram Cōmunionem adij, sed, quantum mihi videbatur, non nascebantur hæc ex eo sensu & dolore, quod Deum meum offendissem, qui ad salutē satis esset; nisi me excusasset, quod bonā fide crediderim illis, qui me decipiebāt, dicētes, quædam non esse peccatum mortale, quæ tamen postea certissimè compen mortalia esse: nam etsi dolores, qui mihi remanserant, essent intollerabiles, & sensus nimis, quam exiguus, tamen confessio, meo quidem iudicio, perfecta erat & integra, de omnibus in quibus me Deum putabam offendisse: nam hanc mihi, inter alias plurimas, gratiam maiestas eius contulit, quod, ex quo sacratissimum Eucharistiæ conuiuium frequentare cepi, nihil unquam, quod peccatum mihi esse videbatur, confiteri neglexerim, esto id non nisi veniale foret. Nihilominus & tunc me mori contigisset, nō vique adeo (ut quidem ipsa arbitror) de salute mea secura, certa que fuisset, tūm quod confessarij mei parum litterati essent, tum quod ipsa adeo improba forem. Et sanè cum hoc ipsa mecum perpendo, & quomodo me Dominus (ut quidem mihi videtur) velut à morte excitavit, tantus me stupor occupat, ut toto corpore contremiscam. Par, & æquum, meo iudicio, fuisset, te, o anima mea, cogitare, quanto è periculo te Dominus eripuisset, & esto, ex amore eum non desuisses offendere, ex timore saltem id omisisses, eò quod aliis mille vicibus, cum peiore in statu eras, occidere te potuisset, neque multum me credo de meo adiungere, si bis mille vices dixero, etsi, qui me in peccatis meis referendis moderationem adhibere iussit, me obiurgaret: & sanè satis illa insignita & illustrata sunt. Quem ex Dei amore rogo, nihil ut de peccatis meis demat; quòd hac ratione ipsa Dei magni-

*Imperitia  
Confessario-  
rum quan-  
to perè no-  
ceat.*



magnificencia magis elucescat, & quantum ipse animam aliquam sup-  
 portet: sit ipse in æternum benedictus; eiusque maiestati, vt placeat enixe  
 rogo, ante vt annihilar, quam vniquam eum plus amare desinam.

CAPVT VI.

NARRAT, QUANTVM DEO DEBVERIT, QVOD ILLI IN TAN-  
 tis cruciatibus bonam cum illius voluntate conformitatem dederit; & quodd glo-  
 riosum Iosephum in patronum & aduocatium delegerit, quam-  
 que hoc sibi profuerit.

EX illo quatruiduano paroxysmo ita malè affecta mansi, vt incompa-  
 rabiles dolores, quos in me tunc sensi, solus Deus nosse possit. Lingua  
 præ continuo morfu, hinc inde fracta erat: fauces, tum quòd tanto tem-  
 pore, nihil ciborum, transmisisse, tum è continua debilitate perindè e-  
 rant, ac si suffocarer, vt ne aquam quidem transmittere possem. Omnes  
 quoque ossium compages loco moræ videbantur, vt taceam caput ita  
 turbatum fuisse, vt emotè mentis viderer. Adhæc toto corpore instar glo-  
 meris, aut pilæ contracta eram: Quia in hoc dierum illorum dolor defici-  
 uit, vt non magis brachium, aut pedem, aut manum, aut caput per me  
 mouere possem; quam si reuera mortua essem, nisi alijs mouëtibus, vnum  
 dumtaxat dextræ manus digitum mihi videbar mouere posse; vt etiam  
 quis me contingeret, vix vlla apparebat ratio; ita quippè toto corpore af-  
 fecta eram, nullius vt còtactum ferre possem. Hinc me in quodam linteo,  
 vno vnum, altero aliud latus tenète de loco in locum moueri oportebat.  
 Durauit hoc ad vsque Dominicam palmarum. Hoc porrò vnum solatij  
 habebam, quod si me nemo tangeret, dolores sæpè mitigarentur, vtque  
 vel modicum quietis, mihi darent, subindè me benè habere fingebam,  
 quòd vereretur, nè me patiëtia deficeret. Hinc summoperè gaudebam, cum  
 dolores meos, nec tam intensos, nec tam continuos esse cernerem, quam-  
 quam vehemèti duplicis quartanæ febris, quam maximam & diurnam  
 habui, frigore accedente, eos etiam paterer intolerabiles, vti & magnam  
 stomachi nauseam: statim ergo ita festinaui ad monasterium meum redi-  
 re, vt me, ita licet affectam, eò etiam deferri fecerim. Quam igitur mor-  
 tuam expectarant, anima tenus dumtaxat moniales receperunt: cor-  
 pus quippè habebam mortuo deterius, vt horrorem, & dolorem viden-  
 tibus moueret. Cuius summa & extrema debilitas nullis exprimi verbis  
 potest, vt solis constare viderer ossibus. Hoc in statu, plus octo, (vt iam  
 dixi) hæsi mensibus; triennio verò propè toto, omni membrorum vsu ca-  
 rui, et si is quotidie magis & magis mihi restitueretur. Vt primùm ligneis  
 fulcris niti cæpi, Deo gratias egi. Omnes porrò has infirmitates magnâ  
 S. M. Teresa Opera. E cum

Paroxysm  
 superioris  
 effectus.

Referetur ad  
 monast-  
 rium.

S.  
 Theresia

Opera  
 N VII  
 106



cum DEI voluntate conformitate sustinui, quin & , exceptis illis primis, summâ animi lætitiâ. Omnia quippè nonniſi ludus mihi eſſe videbantur, cum illis collata doloribus, quos initio tulerâ. In omnibus diuinâ me voluntati per omnia conformabam, tametiſi me etiam perpetuò hoc in cruciatu agere paſſus eſſet. Nulla alia de cauſa, vt mihi videretur, deſiderabâ ſolitudinem reſtitui, quam vt in ſolitudine orationi, ſicut inſtructa eram, me dederem: nam in valetudinario nulla ad hoc commoditas erat. Frequenter confeſſionem inſtituebam; ſæpè item de Deo ſermonem miſcebam, ita vt omnes domesticas ædificarem, quæ & viciffim patientiam, quam mihi Dominus dabat, obſtupeſcebant: niſi enim eam ipſe dediffet, impoſſibile illis videbatur, tantos cruciatuſ, tantâ animi hilaritate pati poſſe. Gratia quoque bene orandi, quam mihi dederat, permagni ad hoc momenti fuit: Hæc namque intelligere me faciebat, quid eſſet eum diligere. Exiguo namque illo poſt tempore vidi virtutes illas in me velut in nouitas, eſto nondum ſatis validas: quia me in iuſtitia ſtatu firmam tenent non potuerunt. De nullo malè, ne minimùm quidem, loquebar, ſed vix plurimum omne detractioſum & murmuratioſum genus impediētibam: nam valdè mihi impreſſeram, nō debere me velle, aut dicere de alio quicquam, quod de me alios dicere nollem. Hoc ergo malum imprimis cauebam, quod ſæpiùſ detractioſi aliiſ occaſiones occurrerent; tametiſi non tam plenè ac perfectè, quin ſubindè, dum mihi ſe prægnans offerebat occaſio, aliqua in re impingerem: ſed ordinariè non impingebam; hinc de ijs, quæ mihi ſeruiebant, ac mecum tractabant, idipſum ita perſuaſi, vt quandam iam non detractioſi conſuetudinem induerint, & eam ſeruent. Vndè factum eſt, vt vulgò ſcirent omnes, vbicunq; præſens ego eſſem, tutos ſe à detractioſi lingua eſſe: idem quoque ſentirent de ijs, quæ ad me ſpectabant, vel ratione amictiæ, vel ſanguinis, vel à me docebantur. Quamquam alia multa habeam, ob quæ me DEO reddere rationem oportebit, quod in his malo illis exemplo fuerim. Illius maietas, vt mihi ignoſcat ſupplex rogo: multorum namq; malorum ego cauſa fui, etſi non tam praua mea intentio fuerit, ac fuit opus, & effectus, qui exindè ſequerentur. Ingens ſolitudinis captandè deſiderium mihi manſit, quæque mihi gratum fuit de Deo loqui, & tractare, vt, ſi quem inueniret, quocum id facere poſſem, longè id mihi maiorem voluptatem, & recreationem afferebat, quam omnis conuerſationis mundanæ ciuilitas, aut (vt melius dicam) ſtupiditas. Adhæc gaudebam ſæpiùſ ſolito confiteri, & Sacramentum Cômunionem recipere, quin etiam id ſummopere deſiderabam. Lecturam quoq; Sanctorum librorum permultùm me delectabat, deniq; cum peccata Deum offendiſſem, mox tanta me eius capiebat penitentiâ ac dolor, vt meminere ſæpè me nō auſam orationem inſtituere, quod maximam illam

S. Matris  
patientia.



pœnam, quam ex eo offenso sententiam me noram, perinde ac graue delicti  
 castigacionem meruerẽ. Hicq; cruciatus deinde ita mihi increuit & enor-  
 mis fuit, vt, cui eum comparem, profus nesciam. Ex puro porro timore  
 hoc non faciebam; at, quoniam consolaciones, quas mihi Dominus inter  
 orandum dabat, ac quã multum propterea illi deberem, sed quã parum  
 ei rependerem, recogitabã, hinc profus id facere non poteram, simulque  
 mihi ipsi non parũ succensebam, quod quidem pro culpis meis satis mul-  
 tum lachrymarũ funderem, parua autem vitæ sequeretur emendatio; vt  
 nec bona, quæ faciebã propolita, nec violentia, quã mihi inferebam, im-  
 pedirent me, quo minus, datã occasione, in peccatũ mox prolaberer; ad eò  
 vt quib; non solũ lachrymæ meæ fictæ & mendaces, sed & culpa ipsa exin-  
 de grauior esse videretur: videbã namq; magnã Domini in eis mihi dan-  
 dis gratiã, & simul tantã pœnitentiã. Hinc operam dabam, vt celeriter  
 ac citò confiterer: &, vt mihi videtur, omnimodis allaborabam, quo cùm  
 Deo in gratiam redirem. Omnis verò mali mei causa erat, quod oçcasi-  
 nes ipsas à radice ac stirpitũ non auferrem, tum quod parum in Confes-  
 sionis meæ opis ac subsidiũ sentirem: Si enim hi periculũ, in quo versabar,  
 detexissent, & id genus conuersationes penitus me vitare debere dixis-  
 sent, haud dubiẽ aliquod in eo hac ratione malo remedium allatum fuisset:  
 neque enim vllatenus sustinuissem, vel vnica die in mortali peccato, si  
 modo id sciuissem, hære. Omnia autem hæc timoris Dei argumenta, ac  
 signa ipsum orationis exercitiũ mihi peperit; maximũ verò id erat, quod  
 timor hic cum amore coniunctus esset, & eo mistus: nulla enim castigatio  
 mihi ob oculos versabatur.

Toto eo tempore, quo itã ægrotavi, magnam conscientiæ, saltẽ à pec-  
 caris mortalibus, mundã conseruandæ curã habui, nec eã vmquã deposui:  
 nã non aliter sanitatẽ optabã, quã quòd melius Deo meo seruire: hæc tamẽ  
 omnis perditionis meæ causa fuit. Vbi ergo me, & quidẽ ita iuuenẽ planẽ  
 membrorum vsu destitutã vidi, simulq; recogitare cepi, quã malẽ me medi-  
 ci terrestres habuissent, ad cœlestes statui, quòd sanitatẽ mihi redhiberẽt, cõ-  
 fugerẽt: nã magno sanitatis, quo cunq; modo recuperandæ desiderio tene-  
 bar, citò alioquin cruciatus hos magno animi gaudio tolerare, & subindẽ  
 apud me cogitare, si sanitati iã restituta, dãnationi æternę addici deberem,  
 melius longẽ fore hoc in statu permanere; nihilominus tamẽ putabã me,  
 in sanitate, Deo melius & feruentius seruire posse. Malẽ ergo facimus, &  
 fallimur, q; in omnibus, quæ de nobis Deus statuere vult, nos nõ resigne-  
 mus, cũ ipse quã nos melius nouit, quid vtilius nobis sit, & cõuenientius.  
 Incepti ergo deuotiones aliquas exercere circa missarum sacrificia, & alias  
 quasdam maximẽ approbatas circa orationes: numquam enim aliã il-  
 la mihi deuotiones placuere, quas nonnulli, ac præsertim mulierculas,

S.  
Theresia

Opera

N. VI

166

*Circa sani-  
tatem sibi  
reddi opta-  
ret,*



*S. Iosephi  
patrocinium  
quam utile  
illi fuerit.*

*Quantum  
proxi S. Iosephum in  
patronum  
deligere.*

certis quibusdã adhibitis ceremonijs, vsurpât, quas ferre planè nõ poterat; quibus tamen ipsæ ad deuotione excitabantur, tamen postea patuit, eas ineptas, & parũ proprias esse; quia superstitiosæ. In patronũ verò & Dominum selegi gloriosum virum S. Iosephum, eiusque me patrocinio vnicè commendabam. Liquido deinde perspexi, sanctum hunc Patrem & Dominum meum tam ab hac me necessitate, quam alijs maioribus, in quibus de animæ meæ & honore, & perditione agebatur, liberasse; idque maiori meo bono, quam eum rogare potuissem. Non meminime aliquid ab eo hæctenus petiisse, cuius me compotem non reddiderit. Et verò admirationem merentur magna illa beneficia & gratiæ, quæ gloriosi huius viri intercessione mihi Dominus concessit, nec non pericula, tam corporis quam animæ, à quibus me liberauit: Nam alijs sanctis gratiam Deus dedisse videtur, vt in vna necessitate, inuocantibus se opitulentur, sed hunc gloriosum virum ego experta sum, in qualibet necessitate adiuuare & adesse. Adeo vt Dominus nobis indicare velle videatur, quod, quemadmodum illi in terra viuenti subditus fuit, (nam sicut pater illius dictus fuit, cū nutritius eius & iustitator esset, ita & imperare pro iure suo illi potuit) sic ei existenti in cælo nihil eorum quæ petierit, deneger. Quod etiam alij nõnulli, quibus, vt ei se commendarent, suaseram, re ipsa experti sunt. Vnde iam plurimi sunt, qui singulari quodam affectu erga eum feruntur. Hoc porro verum esse ipsa rursus in illis experta sum. Omnia mihi possibile erat, solemnitate, & pompa festum eius celebrare procurabam, esto vanitate plenior essem, quam spiritu; quod cuperem omnium quam curiosissimè & elegantissimè fieri; tamen si bona ad hoc intentione moueret: nam hoc ipsa mali habebam, quod, si cuius boni agendi mihi Dominus gratiam daret, id plenum imperfectionibus foret, & in multis deficeret, contrà in malo perpetrando, & curiositate vanitateque adimplenda solertissima essem, ac diligentissima. Ignoscat mihi Deus. Persuadere omnibus omninò vellem, vt mirificè erga gloriosum hunc virum afficerentur; quod sapius experta sum varia illum bona & gratias à Deo obtinere. Neminem, inquam, noui qui, cum verè & ex animo illi deuotus esset, & particularibus quibusdam obsequijs eum coleret, non plus per eius opem visus sit in virtute profecisse: mirum enim in modum illos, vt in ea proficiant, iuuat, qui ei se commendant. Iam aliquot (si benè meminim) elapsi sunt anni, quibus semper die eius festo, aliquid ab eo donum posco, & semper id mihi datum fuisse comperio; & si fortè petitio mea vique quaque recta non sit, ipse eam ad maius meum bonum dirigit & reificat. Si essem, quæ aliquam ad scribendum auctoritatem haberem, quam libentissimè me in beneficijs, quæ gloriosus hic vir tam mihi quam alijs performis est largitus, singillatim enarrandis effunderem: verum ne pro-

scriptor



scriptos mihi à superioribus scribendi terminos transgrediar, & plura, quam iussa sum, faciam, in multis futura sum breuior quam quidem vellem, in alijs quam necesse sit, diffusior, utpote quæ in omni eo, quod bonum est, parum discretionis habeo. Hoc solum ex amore Dei peto, ut, quisquis mihi dicenti non credet, experire velit; & re ipsa, & experientia sentiet, quantum sequatur boni ex eo, quod glorioso huic Patriarchæ se quis commendat, & eum particulari aliquo obsequio colat. speciatim illi qui orationis studio tenentur, semper eum patronum deligere debent, & erga eum affici. Nescio enim, quomodo de Regina Angelorum meditari quis possit, præsertim de tempore illo, quo tam multa cum puerulo Iesv pertulit, quin non simul S. Iosepho ob opem & obsequium eius tunc impensum, gratias agat. Qui magistrum, & instructorem non habet, à quo orandi rationem, & modum discat, gloriosum hunc virum in magistrum deligat, & eo præeunte, haud errabit, faxit Deus, ut non errarem in eo, quod de ipso ausa sum loqui: nam licet ei me deuotam esse fateor, semper tamen in eo colendo, imitandoque defeci, nec quod potui, præstiti. Ipse, pro eo atque est, effecit ut de lecto surgere, & incedere potuerim, nec amplius paralytica manserim; ego verò pro ea, atque sum, hoc ipso beneficio malè sum vsa. Quis enim dixisset fore, ut, post tot acceptas à Deo gratias, & postquam diuina eius maiestas virtutes mihi dare cepit (nam & hæc ipsæ me ad illi seruiendum excitabant) & postquam me propè mortuam, atque in tam præsentem damnationis periculo constitutam vidi, & postquam ipse animam simul & corpus meum velut à mortuis suscitauit (omnes enim, qui me videbant, mirabantur, quod me viuam viderent, tam citò ipsa, velut omnium horum oblita laborer, quid hoc est Domine; an nos in tam periculosa vita viuere oportet, quam hæc est, in qua hæc scribo: nihilominus videor mihi, tuo fauore, & misericordiâ, cum Apostolo tuo Paulo dicere posse (tamen si nō eâ, quâ ille perfectione) viuere me iam non me, sed te creatorem meum viuere in me. Iam enim ab hinc annis aliquot (quantum possum intelligere) tuâ me ipse manu tenes, ac tueris, atque adeo talia per hosce annos in me desideria, & propozita sentio, quin & aliqua id ratione per experientiam multis in rebus iam probavi, ut nihil quantumlibet minimum agere vellem, quod voluntati tuæ quoquo modo aduerfaretur, esto alioquin in multis maiestatem tuâ ignoranter me credam offendere. Imò verò, ita me comparatam sentio, ut nihil mihi offerri posse putem, propter te exequendum, quod non quam citissimè, & summâ animi contentione aggrederer; & in horum nonnullis tu ipse me adiuuisti, ut ea feliciter ad exitum perducerem. Vnde nec mundum, nec quicquam illius cupio, & quidquid à te nō descendit, nullatenus me videtur delectare; reliqua verò omnia, non nisi grauis quædam

E 3

cruz.

S.  
Theresia

Opera

N III

106

S. Iosephum  
optimus o-  
rationis  
tradenda  
magister.



caus. Falli me posse fateor, itaque fieri posse, ut non habeam id quod dixi; sed ipse, Domine mi, fides me, quantum quidē colligere possum, non metiri. Vereor nihilominus, nec sine ratione, ne me rursus deseras: scio enim iam, quousq; se vires meæ extendant, quamq; sit in me virtutis exiguum, nisi tu eā continuò mihi des, meq; ne te deseram, semper adiuues, vnam Domine, etiam modo à te derelicta non sum, dùm, quidquid habeo, à me ipsa me habere existimo. Nescio sanè quomodo nos hic viuere delecter, cum omnia adeò incerta sint. Tum quidem, Domine, impossibile videbatur, me ita penitus te derelinquere, sed quoniã tories te dereliqui, hinc non possum nō timere: nam statim ac vel minimum à me ipse discedebas, mihi relicta, cū omnibus turpiter in terram cadebam. Esto proindē in eternum benedictus: etsi enim ego te derelinquerē, tu tamen non adeò penitus me deserebas, ut non denuò resurgerem, eò quòd mihi semper manū porrigeres; & ego, ô Domine, sepè eam nolebā accipere, uti & sepè alius tibi de nouo me vocanti auscultare detreclauit, sicut iam iā cōmemorabo.

## CAPVT VII.

QVIBVS MODIS GRATIAS, QVAS A DEO ACCEPERAT, AMISERIT, QUAM MALAM VITAM AGERE CÆPERIT, quantumque inde periculi & noxæ sequatur, quod feminarum monasteria arcē clausa non sint.

INCÆPI itaque ex vna recreatione in aliam, ex vna vanitate in aliam, ex vna occasione in aliam prolapsus, ita me in præsentissimas peccandi occasiones, intricare, & anima mea multarum vanitatum illecebris ita se implicare, ut iam me puderet, per adeò singulare amicitia genus (vni est, per orationem cum eo loqui) ad Deam reuerti & reuolare. Nihil verò ad hoc magis me iuuat, quam quòd, sicuti peccata mea increfcebant, ita me gustus spiritualis, & ea, quam è rebus pijs, ac virtuosis capere solebam, voluptas deficere inciperet. Videbam clarissimè, Domine mi, ideò hanc mihi deficere, quòd ego meis erga te partibus deessem. Hæc omnium, quibus me Diabolus circumuenire poterat, fraudum fuit nocentissima, idque sub specie quadam humilitatis; quòd scilicet, cum me ita desperatam, ac perditam viderem, inceperim timere orationi me dare; multoq; mihi videbatur satius, communem multorum in mundo viuendi rationem imitari, eiq; me cōformare (eò quòd inter malos, essem pessima) ac legere illa ad quæ ex Ordinis præscripto obligabar, & quidem vocaliter, quam mentalem orationem instituere, tantumque Dei commercium frequentare, eam, quæ cum dæmonijs conuersationem habere digneratur, & quòd hominibus, qui me nossent, imponerem, eò quòd exterius tantam probitatis, & pietatis speciem præferrem. Ità tamen, ut locus

Sub specie  
humilitatis  
orationem  
intermittit.

& de nouo



& domus in qua agebam, culpanda non sit: curabam namque (quæ mea & industria, & calliditas) vt omnes bonam de me opinionem haberent: quamquam id non expressè, & datâ operâ, pietatem scilicet ex professo mentiendo: nam, quantum ad Hypocritism, & vanam gloriam, namquam me, quod quidem sciam, in Deum (illi laus sit) meminisse offendisse: nam ad primum vanæ gloriæ motum, & suggestionem tantam in me sentiebam molestiam, & auersionem, vt & dæmon non sine iactura discederet: ego verò indè lucrum aliquod facerem; proindè non nisi rarissimè hoc in genere me tentauit: si illi Deus permisisset, vt hoc in genere tam me grauius tentaret, ac in alijs rebus tentauit, fors non minùs in eo cecidisset, sed ipsius me maiestas hæctenus quoad hoc tutatus est, & indemnem præstitit: Vnde sit in æternum benedictus. Imò verò non parum me cruciabat, quòd vulgò bonam de me opinionem haberent, vt quæ cordis mei intima pernossem. Quòd autem non ità improba vulgò haberet, indè fiebat, quòd me ità iuuenem, & in tot peccandi occasionibus cõstitutam viderent, sæpè reliquarum commercia declinare, quò intra solitudinem me abdens orarem, multa legere, ac de Deo frequenter agere; quòd item viderent me curare, vt multis in locis illius imago depingeretur, oratorium secretum habere, inque illo ea habere satagere, quæ deuotionem prouocarent; quòd denique famæ nullius detrahentem me audirent; & alia id genus, quæ virtutis quamdam haberent speciem; interim tamen (quæ mea vanitas) ijs in rebus me ipsam noueram magni facere, quæ in mundo magni fieri solent. Hinc fiebat, vt tanta, quin & maior mihi concederetur libertas, quam alijs maximè veteranis, multumque mihi considerent. Vt autem talem libertatem spontè & vltro mihi assumerem, aut aliquid sine licentia facerè, nimirum per clancularia quædam foramina, vel parietes, vel etiam de nocte cum aliquo loquerer, numquam adduci potuissem, (vt mihi videtur) vt illud in monasterio facerem, neque etiam sic vñquam locuta sum: nam suâ manu me Dominus à lapsu hoc præseruauit. Quòd autè prudenter, ac maturè multa mecum expenderem, pessimè sanè mihi factum videbatur, meâ vñius improbitate tot sanctarum monialium honorem in aliquod discrimen vocari; quasi reliqua, quæ faciebam, bona fuissent: vt verum fatear, malum quòd faciebam, esto magnum id esset, non tanta tamen fiebat cum aduertentia, nec tanta erat malitia quantâ fuisset hoc. Hac de causâ permultum mihi censeo nocuisse, quòd in clauso monasterio non essem: quia libertas, quæ bonæ erant, benè ac iure vti poterant (quia ad amplius obligatæ non erant, eò quòd claustrum Deo non promisissent) me, quæ improba sum, haud dubiè ad infernum pertraxisset, nisi tot remedijs, ac rationibus Dominus è singularissima gratia sua hoc me periculo eripuisset.

*Hypocritis  
& vana  
gloria ini-  
mica fuit.*

*S. Matris  
humilitas.*

S.  
Theresia

Opera

N. VII

156



puisset. Inter quæ longè maximum mihi videtur esse, monasterium mulierum gaudens libertate, ad eò vt, quod huiusmodi est, ijs quæ malæ esse volent, via potius esse videatur ad inferos rectâ deducens, quàm aliquod infirmitatibus, quas habent curandis remedium. Nolim autem hoc de meo monasterio dictum intelligi: quia tot in eo sunt sorores, quæ sincerissimè, summaque cum perfectione Domino deseruiunt, vt non possit, maiestas eius, pro sua bonitate, & misericordia, suâ ipsis gratiâ non adesse, vt ipsum non sit inter cœnobîa, quæ maximè libera sunt, numerandum, vt potè in quo omnis religiosa disciplina exactissimè seruetur: sed de alijs loquor cœnobîjs, quæ & noui, & vidi. Vnde harum me miseret monasterium, quodd peculiari quadam ratione eas vocari à Domino oporteat (idque non semel, sed sæpiùs) quò ad salutem animæ perueniant, cum honores & recreationes mundanæ ita in ijs locum habeant, tamque ibi moniales parùm, ad quæ obligatæ sunt, intelligant, vt, faxit Deus, virtutis vt loco non habeant id quod re ipsa peccatum est, vt me ipsam non raro scio fecisse. Tam porrò hoc ipsi persuadere difficilè est, vt suam Dominum manum huic rei serio admouere necesse sit. Si mihi vellent parentes omnes auscultare, consulerem ipsis, esto nolint curare, vt filie ea ingrediantur monasteria, in quibus ad eò suam salutem non operentur, vt hæc ibi in maiore sint peccandi periculo, quam in mundo; saltem honoris ipsarum rationem habeant, & potius tenuissimo, & maximè plebeio eas matrimonio illigare satagant, quam similia eas cœnobîa ingredi patiantur, nisi ipsæ per se quàm maximè ad virtutem propendeant (atque vnam vel hæc pro pensio ijs profit) vel domi eas suæ detineant: si enim illi improbæ esse velint, non nisi pauco tempore suam occultare malignitatem poterunt, at in monasterijs valdè diù ipsa celabitur, esto eam tandem Dominus retegat. Itaque non sibi solùm nocent, sed & omnibus alijs perniciem afferunt: esto subindè nullam in hoc ipsamet pauperulæ culpam habeant: sequuntur enim id quod inueniunt, & vident. Et est profectò dolendum multas corpore, & animo à mundo sequestrare se volentes, interea dùm ad Domino seruiendum, mundique pericula declinanda abire se credunt, decem simul iunctis mûdis immergi, vt quid agant, & quod remedium sibi adhibeant, planè nesciant: quia & iuuentus, & sensu alitas, & diabolus eas inuitat, & inclinât ad nonnulla sectanda, quæ etiam mundum ipsum redolent. Vide ergò, vt & hæc ibi (vt ita dicam) ceu bona & laudabilia reputeantur.

*Misera nõ  
nullosum  
sors depra  
uata mona  
stera ingre  
dientium.*

Vndè has non in scitè cum miserandis hæreticis comparare posse videtur, in quantum hi se ipsos excæcare volunt, & alijs persuadere, bonum id esse quod ipsi sectantur, & ipsum etiam credunt, vt tamen non credant: quia intra semetipsos habent aliquem, qui identidem suggerat, & aggerat, hoc ipsum

*Parentes  
videant quo  
filias suas  
loco collo  
cent.*



hoc ipsum malum esse. O summum & maximum Religiosorum malum; non dico solum monialium, sed & virorum, apud quos scilicet religiosa disciplina non seruatur, & quorum in monasterio duæ sunt via, via virtutis, & religionis, altera irreligiositatis; & ambæ propè æquali modo teruntur. Malè dixi, dum dixi æquali, eò quod peccatis nostris demerentibus sit, vt via virtutum & imperfectionis magis teratur, & insistatur, & quia magis ad hominem est, hinc etiam præ alia placet & chara est. At vera religionis via tam parum frequentatur, vt monachus & monialis vocationem suam sincerè verè que sequi incipere volentes, magis confratres & conforores suas, quam omnes spiritus infernales timere debeant, maioremque adhibere cautelam & simulationem, vt de familiaritate, quæ cum Deo habenda est, quam vt de alijs familiaritatibus & affectibus priuatis, quos in monasterijs diabolus spargit & disseminat, loquantur. Vnde nescio cur miremur, tot, tantaque in Dei Ecclesia hodie mala inueniri: cum qui esse debebant seu norma & prototypa, è quibus ceteri virtutum exemplaria exprimerent, opus, & laborem, quem primorum sanctorum fundatorum spiritus in Religionibus reliquit, ita adulterarint, & corruperint. Vtinam diuina eius maiestas aliquod rei huic remedium, prout videt opus esse, adhibeat. Amen.

Vt ergo familiaritates has mundanas frequentare capi, non existimans tale in dè animam meam (quod viderem eas vulgo ab alijs vsurpari) detrimentum, & distractionem passuram, quale postea ab iisdem prouenire solere intellexi. Putabam rem ad eò obuiam, & communem (qualis est frequens illa amicorum visitatio, quæ in multis monasterijs locum habet) mihi non plus allaturam damni, quam alijs, quas videbam esse bonas, & non aduertebam, eas multò me meliores esse, & quod mihi periculosum fuit, & damno, id alijs posse ita damnosum non esse: quia non dubito, quin saltem aliquod in eo malum situm sit, esto aliud id non foret, quam quod tempus hoc modo inutiliter ac malè impendatur.

Cum mihi cuiusdam personæ commercium placeret, voluit Dominus mihi iam in dè à principio, quo eam nosse, & tractare capi, significare, ac velut præmonere, id genus amicitias mihi non expedire, tantaque in caligine aliquod mihi lumen dare. Vnde Christus Dominus se tunc mihi videndum melto cum rigore & seueritate obiecit significans mihi, quidnam hac in re sibi displiceret. Animæ oculis clariùs eum, & intimiùs vidi, quam corporeis videre potuissem; itaque mihi illius figura impressa manet, vt esto iam viginti sex anni ab hac visione præterierint, eum tamen etiam nunc præsentem habere me credam. Valde autem ex hac visione percussa & conturbata mansi, atque personam illam, cum quâ familiaritè egeram, ex in dè ampliùs videre nolui. Multum verò hic mihi nocuit, quod

S. M. Teresa Opera.

F

ne scirem

S. Theresia

Opera

N VII  
186

Via virtutum magis teritur quam virtutum.

Religiosi imperfecti plus timendi quam omnes demones.

Mundanae conversationum paviculum.

Dominus Deus apparuit S. Matre





nescirem fieri posse, ut quid aliter quam oculis corporeis videat: quinque  
 diabolus impellendo me scilicet, ut id ita se habere crederem, nihilque  
 persuaderem prorsus id fieri non posse, meque in visione illa deceptum  
 fuisse, neque à Deo illam venisse, & fortasse eadem demonem ipsum mihi ap-  
 paruisse, & alia eiusmodi. Esto semper visum mihi sit, & impressum man-  
 ferit, id à Deo, non verò imaginarium aliquod spectrum fuisse, sed  
 quia illa reprehensio mihi displicebat, hinc memetipsam mendaciam  
 agebam; & quoniam hanc visionem nulli aperire audebam, ac deinde  
 magna cum importunitate à nonnullis ad idem commercium inuiri-  
 bar, asserentibus nullum in eo esse malum, quod cum tali persona  
 agerem, addeòque me nullam isthoc commercio honoris iacturam fe-  
 cere, ut eum etiam illustriorem facerem; ad eandem cum ipsa famili-  
 ritatem, & postea in alias cum alijs deuoluta sum, quia permultos an-  
 nos pestilentem hanc conuersationum delectationem sum secuta, quam  
 quia addeò profundè in ea hærebam, non tam mihi damnosam esse  
 credebam, ac reuera erat, tamen si interdum manifestè viderem eam  
 minimè bonam esse. At nullius mihi notitia tot distractionum causa  
 fuit, sicut illius personæ, quam dixi, quod eam peculiari affe-  
 ctu prosequeretur. Cùm alio quodam tempore cum hac ipsa loquerer, vi-  
 dimus ( uti & alia personæ, quæ præsentibus aderant, viderunt ) ali-  
 quid ingentis bufonis formam habens, versus nos contendere, idque ma-  
 iore quadam celeritate, quàm bufones proserpere solent. Non possumus in-  
 telligere, quomodo talis bestia in illo loco, è quo procurrebat, reperiri  
 posset, idque in meridie, cùm nunquam tale quid illic visum fuerit, & pro-  
 ea, quam in me fecit operatione, mysterio id minimè videtur caruisse. ve-  
 dè nec eius vmquam me cepit obliuio. Quantà me, ô immensa Dei ma-  
 gnitudo, sollicitudine, & pietate diuersi modè commonebas! quam vero  
 parum ipsa inde profeci?

*quantum ei  
 nocuerit fa-  
 miliaritas  
 cum quadam  
 persona.*

Hæbebam illic inter moniales quandam consanguineam meam,  
 senio quidem grauem, sed feruentè Dei ancillam, magnæque religionis.  
 Hæc etiã non rarò me admonebat; ego verò non tantum ei non credebam,  
 sed etiam succensebam indignans, putabamque illam sine vlla causa  
 scandalizari. Idcirco autem hæc de me referre volui, ut hinc mea ma-  
 licia, inde vero mira Dei bonitas innotescat, & quot ipsa nominibus ge-  
 hennam, propter tam intolerabilem ingratitude, promeruerit; tum  
 etiam, ut, si fortè Dominus ita disposuerit & velit, ut aliqua monia-  
 les post futuris temporibus, scriptum hoc legant, periculo ipsæ meo  
 cautiore fiant: quas ego ex amore Dei rogatas volo, ut id genus re-  
 creationes remis, velisque fugiant. Diuina eius maiestas faxit, ut de nu-  
 mero illarum, quas errare feci, aliqua in viam salutis opellâ meâ renou-  
 cetur



ceat, dicendo namque id malum non esse, & tanto ipsas in periculo per meam cæcitatem certas, & securas reddendo (nam ex professo, & datâ operâ eas decipere noluissem) simul & malo, quod ijs dedi exemplo (vti iam dixi) plurimorum malorum causâ fui, esto tantum in hoc me malum facere non crederem.

Cum primis illis diebus ægrotarem, antè scilicet, quàm me ipsa iuuare possem, ardenti quodam aliorum ad salutem iuuandorum desiderio tenebar; quæ ordinaria primùm incipientium tentatio est, tamen mihi eadem benè successerit? quod enim patrem meum maximè diligere, simile ei optabam bonum, quod mihi ipsa habere videbar, orationis scilicet donum: nam nullum eo, in hac quidem vita, videbatur mihi haberi posse melius; adeò vt per anfractus, & velut de longè, pro eo ac potui, eum inducere conata sim, vt ei se daret. Hinc dedi ei libros de orandi modò tractantes, & quòd esset vir probus (vti iam supra dixi) ita hoc orationis exercitium illi placuit, vt quinque vel sex annorum circiter spatio, tantos in eo fecerit profectus, vt & Deum summo perè propterea laudauerim, & maximè id mihi esset consolationi. Magnas passus est aduersitates, & molestias & quidem omnigenas; in omnibus tamen magnâ se voluntatis suæ in diuinam resignatione gessit. Sæpius uisitatam me venit; quod de rebus diuinis colloquia magnam ei voluptatem afferrent. Postea verò, cum distractionibus ita locum dedissem, & orationem prorsus intermisissim, viderem porrò illum existimare, esse me eandem quæ solebam, continere me ipsa non potui, quin veritatem ei aperirem: anno namque toto & amplius orationem intermisi, maioris hoc humilitatis esse opinata. Et hæc (vti postea commemorabo) omnium quas habui tentationum, maxima fuit: hæc quippè actione in totalem ruinam, ac perditionem tendebam: nam per Orationis exercitium, si fortè hoc die DEVM offendissem, sequentibus deuò me recolligebam, peccâdique occasiones magis, ac magis euitare studebam. Cum ergò vir bonus hac cum persuasione me uisitaret, ferre non poteram, illum ita grauius circâ me decipi, & falli, putando me pro eo ac solebam adhuc orationi vacare; hinc illi aperui, me non amplius ei, prout consueueram incumbere: esto veram eius rei causam non declararem; continuus infirmitatibus meis fieri dicens, quò minus ei me dare possem. Nam licet à magna illa, quam antè dixi, infirmitate sanata essem, semper tamen hæc tamen cum magnis infirmitatibus sum conflictata, & etiamnum conflictor; tamen ab hinc pauco tempore illarum se rigor non nihil intermiserit, penitus tamen omnimodis me non deserunt. Imprimis namque viginti ipsis annis, quoridiè manè obnoxia fui vomitui, adeò vt nihil ciborum vsque ad meridiem, subindè etiâ

*Alios inuadi desiderii incipientium plerumque tentatio est.*

*Patrem ad orandi studium adducit.*

*Comitus s. Maria.*

S.  
Theresia

Opera

N III

156



ferius, possem sumere, verum ex quo iam frequentius sacram adire communionem cepi, iam non nisi circa vesperam, antequam cubitum concedam, vomitiones illæ redeunt, & quidem maiori cum dolore: nam penitus; alijsque id genus rebus eas me prouocare oportet: si enim eas contineo, malum, quod sentio, maximum est. Et sanè, numquam ferè (vt mihi quidem videtur) sine multis sum doloribus, & cruciatibus, qui & aliquando etiam grauissimi sunt, ac præsertim circa cor: licet deliquium illud, quod mihi esse solebat continuum, & penè ordinariam, iam valdè intermiserit; magna quoque illa paralyfis, febres, aliaque morborum genera, quibus esse solebam obnoxia, iam rarius me impetant, & sepe ab ijs exempta sum. Iam octo continuò annis, huic morbis laboraui, quos iam tam parui facio, vt sepe etiam ijs gaudeam, & videam, quod in hoc sibi Deus aliquomodo complacere videatur. Pater ergo hanc intermissæ Orationis causam esse credit, ratus me, sicut ipse ab omni erat mendacio alienus, ac sincerus mentiri sibi, pro eo quod illi debebam, & cum eo tractabam, non debere; Addebam, quo melius id crederet (videbam namque me quoad hanc negligentiam nullatenus posse excusari) satis me facere, quod ehorruerui posse. Quamquam nec hoc ipsum sufficiens causa erat ad quæpiam omittendum, quòd ad orationem peragendam non robore corporali, sed amore, & consuetudine sola opus est: semper namque opportunitatem nobis ad eam Dominus offert, si modò velimus. Semper, inquam, nam licet incidentes occasiones, & morbus subindè impediunt, quò minus in solitudine diù oratio exerceatur, non desunt tamen per interualla alia commoda orandi tempora, in quibus satis ad hoc valetudinis habetur; quinimò in ipsa infirmitate & occasionum impedimentis, ea demum vera oratio est, quando scilicet amans anima ea omnia Deo offert, ac nimitus cuius nomine, & ob quem ea tolleret, atque in ijs se in Dei voluntatem resignat, aliaque id genus sexcenta, quæ hic occurrunt, amor exerceat & excogitat: neque enim adeò necessarium est, orationem in solitudine, quando eius habendæ occasio, & tempus suppetit, institui; vt, quæ extrà eam instituitur, oratio dicenda non sit. Vel modicâ adhibitâ curâ magna acquirimus nobis bonâ tum, cum Dominus per labores & morbos tempus orationis nobis aufert. Et hæc ego bonâ reipsâ experta fui tum, cum bonâ habebam conscientiam. Porro Pater ob bonâ, quam de me habebat, opinionem, & ob amorem, quo me prosequabatur, in omnibus mihi credebat, quinimò mihi compatiebatur; sed quòd iam tum ad tam eminentem perfectionis gradum peruenisset, exindè tã diù apud me non haesit, sed simul ac me vidisset, inde abiit, tempus vanis hisce colloquijs inutiliter perdicens; sed quòd ego ipsum alijs vanitatibus impenderem, parum id curabam.

*Viribus corporis non habemus opus ad orationem, sed amore solo & consuetudine.*

*Vera oratio, qua fit.*



Nec verò soli Patri, verùm & alijs suasi, vt orationis exercitium frequentarent, etiam eo tempore, quo vanitates prædictas sectabar: & quòd eos oratione vocali delectari viderem, docebam ipsos, quomodo meditationem instituerent (& sanè non sine profectu) & hanc in rem illis libros necessarios suppeditabam; nam hoc desiderium, vt scilicet etiam alij Deo famularentur, semper mihi mansit iam inde ab eo tempore, quo exercere orationem corpori, sicut antè dictum est. Videbar quippe, cum ipsa Deo non seruirem vni me debere seruire intelligebam, saltè procurare debere, ne pessum iret id, quod diuina ipsius maiestas me docuerat, atque alij meo loco illi seruiret. Hoc eò dico, vt ingès illa, in qua versabar, cecitas appareat, dū me ipsā in interitū ruere sūo, & alios lucrifacere studeo.

Circā hæc tempora; parens meus illo correptus est morbo, è quo demortuus est; diebus aliquot hīc durauit. Vnde ipsa ad ei seruendum necessaria que præstanda abii, sed que magis animā laborabam, quam ipse corpore, vt potè plurimis vanitatibus implicata; itā tamen, vt quantum intelligere poteram, toto illo tempore, quo maximè perdita eram, (de quo loquor) in peccati mortali statu non fuerim; nam si qua in re id me admitturam fuisse sciuisssem, quam primū ab ea me subduxisssem. Magnas in eius morbo passa sum molestias, aliquatenus illi rependisse videor illas, quas ipse, me ægrotante, subierat; ac, licet alioquin ipsa satis debilis essem, sedulo tamen ei ministrari; & quamuis ipso ablato, exinde omne mihi bonum, & consolationem auferendum esset, (nam continuo & ubique mihi consolationi erat) tam parum tamen me morbo eius commoueri & dolere ostendi, nequam ei molestiam adderem, & donec moreretur ei adesssem, ac si nihil penitus sensisssem, cum tamen, dū eum expirantem viderem, animam mihi violenter è corpore auelli & extrahi putarem, quod eam multum diligerem.

Erat sanè mors, quam obiit, ardensq; moriendi, quod habebat desiderium, insignis quedam Dei laudandi occasio, vti etiā fuit, salutaria illa, quæ nobis, postquam iam extremæ inunctionis Sacramento munitus esset, dabat audire consilia; inrer alia nobis iniungens, vt eum iam vitā functum Deo per preces commēdarem, diuinam ipsi misericordiam deposceremus, semper Deo seruiremus, deniq; considerarem cuncta, quæ in mundo sunt, momentanea esse, & pertrāsire: simulq; nobis multis cū lacrymis, ingentē, quæ sentiebat, dolorē ex eo, quod ei non, prout oportebat, seruisset, testabatur: volebatque fuisse religiosus & quidem ex iis qui fructuosissimum vitæ genus profitentur. Velut certum, & indubitatum habeo, Dominū ei quindecim, antequam expiraret, diebus præsignificasse, ipsum breui demouiturum esse: nam licet antè satis malā esset valitudine, & ægerimè valeret, morbum tamen eum mortalem esse non credebat:

F 3

verum

*Alios adoratione exercendam pellicis.*

*Quo tempore vanissimas fuit in peccato mortali.*

*Pia mors patris eius.*

S.  
Theresia

Opera

N. VII

156



verum à quinto decimo illo die, esto etiam paulò melius et se habere,  
 & id ipsum quoque medici assererent, eorum iudicium nihil moratus, a-  
 nimæ suæ prospectum antè omnia cupiebat, de que eius bono statu omnis  
 eius cura erat. Præcipuus eius morbus fuit grauiissimus scapularum dolor,  
 qui numquam eum deserebat, & per interualla ita eum torquebat, vt in-  
 tensissimos cruciatus sentiret. Vndè ipsa ei suasi, vt, quoniam mysterium  
 baiulationis Crucis Domini magno animi sensu semper recoluisset, cogi-  
 taret ipsius maiestatem iam velle, vt aliquid eius doloris sentiret, quem i-  
 pse in Cruce humeris baiulanda olim sensisset. Quæ eum verba ita con-  
 solabantur, vt numquam exindè amplius eum de dolore conqueren-  
 tem audisse videar. Tribus continuis diebus omnis expertus sensus fuit.  
 sed eo, quo defunctus est, die ita sensibus omnibus redditus est, vt omnes  
 miraremur, quorum vsum habuit integrum, donec in media symboli A-  
 postolici recitatione, quod ipsemet clarè decurrebat, spiritum reddidit.  
 Iam defuncti facies angelicâ quadam specie resplenduit, & reuera Ange-  
 lus quidam, vt ita dicam, mihi fuisse visus est, si animam, eiusque disposi-  
 tionem intueamur. Nescio quem in finem hæc retulerim; nisi fortasse, vt  
 meas ipsa nequitias hinc magis fugillem: nam visa tam sancta morte, &  
 tam piâ intellectâ vitâ, meam me, quo talem parentem aliquatenus  
 imitando referrem, in melius commutare oportuisset. Confessarius  
 ipsius, vir sanè egregiè doctus, ex ordine Diui Dominici, non dis-  
 bitare se aiebat, quin rectâ calos anima eius peteret, quod iam ab  
 hinc annis aliquot ei à confessionibus fuisset, & insignem conscientie  
 eius puritatem commendabat. Idem Dominicanus, qui vir apprime bo-  
 nus erat, ac Deum timens, mihi non mediocriter profuit (quod ei con-  
 fiterer) & animam meam seriò iuuare, & quo in periculo perditionis  
 versarer, mihi aperire propositum habuit. Iussit hic, vt singulis quatuor-  
 decim diebus sacram Eucharistiæ mensam adirem, & paulatim magis  
 & magis cum eo de rebus meis agere incipiens, tandem de meo o-  
 randi modo cum eo locuta sum. Suasit ergo, vt illam neuiquam  
 intermitterem, quod per illam non possem non proficere. Illam itaque  
 reassumere incipi, non tamen vanitatum occasiones penitus præscinde-  
 re; vndè exindè numquam eam amplius intermisi. Maximè laboriosam,  
 & pænosam tunc vitam vixi: nam in oratione defectus meos & aper-  
 tius, & liquidius perspiciebam. Ex vna quippè parte me vocitabat Deus,  
 & ex altera mundû ego sequebar. Quidquid erat Dei, & Diuinû, magnæ  
 quidè mihi voluptati erat; sed quæ mundi erant, arctè me colligatâ tenebât.  
 Videbar sc. duo hæc aded ab inuicè dissona, & inimica, vitâ videl. spiritua-  
 le, ac delectationes, cõsolationes, & recreationes sensuales, ad quâdâ vel-  
 le concordiam redigere, & mutuo reconciliare. In oratione summas passâ  
 sum

*Orationi i-  
 serum se  
 dare incipit  
 suâ su con-  
 fessarij sui.*

*Difficile est  
 Deo simul  
 & mundo  
 seruire vel-  
 le.*



nam molestias, & difficultates: spiritus quippe non Dominus erat, sed mancipium; unde fiebat, vt me intrā memetipiam recolligere, ac recludere non possem (qui tamen erat orandi modus, quem praticare solebam) quin simul mille intrā me vanitates concluderem. Per multos annos sic in oratione feci, vt modo mirer, quomodo id anima alicuius ferre poterit, itā vt alterutrum horum extremorum non deseruerit. Scio, in manu & potestate meā tum nō fuisse orationem penitus intermittere, quōd, qui me amabat, quōd maiores mihi adhuc gratias conferret, suā me manu teneret. Deus bone, quomodo referam occasiones, quas à me toto illo tempore DEVS amouebat, & quomodo me ipsa in eisdem rursus precipitem darem, nec non à quibus famā meā penitus amittendā periculis me custo dierit: ego enim ea faciebā opera, è quibus, quānam essem, videri ac colligi poterat; Dominus autē mala mea tegebat, & virtutem aliquam tenuem (si quam etiam haberem) palam manifestam reddebat, & omnium oculis magnam eam videri faciebat, adeo vt semper magni ab omnibus fierem: nam tametsi vanitates meā interdum transparent, quōd tamen viderent alia, quā ipsis bona esse videbantur, nihil huiusmodi de me credebant. Hoc autem inde proueniebat, quod omnium cognitor rerum Deus iam tum prouidisset id itā expediens esse, quo ijs in rebus, quas postea de eius famularu locuta sum, aliquam apud eas auctoritatem haberem, & summa eius liberalitas non tam graua mea intuebatur peccata, quā, quā ei seruiendi sapenūmō habebam, desideria; nec non dolorem, quem sentiebam ex eō, quōd vires mihi ad ea opere ipso exequenda deessent. Quomodo, o animā meā Deus, dignè illas expendam gratias, quas mihi toto illo tempore contulisti, & quomodo illo ipso tempore, quo te magis peccando offendebā, tu me quā citissimè, per maximā quandam penitentiā, disponeres, quōd tuas cōsolationes, & gratias percipere possem: Et, vt verū fatear, Rex meus, vsus es ad hoc eā castigatione, quā mihi aut suauior, aut pēnosior nulla esse posset, vt qui intellegeres, & scires, quid mihi futurū esset acerbissimū: adeo vt magnis fauoribus ac bonis mea castigares peccata. Nec credo me quid insanū, aut stultū hic dicere, tametsi par foret, me iā insanire, ac mentē amittere, dū meā ingratiudinem, & malitiam iam de nouo in memoriā reuoco. Longè mihi, pro meā naturā conditione grauius erat, gratias à te recipere tum, cum in graues culpas incidissem, quā flagellari, & affligi: nam reuerā magis mihi per vnicam, quam accipiebam, gratiam, confundi videbar, & anihilari, quam per multas infirmitates, & pluriimas alias molestias, simul iunctas. Afflictionem namque me videbam mereri, credebamque ali- quid patiēdo molestiarum, aliquatenus me pro peccatis meis satiscere: et si id nimis quā parum esset respectu horum, quā numero erāt pluriima.

Sed

Gratia,  
quas à Deo  
recipiebat,  
acerbiores  
ipsi erant,  
quā ipsi  
castigatio.

S.  
Theresia

Opera

N. VII  
156



Sed dum nouis identidem me beneficiis affici viderem, esto tam malè pro prioribus, quæ receperam, satis facerem, crux hoc mihi erat omnium grauiſſima, vt etiam futurum credo omnibus, qui vel aliquam Dei cognitionem, vel amorem habebunt. Et hoc satis perſpici hic poteſt in eis, qui ad virtutem naturaliter propendunt. Ideò ſcilicet lachrymabar, & indignabar, videns nimirum id quod ſentiebam: nam me in proxima, vt ita dicam, relapſus potentia conſtitutam cernebam, eſto propoſita & deſideria mea tunc, illo, inquam tempore, ſatis firma eſſent. Magnum malum eſt, dum anima ſola inter tot tantaque pericula verſatur. Sanè ſi quem habuiſſem, quocum de omnibus his rebus conferre potuiſſem, credo eundem eius auxilio me cohilendam fuiſſe, ne denuò, ac de nouo relaberer, ſaltem è quadam verecundia, cum interim nulla Dei verecundia moueretur. Hac de cauſa ijs, qui orationi ſtudent, conſulerem ( præſertim in principio) amicitiam quandam & familiaritatem inirent cum alijs, qui eodem ſtudent. Eſt hoc maximi in hac re momenti, eſto aliud indè emolumentum non ſequeretur, quàm quòd mutuis inuicem orationibus iuuent, vt taceam hinc multas alias utilitates promanare. Si enim per conuerſationes, affectus, & amicitias mundanas, eſto etiam ea ad eò bonæ non ſint aliquos homo ſibi amicos parare ſatagat, quibuſcum ſeſe oblectet, & quò maiorem è vanarum illarum mundi recreationum commemoratione voluptatem hauriat, neſcio cur non pariter permittendum ſit, vt qui Deum ſincere amare, eique ſeruire incipit, cum aliquibus perſonis de ijs conſolationibus, & moleſtijs communicet, quas, qui orationem exercent, alterнатim experiuntur. Si enim, quam cum eius maiestate inire vult, amicitia vera eſt, non eſt, quod timeat, ne in vanam aliquam gloriam incidat, quinimò cum primùm ab ea oppugnari incipiet, primòſque eius motus in ſe ſentiet, non niſi meritum aliquod indè referet. Et ſanè, non dubito, quin, qui hanc intentionem in conferendo & loquendo habebit, tùm ſibi, tùm alijs cum audientibus profuturus ſit, & doctior euafurus, tùm ad intelligendum, tùm ad amicos ſuos inſtruendos, qui vero ad vanam gloriam tentari ſe ſentiet, ex eò, quòd hac de re loquatur, non niſi ad eam tentabitur, cum alijs videntibus, ſacrum cum deuotione audiet, & cum alia faciet, quæ ei (ſi Chriſtianus haberi velit) neceſſariò faciendæ ſunt, atque ob inanis gloriolæ periculum minimè omittendæ ſunt. Tam porrò refert, animas, quæ in virtute nondùm radicatæ ſunt hoc obſeruarè, cum tam multos, cum inimicos, tùm amicos habeant, à quibus ad malum incitentur, vt quibus id verbis exprimam, proſus neſciam. Et videtur mihi hac diabolus arte plerumque vtì (quod id maximi ſua intereſt) vt ſcilicet boni ita ſe occultent, nemo alius vt videat ipſos verè ac ſincere Deum amare, eique placere conari velle; malos è contrà excitet;

*Bonum eſt  
communi-  
care cum  
alijs, qui  
orationem  
exercent,  
dum quis ei  
ſe applicare  
incipit.*

*Diabolus  
vult boni  
celari & in  
beneſta de-  
ſideria ape-  
riri.*

vt in



vt inhonestos suos affectus & voluntates inuicem audacter detegant. Quod quidem hodierna die ita commune & vſitatum eſt, vt iam illos vulgare, quædam eſſe videatur vrbaniſas & elegantia; & quæ hac in re contra Deum committuntur offenſæ, paſſim detegantur, & publicè innoſcant. Neſcio ſanè an ſtultè hic loquat, & ea quæ nihil ad rem ſunt: talia ſi ſint R. P. V. illa elaceret; ſi non ſunt, inſcitiam quaſo meam, ſimplicitatemque adiuua non nihil, multa de tuo ad hanc materiam adiungendo: quia quæ ad Dei ſeruitium ſpectant, ad eò iam infirma ac debilia ſunt, vt eos, qui ei ſeruiunt, maximè neceſſe ſit, quo profectum aliquem faciant, inuicem ſuſtentare & iuuare; ita ſcilicet iam vulgò bonum putatur, mundi vanitates, & delectationes ſectari, & admodum pauci ſunt, qui ad hos refleſcunt; at ſi quis Deo ſeruire incipit, tot ilicò detractores & oblocutores inſurgunt, vt ſocios illum conquirere opus ſit, quorum ope ſe poſſit aduerſus eos tueri, donec ſat virium per ſe habeat, & ita roboratus ſit, vt aduerſarios pati illi graue non ſit, alioquin magis ſe anguſtiis implicatum ſentiet. Hanc cauſam fuiſſe credo, cur olim nonnulli viri ſancti eremum ac deſertum, ſoliti ſunt petere; eſt etiam quædam humiliſſimæ ſpeciei ſibi ipſi non fidere, ſed credere Deum illorum, quibuscum homo conuerſatur, intuitu auxiliaturum; ad hæc charitas aſſidua cum proximo communicatione creſcit, & augetur: præterea alia plurima inde bona enaſcuntur, quæ referre non auderem, niſi, quanti hoc referat, ſæpiùs experientia nouiſſem. Sum, fateor, ego omnium creaturarum inſirmiſſima & miſerrima; ſed nihil eum puto perditurum, qui ſeſe humiliando, tametsi per ſe fortis ſit, id tamen de ſe neutiquam credit, ſed ei credit, qui hac in re multum eſt verſatus. Equidem hoc de me ipſa fateri poſſum me, niſi hanc mihi Dominus veritatem aperuiſſet, mediaque dediſſet, ad ſæpè cum ijs, qui in orandi arte, & modo verſati erant, agendum, modo lapſantem, ac modò reſurgentem, haud dubiè in infernum præcipitem lapſuram feciſſe; ad cadendum quippè multos habebam amicos, à quibus iuuabar; vt verò reſurgerem, ad eò ſola ipſa eram, vt etiam nūm mirer, quomodo non ſemper in lapſu ſola affixa hæſerim: Deique miſericordiam decanto, quia ipſe ſolus mihi manum ad reſurgendum porrexit, ipſe ſit in æternum benedictus, Amen.

*Humilitas  
tunc eſt ſibi ipſi  
ſi non fidere.*

\* \* \*

S. M. Tereſa Opera.

G

CAPVT

S.  
Theresia

Opera

N. VII

156



NARRAT QUAM EIBONVM FVERIT, ORATIONEM PROP-  
sus nau intermisisse, ne animam perderet, quamq; ea prestans remedium sit ad, qua em-  
sa sunt, recuperanda: suadet omnibus, vt ei se dent tantumque in ea ait bonum  
contineri vt, esto in ea non perseuerent, magnum nihilominus  
bonum sit, aliquo saltem tempore pretiosum  
hoc monile habere.

*Eius humi-  
litas.*

NON immeritò hocce vitæ meæ tempus ita ponderaui & excusse,  
quod videam, nullum futurum, qui aliquam e rei adeo mila  
& improbæ vfu voluptatem capiet. Vellem sanè, vt, qui hæc legent,  
mei nauseam conciperent, videntes animam adeo pertinacem, & inger-  
tam erga eum, à quo tot gratias & fauores accepit, cu peremque facul-  
tatem mihi fieri declarandi, quoties illo durante tempore, contra  
Deum meum offenderim, eò quod forti illi & solida orationis colum-  
næ non inniterer. Procellosum & tempestuosum hoc mare viginti pro-  
pè annis nauigau, alternis modo labendo, modo resurgendo, sed imper-  
fectè admodum, eo quod post resurrectionem ad vomitum mox redi-  
rem & vitam ita imperfectam ducerem, vt peccata venialia propè nihil  
facere, mortalia verò, esto ea metuerem, non tamen ita timebam, vt  
quidem oportebat, cum eorum occasiones non declinarem. Hoc dicere  
scio, isthunc viuendi modum ita acerbum & difficilem esse, vt nullus eo  
fingi, dari uè videatur posse difficiliore: neque enim fruebar Deo, neque vi-  
lam e mundo voluptatem capiebam. Cùm enim in mundanis recreatio-  
nibus eram, mox vt mihi in mentem redibat, quid Deo deberem, quam-  
dam in ijs amaritudinem sentiebam: cùm verò cum Deo conuersabar, af-  
fectus, & desideria mundana me inturbabant. Hæcque pugna ita quæ-  
dam pænosa & permolesta est, vt nesciam quomodo eam, vel ad mentem  
ferre potuerim, nedum ad tot annos. In hoc tamen magnam Dei erga me  
misericordiam liquidè perspicio quod, tametsi cum mundanis agerendum  
& in mundo viuendum mihi esset, animum nihilominus haberem ad or-  
rationem exercendam: animum inquam: nescio enim quamnam ad rem,

*Vita ea a-  
cerba est,  
quæ nec  
Deo frui  
nec mundo.*

*Qui oratio-  
nem exercet  
alio modo  
Deo presen-  
tes sunt,  
quam alij.*

ex omnibus quæ in mûdo sunt, magis opus sit animo, quam vt quis de re-  
ge suo prodendo tractet, & interim sciat, hoc illum minimè lacere, & mi-  
quã eius præsentia ex oculis amittat, Nã licet semper corâ Deo simus quoties  
quot sumus, Iogè tamen alio modo ei præsentem esse videtur ij, qui oratio-  
nem exercet: vident enim assidue se ab eo videri, cum fortasse alij ad mul-  
tos etiam dies ne vel cogitant quidem, Deo se præsentem esse, verum quæ-  
dem est, quod toto hoc tempore per multos aliquando mentes, & crederet  
etiam



etiam, per vnum annum integrum mihi cauerim, ne DEVM peccando offenderem, & orationi multum infisterim, variasque diuersimodè diligèntias adhibuerim, necubi eum offenderem (& quia, quidquid scribo, cū veritate coincidit, & verissimum est, ideò de hac re iam ago) sed bonorum illorum dierum perexigua mihi est memoria; vnde quam paucissimi fuerint oportet, mali verò numero plurimi. Vix abibat dies, quin multas eius horas orationi impenderem, nisi me aut infirma impedire valetudo, aut de foris ingruentia negotia. Cum corpus ægrum esset, animus ad Deum, diuinaq; valentior erat, dabamq; operam, vt qui mecum tunc tractabâr, etiam benè quoad Deum, valerent; quod ipsum etiam à Deo inter orandum efflagrabam, ac sapiùs cum ijs de ipso loquebar. Ita vt (excepto fortasse illo anno quem dixi) è viginti octo annis (tot enim sunt, ex quo in oratione me exercere cepi) octodecim, & amplius hac in pugna & conflictu, quòd modo me Deo, modo mundo alternatim applicarem, transegerim: in ijs verò annis, qui mihi iam commemorandi restant, pugna, tamen ea parua non fuerit, causa mutata est, sed quia tunc (vt quidem existimo) in Dei seruitio eram & mundanam vanitatem perspectam habebam, mihi omnia, vt postea referam, suauiua fuèret. Causa igitur, ob quam hæc omnia ita particulatim deduxi, hæc est, primò vt & Dei misericordia, & mea erga illum ingratitude (vti iam antè dixi) appareat: deinde vt omnes magnum illud bonum intelligant; quod præstat anima Deo, cum illam disponit, vt se in oratione cordialiter, & bona cum voluntate exercent, esto non tam benè, ac quidem oportet ipsa per se disposita sit, & quomodo Dominus illam, si modo in ea perseueret, non obstaculis peccatis, tentationibus, & diuersis lapsibus, quos diabolus causabitur, tandem (vt quidem mihi ipsa certò persuadeo) ad salutis portum pertrahat: sicut me (vt mihi quidem iam videtur) per suam gratiam eo pertraxit: diuina eius maiestas faxit, ne posthac denuò ad me perdendam reuertar. Quântum porrò boni proneniat in oratione (mentali inquam) se exercenti, sancti ac pij viri scripto prodidère, de quo Deo laus sit, & gloria. Et licet hoc ita non esset, ego, tamen si parum humilis sim, non tamen vsque eo arrogans sum, vt de hac re aliquid scribere audeam. De re autem, cuius aliquã experientiam habeo; hoc dicere possum, scilicet eum, qui semel oratione exercere cepit, nullo eamdem pacto intermittere debere, quæcumq; deum peccata cõmittat, cū hæc ipsa vnicum medium sit ad resurgendū, & in rectã viã redeundū, & sine ea perdifficile futurū sit aliquod remediū inuenire. Videat porrò ne diabolus ita ipsum tētet, sicut alias me tētauit, vt scilicet ex humilitate quadam eam intermitterat, quin imò indubitatè sibi persuadeat, verba Dei fallere non posse, vt potè qui promisit se quotiescumque verè nos commissorum penitet, & non amplius eum offendere

G 2

proneni-

Quantum  
ex oratione  
boni proneniat.

S.  
Theresia

Opera

N. III

156



*Qui statuit  
nō amplius  
Deum of-  
fendere ad  
primam  
suis ami-  
citiā redit.*

*Quid sit or-  
ratio men-  
talis*

*Per oratio-  
nem ad Deum  
accedere de-  
bemus.*

proponimus, ad primam nos amicitiam & gratiam admittendum, & eor-  
dem fauores nobis daturum, quos prius, & aliquando etiam maiores, si  
quidem id penitentia promereatur. Eum verò, qui nondum oratione se  
dare incipit, ex amore Dei rogo, ne tanto se bono vllatenus frustratum  
velit. Nihil autem hic est quod metuat, sed quod desideret: nam esto non  
proficeret neque contenderet, vt ad illam perueniret perfectionem, vt  
nimirum eos gustus & delectationes mentis promereatur, quas perfectus  
Deus concedit; hoc saltem lucrabitur, quod ad viam, quæ ad celos ducit,  
notitiam deueniet; & si modo perseueret, de diuina misericordia spero  
fore, vt frustra non sit: nemo enim vquam eum in amicum delegit, quin  
hoc ei abundè sit compensatum. Quia iudicio meo, nihil oratio mentalis  
est aliud, quam quoddam inter amicos colloquium & tractatio de amicitia,  
& sæpe cum eo in secreto agere, à quo nos amari scimus. Si autem eum  
nondum diligas (nam, vt amor sit verus, & amicitia durabilis, conditiones  
vtriusque amantis conformes esse oportet, & inter se conuenire) porro  
iam tum certissimum est, nullum in Domini conditione defectum posse  
reperiri, cum interim nostræ sit proprium, vt vitiosa, sensualis & ingrata  
sit: vnde numquam eo peruenire potes, aut induci, vt in tantum ipsum di-  
ligas: nam non est conditionis tuæ, cum tamen videas, quanti tua referat,  
illum amicum habere, quaque ipse te ardentè diligit, hanc diu cum eo,  
qui tui adeò dissimilis est, conuersandi penam haud inuitus subi. Quam  
ò infinita Dei mei bonitas, nihil video videre te, atque pariter me ipsam  
quam vellem, ò gaudium Angelorum, quoties hoc mecum considero,  
penitus me in te amando consumere, & annihilare? Quam item certum  
est, te tolerare eum, qui te, vt secum sis, non patitur! Quam te bonum ci-  
micum exhibes, Domine mihi quam illum recreas ac supports! quam pa-  
tienter expectas, vt tuæ se conditioni conformet, & artemperet, cum tu  
interim illius conditionem benignè tolles! quin imo in satisfactionem  
ac bonum computum singula, quibus te amat spatia, ac momenta admi-  
tis, & propter penitentiam punctulum omnia eius peccata & debita obli-  
uisceris. Verum hoc esse, liquidò in me perspexi: non video autem, mi Do-  
mine Creator, cur totus mundus ad te per particularem hanc amicitiam  
venire non procuret. Mali, qui tuæ conditionis non sunt, venire ad te de-  
bent, vt eos reddas bonos, dummodò te patiantur ad duas saltem horas  
singulis diebus apud se manere; esto interim ipsi apud te non sint nisi sen-  
centis curarum, & cogitationum mundanarum distractionibus intercur-  
rentibus, sicuti ipsa faciebam. Per hanc porro vim, quam sibi metipsis in-  
ferunt, vt apud tam bonum amicum sint (nam in principio quidem hanc  
re amplius quid facere non possunt, imò & interdum nec diu postea) de-  
mones violentè impedis, ac retines, ne illos oppugnent, vtque quoties  
minut



virtus vitium contra ipsos habeant; illis autem è contra robur & vires a-  
 nimæ suppeditas ad hosce deuincendos; ita quidem, vt neminem (ò om-  
 nium vitam vitam) corum qui tibi fidunt, reque in amicum habere vo-  
 lunt, de vita tollas, sed vitam corporalem etiam sustententes maiorem eis va-  
 litudinem dando, & vitam animæ concedas. Non intelligo sanè quid tan-  
 dem timeant, qui mentali orationi sese applicare timent; & verè cur me-  
 tuant nescio; consultò autem dæmon hunc metum cõsultat, vt per eum  
 verè nobis noceat, ac melesaciat, cum scilicet per hunc me impedit, quo  
 minus recogitem, quoties, & quam grauitè Deum offenderim, quantum  
 illi debeam esse infernum, ac caelestem quamdam gloriam, denique ne  
 cogitem ingentes illos cruciatus, & labores, quos mei causa subiit. Circa  
 hæc omnis mea oratio versabatur, & versata est, quamdiu in illis periculis  
 constituta fui; & hæc, quando poterã, identidem ruminabam; imò per ali-  
 quot annos, sæpius magis laboraui, vt horam, quã ad orandum mihi præ-  
 fixeram, citò transactam viderem, attendens anxie quando tandè signum  
 eius elapsæ daretur, quã vt aliis rebus bonis me darè, & non rarò quantu-  
 liber graue pœnitentiã libentiùs subiissem, quã me ad orandum recolle-  
 gissem. Vis porrò, quam mihi diabolus, aut peruersa mea consuetudo fa-  
 ciebat, vt orationem intermitterem, & tristitia, quæ me, dum intrã Ora-  
 tionem me abdentem, occupabat, tanta erat, vt, quò mihi vim facerem,  
 omni me conatu, & animo conitti oporteret (quem tamen animum non  
 exiguum habere dicor, & ad oculum videre fuit, eum mihi plusquam  
 malebrem à Deo datum esse, nisi quod malè eum impendi) sed Deus tan-  
 dem auxilio suo mihi aderat. Postquam verò hanc mihi vim fecissem, ma-  
 iorem longè quietem sensi, & consolationem, quã aliquoties, dum in  
 libro pio legere gestiebam. Si ergo Dominus me ita nefariã tanto tempo-  
 re sustinuit; & euidenter quoque pateat, hæc via omnibus malis meis re-  
 mediũ adhibitum esse, qui, quantumlibet malus, timeat? nemo sanè:  
 nam esto sit pessimus, tot saltem annis malus non erit, post tot à Domi-  
 no gratias acceptas: aut quis diffidere poterit, cum ipse me tanto tempore  
 sustinuerit: idque dumtaxat, quod commodum aliquem locum, & tem-  
 pus quærerem, & ambirem, quo ipse mecum ageret; & hoc sæpè me in-  
 uent; quod magnam mihi vel ego, vel Dominus ipse vim faceret: si ergo o-  
 ratio, etiam ipsi minimè seruietibus, imò etiã aduersus ipsum delinquen-  
 tibus tantopere prodest, ac necessaria est, & nemo dicere in veritate possit,  
 vllum ex ea damnũ prouenire; sed certũ sit, maius ex eo sequi, quòd ora-  
 tio non colatur, cur, quæso, eã omitteret qui Deo vel seruiant vel seruire  
 volunt? Quod cur facerent, equidem prorsus nõ intelligo, nisi fortasse, vt  
 vitæ huius molestias ac difficultates maiore cũ difficultate transigat, Deoq;  
 velut ianuam occludant, ne quam ipsis in illa consolatione & recreatione  
 mittat

S.  
Theresia

Opera

N. VI

156

Timere ex-  
 ercitiũ o-  
 rationis  
 mentalis  
 malus est ti-  
 mor.  
 Quia Sancta  
 huius fuit  
 oratio.

Quam sibi  
 vim infer-  
 ret ad ora-  
 tionem fa-  
 ciendam, &  
 quem possi-  
 ea senserit  
 requiem.



immittat. Duorū profectò me miseret. Quā enim suo illi dispendio Deo feruiunt; cum è contrā ijs, qui orationi se dant, ipsemet Dñs sumptus omnes quā largissimè quodamodò suppeditet, cū pro exiguo, què suscipiūt, labore, consolationē submittat, cuius adminiculo difficultates occurrētes æquanimiter perferant. Quoniā verò de his consolationibus, quas in oratione perseuerantibus Dominus elargitur, postea vberius loquēdi locus erit: hinc nihil de iisdē hic dico; hoc vno excepto, orationem veluti portam fuisse, per quam magnæ illæ gratiæ, quas mihi præstitit, venerunt; quæ si ocludatur, nescio qua illas via submittere poterit: nam, esto quidem ipse ad animam aliquam ingredi ad eam ea deliciandum, & simul eam recereandam veller, nullus patet aditus: cupit namque eam esse solam, cupit mundam, cupit earumdem recipiendarum desideratissimam, quocirca si multa ei obstacula & remoras obijciamus, nullam autem ad ea submouenda operam adhibeamus, quomodo ad nos veniet, aut quomodo singulares eum gratias nobis cōferre volumus? vt autē præstans eius misericordia elucescat, nec non quantū indè mihi boni obuenerit, quod orationem, ac lectionem piā numquā intermiserim, referā hic (cū tanti id referat bene scire, & intelligere) quibus diabolus machinis animā aggrediatur, quò eā expugnet; simul & artificiū, & misericordiā, quā eā Dominus ad se reducere satagit; vt legētes, sic pericula caueant, à quibus mihi ipsa satis nocui. Antè omnia igitur, ex amore Domini nostri Iesu Christi, & per ardētem illū, quo omnimodis nos ad se reuocare allaborat, amorē quòslibet rogo, vt quascūq; peccandi occasiones fugiāt: si enim illas nō declinamus, sed captemus, quā nobis esse potest securitas, cū tot nos inimici oppugnet, & tāta ex aduerso in nobis sit ad nos defēdēdos imbecillitas; velle equidem captiuitatē, quā tū temporis anima mea captiua detinebatur, aliquo modo possem describere: quia sciebam, & videbam captiuam quidem illam esse: quo tamen constricta vinculo teneretur, intelligere planè non poteram, vt nec credere id quod Confessarij mihi non ita exaggerabant, tam esse malum, quā id ego in anima mea esse sentiebam. Quidam ex illis, cū scrupulis pressa consilij, & auxiliij causā ipsum adijissem, mihi dicere veritus non est mihi, esto ad summum contemplationis genus euecta essem, id genus occasiones, & conuersationes minimè posse nocere. Erat hoc iam circa finem, quandò scilicet, diuina iuuante gratia iam me à magnis peccandi periculis magis cauebam, tametsi ipsam occasionem peccandi nondum penitus declinarem. Quod autem omnes me desideria bona habere, & orationi subindè insistere viderent, multum sane ijs agere videbar; anima autem mea facilè intelligebat, non esse id facere illud, ad quod obligata erat ei cui tantum debebat. Miseret sanè me iam eius, quod tam multa tunc sustinuerit, quodque ei tam



55  
Nimia li-  
bertas no-  
xia.

ei tam parùm ab omnibus, præterquam à DEO venerit subsidij, de-  
indè quod tanta ei daretur libertas ad recreationes & consolationes suas  
sectandas, dicendo, eas licitas esse. Quam deindè in concionibus sen-  
si, pena non erat exigua, & ita eisdem audiendis afficiebar, vt, si quem  
cum spiritu & benè concionantem viderem, particulari quodam erga  
eum amore ferrer, ita tamen vt eum ipsa non procurarem, & vndè is mi-  
hi oboriretur, prorsus ignorarem. Penè numquam aliqua mihi concio  
tam inepta & incongrua visa est, vt non eam libenter audirem, etsi alio-  
rum, qui eam audissent iudicio concionator non benè esset conciona-  
tus: si autem bona esset concio, particularem quamdam indè volu-  
ptatem hauriebam. Numquam penè, ex quo orationi vacare cœpi, tædio  
mihi fuit de Deo & loqui, & alios loquentes audire. Conciones, porro,  
quas audiebam, aliquando summæ mihi erant consolationi, aliquando ve-  
rò valdè me cruciabant, quòd in illis intelligerem, multum me distare ab  
eo, quòd esse debebam. Rogabam itaque Dominum, vt me adiuuaret: sed  
(proùt mihi nunc quidem videtur) in eo debui tunc errasse, quòd fiducia  
non penitus in diuina eius maiestate ponerem, nullam verò penitus in  
memetipsa. Queritabam itaque remedium, & conatum adhibebam què  
poteram: sed verisimile est, non intellexisse me, omnia parum, aut nihil  
uauare, nisi de nobis ipsis penitus diffidentes, fiduciam omnem in Deo po-  
namus: Volebàm scilicet viuere: intelligebam namque me neutiquam vi-  
uere, sed cum quadam vmbra mortis, certare; & nemo erat, qui mihi vi-  
tam daret, hanc tamen à memetipsa capere non poteram: qui autem eam  
mihi dare poterat, non sine ratione mihi non succurrebat, cum iam toties  
me ad se reduxisset, & eum ipsa turpiter deseruissem.

Concionibus  
audiens  
deleatur  
Sancta M.

Tædio illi nō  
fuit de Deo  
loqui.

Sibi diffidat  
homo peni-  
tus & Deo  
fidat.

C A P V T IX.

REFERT QUIBUS ANIMAM EIVS MEDIIS DEVS EXCITARE,  
& aliquod ei, in tam spissis tenebris lumen dare, & virtutes eius, ad  
eum non offendendum corroborare cœ-  
perit.

ERAT igitur anima mea, iam lassā & exhausta, & licet quiescere ipsa  
spaululū veller, malitamen, quos habebat, habitus, & consuetudi-  
nes nullam ei requiem, indulgebant. Factum est autem, vt, cum quadam  
die oratorium intrassem, quamdam in eo viderim imaginē, quæ ibidem  
custodiæ causa reposita, & ob festum quoddam in monasterio nostro ce-  
lebrandum mutuo accepta erat. Depictus in ea erat Redemptor noster  
Christus, vulneribus, & plagis vnde quaque deformatus; ita aspicientes  
ad compassionem commouens, vt statim, atq; in eam oculos conieci, tora  
nerius

S.  
Theresia

Opera  
N. III  
156



internis turbata sum, quod tali enim in schemate, & forma viderem, quod ad viuum repræsentaret, quod pro nobis passus esset. Talem quidem in animo meo dolorem sensi, quod illi ob acceptas hæc plagas, tam parum grata existissem, vt cor mihi in duas diffindi partes videretur; vnde ipsa me multis cum lachrymis coram eo abiecti, ex animo eum rogans, talem mihi simul & semel constantiam, atque animi robur daret, vt posthac amplius eum non offenderem. Singulari porro affectu S. Mariam Magdalenam prosequabar, eiusque conuersionem sæpè mecum recolere, & maxime dum ad mensam Eucharisticam accedebam. Nam quod certo certius scirem, Dominum Iesum intrà me tunc realiter præsentem esse, ad pedes eius me collocebam, sperans fore, vt lachrymæ meæ non repellerentur. Et nesciebam quid dicerem: nam plusquam satis faciebar is, qui sui causâ me eas effundere patiebatur, cum sensus huius, & affectus tantò me caperet obliuio; & Sancta huic sermone me commendabam, vt in fragio ipsa suo mihi commissorum veniam impetraret. Sed postremum uidebam, quem dico, imaginis huius conspectus, magis mihi profuisse uidebam, quod iam penitus mihi ipsi diffiderem, & omnem fiduciam meam in solo Deo collocarem. Videor porro mihi tunc ei certa cum fiducia dixisse, inde me non antè surrecturam, quàm me eius, quod ab eo petebam, compotem redderet: & certò mihi persuadeo id mihi profuisse: nam ex corpore notabiliter vitam emendare cœpi. Hunc porro orandi modum seruabam: nam quod per intellectum discurre non possem, Redemptorem nostrum IESUM intrà me repræsentare conabar, & in illorum mysteriorum meditatione plus gustus & affectus mihi inuenire uidebam, in quibus eum magis solum, & ab alijs desertum uidebam: credebamque eum ita solum & afflictum, tamquam, qui in necessitate positus est, hæc ægrè me admissurum. Non paucas id genus simplicitates habebam; præcipuè uero me mouebat ipsa Domini in horto Gethsemani oratio, ibi etiam lime comitem adiungebam. Hic sudorem eius, & quam ibi sensit, animi angustiam mecum recolere, & si mihi licuisset, hunc tam penosum, & amarum sudorem ei detergere uoluisset: sed, quantum recorder: nunquam id ausa fui proponere aggredi, quod peccata mea tam graua identidem mihi ob oculos uersarentur: hic tam diu cum eo per imaginationem manebam, quantum id mihi cogitationes permittebant: nam ceptissimè numero mentem non mediocriter lancinabant. Per multos annos, plerisque noctium, antequam dormire, cum iam antè somnum Deo per preces commendarem, semper aliquanto temporis spatio de hac oratione in horto meditabar, etiam antequam religiosa forem, quod exemplæ hocce mysterium recolentibus promissæ esse dicerentur Indulgentiæ. Credo autem firmiter animam meam hoc pacto non contemnedum

*Erga S. M.  
Magdalena  
deuota est.*

*Quomodo  
oraret, cum  
intellectu  
discurre  
non posset.*



quæstum fecisse; quod hac occasione orationi vacare cæpi; cum tamen, quid ipsa esset, nescirem; quinimò ità mihi familiaris iam fiebat oratio, vt non magis eam omitterem, quàm me omittebam signo Crucis communitur, dum ad dormiendum me componerem.

Vt ergo ad tormentum, quod à cogitationibus occurrentibus me passam dixi, reuertam, dico ordinarium, & proprium esse huic oràdi modo sine intellectus discursu, vt in eo anima multū, vel lucretur, vel amittatur: omiſſa, in quā, consideratione, is, qui sic proficit, multū proficit, eò quod totus in amando versetur. Nemo autem huc pertingit, nisi post magnum laborem, ac non sine magno suo sumptu; præterquam illi, quos Dominus, quàm breuissimo tempore ad orationem quietis perducere dignatus; tales enim nonnullos noui. Qui autem tales sunt, us expedit librum in manus accipere, cuius lectionis adminiculo statim se recolligant. Plurimum quoque me iuuabat, videre campos, aquam, flores: his quippè in rebus Creatoris ipsius memoriam inueniebam: hæc, inquam, me excitabant, & recollectam faciebant, librique alicuius vicem præstabant, etiam in ingrati tudine, & peccatis meis. Cælestia autem, ac sublimia numquam intellectus meus (qui eius erat stupor) potuit imaginari, donec alià mihi viâ, & modo Dñs illa repræsentauit: nam adeo parū habilis erā, vt per intellectū aliquid mihi repræsentare, vt nihil ab imaginatione meâ subsidij haberem, nisi dūtaxat in recogitando eo, quod oculis ipsa meis intuebar, cum tamen alij quælibet repræsentationes facere possint, in quibus se recolligant: Ego solum de Christo, in quantum homo est, cogitare poteram, nam quam tamen eum mihi repræsentare potui, quantumcumque deum de eius pulchritudine legerem, aut quantaslibet illius imagines viderem; nisi tātum instar cæci alicuius, aut eius, qui in tenebris sine aliquo lumine agit, qui tamen cum aliquo loquatur, sciatque se apud illum esse (quod certissimè norit ipsum præsentem adesse, sciat, inquam, & credat illum coram esse) eum tamen nō videt. Eodem prorsus modo mihi fiebat, dum de Salvatore Iē s v cogitabam. Hanc ob causam ità erga imagines & picturas afficiebar. Væ autem illis infelicibus, qui culpa sua huiusmodi bono excidunt; vnde clarè colligere est, illos Dominum neutiquā diligere: si enim cum diligerent, eius haud dubiè imaginæ delectarentur, quemadmodum etiam inter amicos mundanos iuuat, & volupè est, imaginem videre eius, quem vnice diligimus.

Hoc ipso tempore dati sunt mihi libri Confessionum Sancti Augustini, disponente (vt quidem apparet) Domino; quod eas ipsa nec procurarim, nec vñquam vidissem. Porro singulari erga S. Augustinum affectu sum, tum quod Monasterium, in quo, etiamnum sæcularis, habitarem, Ordinis Augustiniani esset, tum quod & ipse, dum viueret, peccator fuisset.

S. M. Teresa Opera.

H

set.

S.  
Theresia

Opera

N. V. V.  
158

Cui rei sub-  
iecti sint,  
qui in ora-  
tione intel-  
lectu dis-  
currere ne-  
quunt.  
Viso agro-  
rum & flo-  
rum sæpe in  
spiritu iu-  
uat.

Imagines  
amata  
delectat.



*Peccatori-  
bus consola-  
tioni est in-  
uocare San-  
ctos, qui et-  
iam pecca-  
tores fuerunt.*

set. Nam Sancti, quos Dominus, postquam in peccatis vixissent, tandem ad se vocauit, permagnæ mihi semper consolationi fuerunt, quod aliquam in ijs opem inuenire debere me crederem, & DOMINUM quemadmodum illos in gratiam receperat, ita & me in gratiam recepturum. Sed, vt dixi, vnum hoc me deiecit, & angebat, scilicet eos non nisi semel à DOMINO vocatos esse, & exinde non amplius recidisse, me verò toties vocatam, semper ad vomitum rediisse. Quod sane summoperè me angebat. At tamen cum amorem eius, quo me prosequeretur, considerabam, rursus animum refumebam: nunquam enim de eius misericordia diffidebam, de me ipsa verò desperaui.

Quàm, ô bone DEVS, animæ meæ duritiem & perniciam demorror, cum tamen tot, tamque præclara ab ipso subsidia acceperim! Non potui non metuere, ac pauere, dum cogito, quàm parum in me ipsa poterim, ac quàm velut constricta fuerim, ne mecum ipsa statuerem totam me DEO dare. Vt ergo illas Sancti Augustini Confessiones legere cepi, mei ipsius in ijs imaginem videre visa sum, serioque me, & es animæ glorioso huic Patri commendare cepi. Dumque iam ad illius confessionem peruenissem, & quomodo illa ad eum vox in horto facta esset non aliter commota sum, ac si eadem à Domino voce compelleret: vnde etiam magno temporis spatio tota me in lachrymas, introsum, intra me metipsam flens, effundebam, non sine magna animi amaritudine, & angore.

Quantum, DEVS bone, patitur anima, vt libertatem, quam re Domina habere deberet, amittat, & quantum tormentorum tolerat! Iam mecum ipsa miror, quomodo tanto in cruciatu viuere poterim, benedictus sit DEVS, qui vitam mihi dedit, vt è morte ad eum mortifera conuergerem. Magnas tum animam meam à diuina maiestate vires accepit, & DEVM clamores meos exaudire, tantarumque lachrymarum misereri debuisse mihi verisimile sit. Vnde animus, & desiderium mihi increscere cepit, diutiùs cum ipso in oratione agendi, & peccandi occasiones ab oculis meis amouendi; illis enim remotis, & ablatiis, statim ad maiestatem ipsius conuertendam denuò conuertebat: nam etsi, quantum mihi quidem videbatur, me illum diligere intelligerem; non intelligebat tamen (vt id intelligere debebam) in quo situm esset, DEVM tantè & cordialiter diligere. Nò videbar à me ipsa impetrare posse, vt me ad seruire cupiendum tunc disponerem, cum illius me maiestas nouis quibus recreare rursus incipiebat: quinimò, quod alij summo cum labore comparare student, id DOMINVS ita mihi vterò dare voluisse videtur, vt quodammodo à me contenderet, vt ipsum accipere vellem, adeo



licet abundanter postremis hifce annis , gustus , & consolationes spi-  
 ritus mihi suppeditaui. Eum verò rogare , vt eas mihi daret , aut ali-  
 quam deuotionis teneritudinem , numquam ausa fui ; hoc tantum ab eo  
 petij , gratiam vt mihi daret , eum posthac non offendendi , & enormia  
 peccata mea mihi condonaret. Quæ , quia ita enormia esse videbam , i-  
 deò numquam ex professo , & aduertenter consolationes , gustusue ro-  
 gare eum ausa sum : & videbatur mihi nimis quàm multum eis pietas a-  
 gere (& reuera magnâ mecum est misericordiâ vsus ) quòd me coram se  
 esse permitteret , neque sibi præsentem habere sustineret : videbam  
 quippè , nisi tantopere ipse institisset , numquam futurum fuisse vt  
 venirem. Semel tantum in vita , quantum memini , gustus spirituales  
 ab eo petij , quòd tunc magnam mentis ariditatem sentirem , cumque  
 quid agerem , aduerterem , ita indè apud me confusa mansi , vt hæc  
 ipsa erubescencia ex eo orta , quòd me tam parum humilem viderem ,  
 mihi dederit id , quod petere ausa fueram. Sciebam quidem licitum  
 & esse gustus petere ; sed illorum tantum hoc esse putabam , qui huc  
 ritè dispositi sunt , eorum nimirum , qui , quæ veræ deuotionis sunt  
 (qualia sunt , Deum peccando non offendere , & ad omne bonorum  
 genus egregiè dispositum , ac resolutum esse ) totis semper viribus pro-  
 curare studuerunt. Videbantur autem mihi hæc lacrymæ meæ mulie-  
 res esse , & impotentes , cum per eas non obtinerem id quod de-  
 siderabam ; nihilominus aliquatenus eas credo mihi profuisse : quia  
 peccata post duas illas , quas dixi , vices , quibus in illis magnam a-  
 nimi compunctionem & afflictionem sensi , magis me orationi dare  
 cepti , & minus tractare ea , quæ mihi noxia & damnosa esse possent :  
 ac tamen nondum penitus illa relinquerem ; Deus tamen , vt dico ,  
 mihi paulatim abdicandis me adiuuabat. Quod autem eius maiestas ni-  
 hil aliud exspectabat , quam aliquem ad hoc in me apparatus ac di-  
 positionem videre ; hinc spirituales gratiæ , eo quo dicam modo , in me  
 crescere cœperunt ; quod tamen eiusmodi est , vt id non solet  
 Dominus dare , nisi ijs , qui mundiore  
 conscientia sunt.

*Consolatio-  
nes à Deo  
petere ausa  
non fuit.*

*Quomodo  
erubesceret,  
quod conso-  
lationes à  
Domino  
petisset.*

\* \* \*

H 2 CAPVT

S.  
Theresia

Opera  
N. N.  
156



INCIPIIT REFERRE GRATIAS, QVAS A DOMINO IN ORATIONE ACCIPIBAT, & qua in re nos ipsos adiuuare possumus, ac quam i referat intelligere gratias, quas Dominus nobis prestat. Rogat eum, cui hæc misit, vt quæ post hæc scriptura est, secreta maneant, cum, quas Dominus ei prestat gratias, ita particulatim enarrare iubeatur.

*Sensus diuinae præsentia.*

*Dicit intellectum non operari, quia, vt dixit, non discurrit ab vnâ re ad aliam, nec aliquas considerationes elicit; quod boni ei obiecti magnitudo, tunc eum totum occupet: vnde ipsa tamen & realiter operatur, quod oculos in id, quod*

*ei representatur, coniciat. Et cognoscat se id, quomodo sit intelligere non posse. Cum ergo ait intellectum non operari, significare vult, eum non discurrere, sed velut consternatum manere præ multitudine eorum, quæ intelligit, id est præ magnitudine obiecti, quod videt: non quod multa de eo intelligat, sed tantum, quia iam magnum in se ipso videt, vt penitus id intelligere non possit.*

**H**ABEBAM interdum, vt iam dixi, quædam (tamen, quam brevissimè id pertransiret) principia eius, quod iam dicam. In illa representatione, quâ apud CHRISTVM me præsentem esse fingebam (de qua supra locuta sum) quin etiam interdum dum in libro legerem; hæc in me repente, & improvisò quidam diuinæ præsentia sensus, vt dubitare nullatenus possè, quin aut ipse Deus intrâ me esset, aut ego tota in ipsum absorpta. Non erat tamen hoc per modum visionis; crederim mysticam id Theologiam vocari; hoc autem ita animam suspendit, vt tota extrahi esse videatur. Voluntas quippè amat, memoria propè amissa esse videtur, intellectus (quantum mihi videtur) non discurrit, non tamen amittitur, sed, vt dico, non operatur; at est velut consternatus præ multitudine eorum, quæ intelligit: vult enim Deus eum nosse, se nihil eorum, quæ in se ipso representat, intelligere. † Senseram iâ antè, valde conuincit quendam animi teneritudinem (sed ex parte à nobis ipsis tale quiddam, quæ, esto nec planè sensualis, nec planè spiritualis sit, tota tamen Deo Optimo Maximo data). Sed ad hanc habendam, non parum adiuuare posse videtur, si nostram vilitatem, & summam ergâ Deum ingratitudinem, nec non, quàm multa nostrâ causa ipse fecerit, eius item pietatationem, tot, tamque amaris doloribus plenissimam, vitam denique ipsius pœnositissimam consideremus. Huc quoque mirè facit orta ex operam eius conspectu exultatio, magnitudinis quoque eius, & immensi, atque exhausti erga nos amoris consideratio, nec non alia id genus plurima, quæ seriò profectum facere volentibus, sæpè vltro, & non satis aduertentibus occurrunt, ac se ingerunt: iam si præter hæc aliquis etiam accedat amor, anima consolationem sentit, cor tenerescit, lachrymarum copia promouetur. Et hæc quidem interdum nos ipsi violenter elicere videmus, interdum



verò ipse Dominus eas videtur concedere, quos ipsi eas remorari, & impedire non valeamus. Adeò vt diuina eius maiestas nobis exigua hanc, quam cepimus curam, amplissimo quodam dono (quale est interna illa consolatio, quam anima indè sentit, quòd se ob tam immensum Dominum plorare videat) compensare velle videatur. Et non miror: nam nimis quàm magnam se consolandi rationem habet. Itaque iubilat hic, plaudit, deliciaur. Vndè eà, quæ mihi modo se offert, comparatione rem hanc commodè videor posse exprimere: scilicet hæc orationis gaudia, & recreationes talia esse, qualia verisimile est esse eorum, qui in cœlis sunt: nam si amplius non vident, quam eos Deus promeritorum ratione videre vult; & quia merita sua exigua esse simul vident, hinc quisque eo contentus loco est, quem habet; Cùm tamen tanta vnus gaudij ab altero in cœlo sit differentia, & maior multò quàm sit vnus gustus & gaudij spiritualis ab alio, quæ tamen est maxima. Et sanè anima iam tum in principio, cum hanc ei Dominus Deus gratiam facit, putat iam nihil ferè amplius esse, quod desideret, sibi que quam abundantissimè satis factum credit pro omni eo, quod hæctenus ipsi seruiuit. Idque non sine ratione: nam vna lachrymarum earum, quas, vt dixi, ipsi quodammodò procuramus (quanquam sine Dei nutu nihil hic fiat) nequidem omnibus, qui in mundo sunt, laboribus, coemi mihi posse videtur. Multum quippè per illas anima lucratur, quòd enim dari maius lucrum potest, quam aliquod testimonium habere, quòd Deo placeamus? Vndè, qui huc peruenit, multum Deum glorificet, ei gratias agat, multumque ei se debere fateatur, necesse est: quòd ipse iam tum eum in domesticum deligere, ac regni sui participem facere, nisi retrospiciat, velle videatur. Non curet etiam certas quasdam humilitates, de quibus iam agere constitui: quia multi humilitatem esse putant, non agnoscere, gratias se à Deo accipere. Quod quomodo fiat, benè intelligamur oportet: nimirum, Deum illas nobis sine vilo nostro merito dare, ac maiestati eius, propterea grati simus, ac gratias agamus: nam, nisi quæ ab ipso accipimus, agnoscamus, ad eum amandum non animabimur. Et est sanè certissimum, quòd, quò magis nos diuites esse videmus, (scientes interim, & agnoscentes, nos pauperes esse) eo magis nobis emolumentum, atque etiam plus veræ humilitatis accedat. Illud alterum nihil est aliud, quam animi ad sequestrandum prouocatio, nimirum se ad magna bona recipienda idoneum non esse credit; eò quòd statim atque hæc Dominus ei dare incipit, timorem homo concipiat, ne à vana gloria tentetur. Credamus porò eum, qui nobis bona datur, etiam daturum gratiam, ac lumen, ad diabolum, si quando nos, quoad hanc rem tentare incipit, ilicò percipiendum, quin & robur ad ipsi resistendum: si, inquam, cum simplicitate coram Deo ambulemus, ei soli, non

H 3

Lachrymarum  
Sanctarum  
pre-  
rium.

Falsa hu-  
militas est,  
eò nolle in se  
agnoscere  
gratias à  
Deo acce-  
psu.

S.  
Theresia

Opera

N. III  
156



*Beneficio-  
rum recor-  
datio acuit  
amorem.*

non autem hominibus, placere volentes. Certissimum est, tunc nos magis aliquem amare, cum beneficiorum, quæ ab ipso accipimus, identidem recordamur. Si ergo licitum, adeoque meritorium sit, perpetuò meminisse, habere nos à Deo esse, & è nihilo ab eodem creatos esse, ac quotidie sustentari; nec non reliqua beneficia, puta mortis eius & laborum, quæ etiam diu antequam nos crearet, in gratiam singulorum modò viuentium præstitit; cur mihi licitum non erit sæpè agnoscere, videre, & considerare, me de nugis, ac vanitatibus loqui solitam esse, & Dominum iam voluntatem mihi dedisse, non alia de re, quam de ipso loquendi? Ecce ergò monile quoddam pretiosum, quod cum ipsum nobis datum esse, & de facto iam à nobis possideri recordamur, violenter quodammodo nos ad amandum inuitat, atque in hoc omne orationis super humilitatem fundata bonum situm est. Quid ergo erit, cum iam se in potestate sua habere videbit etiam alia monilia pretiosiora, qualia nonnulli serui Dei iam acceperunt, videlicet contemptus tum mundi, tum etiam sui ipsorum? certum est, eos agnoscere oportere plus se debere, ac magis ad Deo seruiendum, & intelligendum nihil horum omnium nos à nobis habere, & ad liberalitatem Domini datoris agnoscendam tenent, quòd scilicet animæ ita nefariæ, & pauperi, nullorumque meritorum, qualis mea est, (quia vel primum horum monilium mihi sufficiebat, & nimis quam satis pro me erat) plures diuitias, ac gratias conferre voluerit, quam etiam desiderare potuissem. Necessè proindè est, nouas nos ad ei seruiendum vires elicere, & opera danda, ne ingrati ei simus: nam hac conditione eas Dominus dat, vt, nisi thesauro, & eminenti statu, ad quem nos cuehit, benè vtamur, eum ipse rursus à nobis erepturus sit, & nos pauperiores, quam eramus priùs, futuri; & illi sit Maiestas eius hæcæ monialia datura, qui ea exeret, ac per ea tum sibi, tum etiam alijs proderit. At quomodo rem indè faciet, & liberaliter ea expendetis, qui se diuitem esse nescit? Ea quidem naturæ nostræ conditio est (prout mihi quidem videtur) vt hunc impossibile sit animum ad magna, & sublimia habere, qui non intelligit, liberaliter à Deo, & amicè se haberi: ita namq; miserii sumus, & ad terrena inclinati, vt is ægrè magna cum resignatione, ac generosè detestaturus sit, quidquid terrenū est, qui aliquod se supernorū pignus habere nō intelligit (nam per hæc dona Dominus recludit nobis robur, quod nostris peccatis amisimus) & valde difficulter desiderabit, vt omnes se exosū habeāt, quin & abhorreant; nec ad reliquas omnes eximias virtutes, quas perfecti viri habēt, aspirabit, nisi aliquod amoris, quo ipsum Deus prosequitur, pignus, nec non viuā fidem habeat. Natura quippè nostra ita emortuā est, vt libenter, & vt plurimum in id feramur, quod oculis cernimus, vnde hæc donis iuari debet, quæ in nobis fidem tum ex-

*Thesauro à  
Deo dato  
bene vtan-  
dum.*

*Donis suis  
dat nobis  
Deus vires  
amissas.*



citant, eum etiam corroborant. \* Fieri potest, ut ego, utpote quæ ita improba sum, sic de me iudicem: at non deerunt forsitan alij, quibus sola fidei veritas sufficiat ad opera valde perfecta peragenda; nam ego (utpote miserabilis) omnibus omnino adminiculis opus habui. Sic fortassis illi de se loquentur; ego, quid mihi factum sit, enarro, sicut etiam mihi iniunctum est, in quo si errem, lacerabit hoc is, cui ipsum mitto; quia melius, quid sit malum scierit intelligere, quam ego. Quem ex amore Dei rogo, ut, quidquid hætenus de mea improba vita, & peccatis commemoravi, omnibus enarret, ac diuulget: & iam inde ex hoc tempore plenam ad hoc ei facultatem facio, uti & omnibus Confessarijs meis, de quorum numero is est, cui scriptum hoc mittitur; & quidem, si velint, & ita expedire iudicent, iam inde ab hoc momento interim dum adhuc in vita sum, ne amplius hominibus, qui aliquid in me bonum esse cogitant, fucû faciam, id faciendum rogo; & certè (cum veritate dico) prout quidem de me nunc sentio, permagna id mihi consolationi erit. At quoad ea, quæ posthac commemorabo, facultatem hanc eis non facio; imò nolo, ut si cui ea ostendant, dicant, quis quæue sit, cui ea facta sint, vel quis, quæue hæc scripserit: nam propterea, nec me ipsam nec aliû quempiam hic nominam; sed omnia scribam quam potero, optimè, ut non cognoscat à quopiam, quod, ut fiat Deum supplex rogo. Porro viri adeò litterati & graves satis sunt, ad aliquid, quod bonum est autoritate suâ stabilindû, si quidem Dominus mihi gratiam dederit ad tale quid dicendum; si enim tale id fuerit, ipsius erit non meum; nam ego nec scientiam, nec virtutem habeo, nec virum aliquem doctum aut alium quempiam, à quo instruat (etenim soli ij), qui hæc me iubent scribere, sciunt quid scribam, & in præsentiarum hic non adsunt; præterea scribo hæc quasi tempus ad hoc suffurando, & magna cum molestia, cum hæc scriptio impediatur, quo minus neam, cum tamen in paupere domo vinam; satis multis denique destineor occupationibus. Si quidem Dominus maiorem mihi ingenij habilitatem ac memoriam dedisset, possem earum adminiculo, ea quæ hætenus, vel audiui, vel legi, aliquo cum fructu huc adferre; ea quam habeo, nimis quam parua & tenuis est: adeò ut, si quid boni attulero, id Dominus ad bonum aliquod inde eliciendum dici à me velit; quod verò malum erit, sit futurum meum, & id R. V. delebit. Porro nec quoad hoc, nec quoad illud expediens est nomè meum prodicendum quippè est, alicuius, dum adhuc vivit, bona diuulganda non esse; in morte verò non est cur dicantur, nisi fortè, ut suam, quod bonum est, auctoritatem sic amittat, & apud neminem fidem inueniat, quod id à persona adeò villi, & improba, qualis ego sum, dictum sit. Et quia R. V. hoc facturam puto (quod etiam per Dei amorem, & omnes qui hæc visuri

\* S. M. de seipso fateatur (non sine ratione) quod sola fidei veritas sibi non sufficeret ad opera perfecta faciendâ, tamen si aliqui falso existiment, eam sufficere.

Contenta est ut omnes peccata quæ admiserit, norint.

S. Theresia

Opera  
N. VII  
156

virtutes aliquis cuiusvis publiquè non sunt.



visuri sunt, rogo) hinc liberè scribo; alioquin non nisi magno cum conscientia scrupulo hæc scriberem, exceptâ fortè ipsa peccatorum meorum enarratione; nam quoad illâ prorsus nullo scrupulo moueor: quoad reliqua verò satis est, vt me dimittam & alas contraham, me mulierem esse, quantò verò magis me mulierem esse, & simul improbam. Quæ circa, quòd vltra simplicem vitæ meæ enarrationem hic scriptum R. V. inueniet, sibi sumat, & seruet, cum hætenus tam importunè me vserit, vt aliquid de gratijs à Domino inter orandum acceptis, scripto, in posteritatis gratiam committerem, si modò id cum fidei nostræ Catholicæ veritate vsquequaque conueniat; sin minus, quamprimam id igni tradet: nam totam me quoad hoc submitto, sincerè potè dicam, quidquid circa me sit, vt cum id veritati Catholicæ Ecclesiæ conforme inuentum fuerit, aliquam R. V. vtilitatem, & commendum inde eliciat; sin minus, animam meam ab illusione omni liberet, ne, vbi me lucrì quippiam relaturam spero, indè diabolus lucrum reportet. Nouit enim Dominus (vti postea vberius ostendam) quantâ semper in hoc cura, & contentione incubuerim, vt aliquem inuenirem, qui me illuminaret & edoceret. Verum, esto ea, quæ ad orationem spectant, quam maxima possum claritate, & perspicuitate exponere conata fuero, scio nihilominus ea nimis quâ obscura fore illi, qui nullam horum experientiam habebit. Referam itaq; impedimenta quædam, quæ (vt mihi quidem videtur) hominem impediunt, quò minus in hac via progressum faciat, nec non alia quædam, in quibus aliquod periculum situm est; prout quidè longâ multorum annorum experientia didici, quam, tū è doctrina Domini, tū è frequenti cum viris doctissimis, & ob longam aetate in rebus spiritualibus versatissimis collatione collegi, qui ad oculum vident, me hactenus viginti & septem annis, quibus orationi vaco, tantam à Deo experientiam harum rerum accepisse (esto per viam hanc tam imperfectè, tantaque cum respiratione, & toties impingendo ambularim) quantâ alij, qui in assidua mortificatione, & continenti virtutù studio viam hanc ambularunt, vix 37. vel 47. annis colligere potuerunt. Sit ipse pro omnibus benedictus, meoq; pro eo quod maiestas eius est, obsequio vtatur. Scit enim Dominus meus, aliud nihil me in his omnibus spectare, quam vt ipse vel modicum laudetur, & magnificetur, ex eo, quod (vti videre est) in adeò fetido, & maleolenti simario tam vernantium & odoriferorum flosculorum horum constituere voluerit. Faxit eius Maiestas, ne mea illos culpa iterum mouellam, & fiam quæ antea eram. Hoc ego R. V. ex amore Dei, etiam atque etiam, vt ab ipso petat obsecro; cum ecquanam sim, multo ipse notis clarior, quam hic me passus sis exprimere.

*Scribitur ex  
experientia.*



## CAPVT XI.

APERIT QUID IN CAUSA SIT, CVR PERFECTE QVIS IN  
breui tempore Deum non amet, quod comparatione quadam declarare incipit simul  
quatuor orationis gradus constituendo. Hoc autem loco de primo gradu lo-  
qui incipit, qui tractatus incipientibus, & gustum in ora-  
tione non habentibus peruti-  
lis erit.

VT ergo iam de ijs, qui amoris serui esse incipiunt, (serui quippè,  
meo iudicio sumus tu ne, cum per viam orationis sequi proponimus  
eum, qui in tantum nos dilexit) loquar; sciendum est, tantam in hoc di-  
gnitatem sitam esse, vt cor mihi, cum de hoc ipso vel cogito, præ latitia ge-  
nitur, seruilis quippè timor statim pellitur, si in primo hoc statu nos, prout  
oportet, geramus. Cur, ô Deus, & Domine animæ meæ, & omne bonum  
meum, noluiti, animam statim, atque se ad te amandum, faciendo quod  
potest, disponit, omnia, scilicet, quo se melius diuino huic amori impen-  
dat, deserendo, ad perfecti huius amoris possessionem peruenire? malè  
dixi debuissem dicere, & ex postulare, quid in causa sit, cur hoc ipsi noli-  
mus, cum nobis solum imputandum sit, quo minùs vero hoc amore Dei,  
qui omne bonum secum adfert, non statim perfectè fruamur. Ità quippè  
ipsi pretiosos nos facimus: itaque sumus ad nos penitùs Dei obsequio  
ad ducendos segnes, vt, esto maiestas eius nolit nos re adeò pretiosa sine  
magno pretio, & impendio frui, ipsi tamen nos nūquam perfectè hūc dis-  
ponamus. Video quidem nihil esse, cuius pretio tantum, tamq; immen-  
sum bonū comparavi in terra posset; si pro posse tamen animum à terrenis  
omnibus auelleremus; atq; omne nostrū studium, & conuersatio in cælis  
esset; certissimè mihi persuadeo, fore, vt bonum hoc, quàm breuissimo tē-  
pore nobis daretur, si modò (sati Sanctos nonnullos fecisse constat) nos  
quā citissimè totaliter hūc disponeremus. Sed putamus nos dare omnia,  
merum Deo non damus nisi nudum vsufructum, & prouentum, fun-  
dum verò & hereditatem nobis retinemus. Proponimus quidē esse pau-  
peres (& est hoc maxime meritorium) postea verò non rarò ad sollicitudi-  
nē & diligentia quādam redimus, metuere incipimus, ne quid fortè no-  
bis desit, non eorū modo, quæ necessaria sunt, sed & superfluatorum; & a-  
micos cōparamus, qui ea nobis dēt, & maiori nos sollicitudini, & fortalsē  
etiā periculo, præ metu, ne quid nobis fortè desit, nos ingerimus, quā ante,  
dū bona nostra, & diuitias possidebamus. Videmur quoq; nobis, cum vel  
Religionem profiteremur, vel iam vitam spirituale ducere, & perfectionem  
sectari incipimus, honorem omnem prorsus repudiare; & ecce vix dū  
in aliquo honoris punctulo tangimur, cum, oblitū nos eum Deo iam ob-  
tulisse,

S. M. Teresa Opera.

I

tulisse,

S.  
Theresia

Opera

N. V. V.  
156



tulisse, statim totale eius nobis dominium vindicamus, Deoque eum quodammodo è manibus extorquemus, postquam iam eum absolutum (vti quidem exterius videtur) voluntatis nostræ Dominum fecimus. Et ira quoque in alijs rebus fit. Egregius scilicet hic amoris diuini comparandi modus est (imò statim cum plenis, vt dicitur, manibus capere cupimus) dum nostras retinemus inclinationes; esto appetitus ac desideria re ipsa explere nolimus, & numquam firmiter proponimus ut penitus à terra sustollere, & interim multum gustus spiritualis, & frequentes consolationes habere cupimus. Non bene hæc quadrant, & se mutuo compati non posse videntur. Quia ergo nos totaliter & semel simul Deo non damus, idè thesaurus hic totus simul nobis non datur. De eū Dominus nobis saltem per partes, ac velut guttatim; esto omnis, qui mundo est, labor subeundus nobis esset. Nimis quàm magnam misericordiam præstat illi, cui gratiam simul & animum dat bonū, hoc omnibus vobis suis quærere proponat: nemini enim, si modò perseueret, se Deus denegat, paulatim illius animum disponendo, vt victoriam hanc referat. Animum, inquam, difficultates quippè, quas primùm incipientibus Diabolus proponit, ne viam hanc ita vt oportet, ingredi incipiant, maxime sunt, & plurimæ; vt qui optimè calleat, quantū indè sibi damnum obiciat, non solum quod hanc animam amittat, verùm etiam eius occasione alias plurimas. (si incipiens, omnimodis cum Dei gratia ad perfectionis apicem ascendere cõnitatur; credo equidem, numquam eum solum celum ingredi, sed semper eò multos alios secum trahere, Deumq; ei, velut generoso Duci, comitatum plurimorū subministrare) Tam multa igitur eis diabolus pericula, & difficultates obijcit, vt non paruo, sed maximo, eis, ad non retrò flectendum, opus sit animo, nec non maximà Dei gratiâ. Vt ergo de principijs eorum, qui iam firmiter bonum hoc prosequi, & ceptum hoc ad exitum perducere proposuerunt, loquar (nam de reliquis, quæ, quoad mysticam Theologiam, ita quippè eam vocari credo, dicere cœperam, loquar postea) sciendum est, hinc in principijs summum, ac maximum laborem consistere: nam ipsi sunt, qui laborè, & onus hic suscipiunt, Dominus verò prouentum dat & incrementum: in reliquis enim orationis gradibus, plus fruitionis est, quam laboris; esto omnes, tam primi, & medij, quàm postremi, suâ non careant amaritudine & cruce; licet aliqua cum differentia, per eam namque viam, quâ Christus Dominus præiit, sequantur necesse est, quotquot Christum sequi volunt, nisi se perdere ipsi velint. Næ autem beati labores, qui etiam in hac vita tam superabundanter compensantur. Aliquâ hic me similitudine vti oportebit, eam omittere (quod mulier sum) mallem, & simpliciter, quæ mihi iniuncta sunt, scripto committere: sed hæc spiritus locutio tam

difficul-



difficiliter declarari potest ab ijs, qui indocti sunt (qualis ipsa sum) vt certum aliquem eius declarandæ modum me conquirere oporteat; & licet fortassis similitudo hæc rarissimè ad propositum futura sit, ad hoc saltem vtilis erit, vt R. V. recreet, cum meam in illa stupiditatem videbit. Porrò similitudinem hanc alibi mihi legisse, vel audiuisse iam videor: at quia parum tenaci memoriâ sum, nescio quonam loco, vel qua occasione, aut quorsum; verum ad meum propositum quàm optimè facere videtur. Ergo qui incipit, sibi persuadere debet, hortum se quendam in sterili valde solo, plurimumque herbarum malarum proferenti, incipere moliri, vt suam ex eo Dominus voluptatem capiat. Herbas malas maifestas illius primò eradicat, bonas autem illarum loco plantet oportet. Hoc igitur iam antè factum esse cogitemus, cum anima firmiter apud se statuit orationi se dare, in eaque iam se aliquantisper exercere cœpit. Iam nostrum est, cum Dei ope procurare (vti bonos hortulanos decet) vt hæ plantæ crescant, & ad hoc illas identidem rigare, ne marcescant & emoriantur, sed vt flores gratissimum odorem spirantes emittant, qui hunc Dominum nostrum oblectent, quò sæpiùs in hortum hunc se oblectaturus, & inter virtutum harum flosculos deliciaturus descendat. Videamus igitur iam, quonam hortus hic modo rigari possit, vt quid faciendum nobis sit, nouerimus, & vtrum, qui hic subeundus est labor, compendio & lucto maior sit, & quamdiù ac quousque is sit frequentandus. Quatuor autem modis hic mihi videtur posse irrigari; nostris aquam è puteo manibus hauriendo, quod magno nostro cum labore fit; secundo per antliam, & tollenonem, quod orbitæ cuiusdam adminiculo fit; & hoc ipsa modo nonnumquam eam hausi, minoremque hæc hauriendi ratio laborem inuoluit, quam prior, plusque aquæ educitur. Tertio, eam è flumio, aut torrente educendo: hæc rigandi ratio prioribus melior est; tum quòd sic terra plus aquæ imbibat, tum quòd tunc non tam sæpè irriganda sit, tum denique, quod minore cum hortulani labore isthæc irrigatio fiat. Quarto denique per frequentiorè pluuiam; quando nimirum ipse Dominus de cælo, nullo nostro labore, irrigat; & hæc rigandi ratio prioribus alijs incomparabiliter melior est. Iam ergo quatuor hisce aquæ generibus, quibus hortus hic sustentandus; & rigandus identidem est (nam sine illis emarcesceret) semel proposito meo, adaptatis & declaratis, habeo quòd intendo; visiq; mihi est, per quadruplex hoc aquæ genus aliquid de quatuor illis orationis gradibus, in quibus Dominus (quæ eius est bonitas) animam meam aliquando collocauit, declarari, & intelligi posse: faxit eius bonitas, vt ità id dicere possim, aliquam vt inde vtilitatem capere possit aliquis illorum, quorum iussu hæc scribo, qui maiore quadrimestri spatio

*Similitudo  
inter ani-  
mam &  
hortulan-  
num.*

*Quatuor  
modis ani-  
ma hortus  
irrigatur.*

S.  
Theresia

Opera

NUM

186



Domino iuante, profectum fecit, quam ipsa septemdecim ipsis annis fecerim. Melius scilicet ille se disposuit: itaque nullo suo labore hortum hunc quadruplici hac aqua irrigat, tamen si vltima ad hunc ei non nisi guttatim detur: sed ita inde proficit, vt propediem, cum Dei gratia, in illam penitus absorbendus sit. Equidem gaudebo, cum hanc meam ad hoc declarandum similitudinem, vt impertinentem huius visam, videbit.

Qui ergo orationem iam primùm exercere incipiunt, dicere possumus esse eos, qui brachiorum connisu, aquam è puteo hauriunt; quod, vt dixi, nimis quam laboriosum est. Hos quippè necesse est, quod sensus suos recolligant, summâ contentione ad defatigationem vsque laborare, quod enim sese in obuia quæq; diffundere, & euagari assueuerunt, hinc hoc est quam difficillimum est. Paulatim ergo assuecant oportet, nihil penitus videre, vel audire velle, & hoc ipsum, dum orandi tempus est, opere tractari; sed solitudinem sectari procurent, & ab hominibus sequestrando se, vitam præteritam recolere. Et quamuis hoc omnes tam primò quam postremos, sæpè cogitare oporteat; id tamen plus, minusve fieri potest, vt postea dicam. In principio sese discruciant, ex eo quod certò scire nequeant, num verè commissorum ipsos peccatorum peniteat, necne, & sanè verè eos penitet, cum secum statuunt Deo tam ex toto corde seruire, dare debent operam, vt vitam Redemptoris nostri IESV Christi identidem meditando euoluant; & in hoc intellectum suum delassant.

Huc vsque nostro ipsi Marte & studio pertinere possumus, sed cum Dei gratia: sine hac enim, ne vel vnâ quidem bonam cogitationem nos habere posse certissimum est. Hoc est, aquam è puteo haurire incipere: dixit autem Deus, vt aquam puteus habeat; at saltem nos in culpa non letemus, cum iam ad eam hauriendam abeamus, & faciamus quod possumus ad hosce flores irrigandos. Tanta quoq; Dei est bonitas, vt, cum ob rationes quasdam, quas Maestas eius nouit (fortasse ad ingens nostrum bonum, & commodum) puteum hunc exsiccare patitur; nos interim nihilominus tamquam boni, & impigri hortulani facimus, quod in nobis est, si ne vlla prorsus aqua flores sustentet, & virtutes faciat ex crescere. Aqua autem nomine hic voco lachrymas, & illis etiam deficientibus, interiorum deuotionis teneritudinem & sensum. Quid ergo hic agat is, qui se ad multos dies perpetua in ariditate, fastidio, ac tædio agere, & ita ab aqua haurienda alienatum esse videt, vt, nisi se in eo horti DOMINO gratificari, & rem gratissimam præstare meminisset, simulque vereretur, ne, quod hætenus ei præstitit, obsequi excideret; nisi denique præmium, quod pro magno labore, quem subiit in situla rotæ in puteum demergenda, & semper ea irritò conatu vacua attrahenda, recipere

*Aque nomine  
hic voco lachrymas,  
& illis etiam deficientibus,  
interiorum deuotionis  
teneritudinem & sensum.*



recipere expectat, intrueretur, retrospectans omnia quamprimum omit-  
teret? Sæpè quoque eò per ariditatem redigeretur, vt ne brachia quidem  
ad hauriendum attollere, id est, ne vnã quidem bonã cogitationem  
habere possit. Tam igitur liquidò patet, hunc per intellectum operan-  
di modum, esse velut aquam è puteo situlã educere. Quid igitur, vt dixi,  
hic ager hortulanus? gaudebit seseque consolabitur, & velut singulare  
quoddam beneficium accipiet, quòd in tam potentis Imperatoris hor-  
ro sibi operari concedatur, & cum norit se in hoc illi gratificari, suam-  
que intentionem esse debere, vt ei, non autem sibi satisfaciãt; gratias  
ei agat ex eò quòd sibi fidat, cum illum sine vllò stipendio aut præ-  
mio, tam sollicitè, impigreque curantem videat id, quod ipsi com-  
mendatum est: ad hæc in cruce tollenda ipsum adiuuet, & recog-  
tet, illum toto vitæ tempore eam tulisse, præterea regnum suum non  
querat hic in terra, nec orationem vnuquam intermittat; firmum  
proinde propositum concipiat, non sinendi, vt Christus cum cruce  
sua in terram concidat, esto etiam toto vitæ tempore in ariditate hac  
se permanere oporteret: veniet enim tempus cum simul omnia ei com-  
pensabuntur. Ne meruat fore, vt suam hic operam perdat: bono enim  
Domino seruit, qui suos ad ipsum oculos continuò directos habet. Ma-  
las autem cogitationes, & suggestiones paruipendat, cogitans dæmonem  
has etiam S. Hieronymo in vaita solitudine aggressisse. Scio suum labores  
hosce præmium habere, vt quæ plurimis annis hac in palæstra decertauit:  
ac dico, quoties mihi vel vnã aquæ guttulã è sacro hoc puteo haurire  
dabatur, putasse me permagno tunc à Domino me beneficio affici: scio  
quoq; eos esse grauissimos; vnde maiore mihi ad hoc animo opus esse vi-  
detur, quam ad multos alios, qui in mundo sunt, labores subeundos; sed  
re ipsa vidi Deum illos, etiam in hac vita, singulari quodam præmio re-  
munerari. Certissimum namq; est, vel vnã earum consolationum, quas  
Dominus iam abhinc pauco tẽpore de se mihi dedit, horulã, superabun-  
dantè mihi compensatã videri omnem pẽnam & amaritudinem, quam  
longo tempore, vt in oratione perseuerarem, sustinui. Credo equidem,  
Dominum, sæpè in principio, & nonnunquam etiam in fine, hæc cruce,  
altasue plurimas, quæ sese offerunt, tentationes immittere, vt suos ama-  
tores hac ratione exploret, & certo norit, vtrum calicem suum bibere; &  
se in cruce baiulanda adiuuare possint, antequam eis magnos thesauros  
communicet. Porrò ipsa mihi persuadeo, Dominum, hac viã nos non nisi  
ad maius bonum nostrũ, velle deducere, vt intelligamus nimirũ, quã è  
nobis ipsis miseris sumus: quas enim postea elargitur gratias, tantæ sunt di-  
gnitatis, vt antè per experientiam nostram nos paupertatem, ac miseriam  
agnoscere velit, quã illas nobis elargiatur, ne quòd Lucifero olim fa-  
ctum

S.  
Theresia

Opera

N VII

156

Cur Deus  
in cruce  
immitat,  
& labores.



atum est, fiat nobis. Ecquid autem facis, Domine mi, quod non in maius animæ illius bonum cedat, quam tuam iam de facto esse nosti, quæque se totaliter in manus tuas resignat, ad te, quocumque ieris, sequendum, etiam usque ad mortem crucis; quæ denique te in ea baiulanda iuuare, & tibi soli eam non relinquere parata est? Quisquis autem hanc in resolutionem videbit, nihil est, quod metuat. Neque est, o animæ spirituales, quod vos affligaris, cum iam ad tam sublimem statum (quod est, in solitudine cum Deo loqui velle, & mundanas delectationes, & recreationes negligere) euectæ sitis. Iam potissima rei pars confecta est; gratias proinde diuinæ Maiestati agite & in bonitate eius fidite, quæ amicos suos numquam deseruit. Nolite dicere aut cogitare, cur huic tam paucis diebus deuotionem elargitur, mihi verò post tot annos elapsos adhuc eam negat? Credamus autè omnia non nisi ad maius bonum nostrum esse: ducat nos eius maiestas quocumque voluerit; non fatuus iam nostri, sed quantiquanti sumus, eius sumus. Quin imò etiam nimis quam magnam nobis gratiam præstat, cum vult, vt in horto ipsius fodere, & apud horti Dominum consistere velimus (ipse enim haud dubiè nobiscum est) Et, si plantas, & flores hos nonnullis nò aliter crescere velit, quam dum ipsi magno cum labore aquam quam dat, hauriunt; alijs autem nullo cum labore adhibito, quid mea id refert? fac tu, Domine, quodcumque volueris, hoc solum præsta, ne te ego offendam, & virtutes (si quam modò è sola singulari bonitate tua mihi dederis) amittam. Pati volo, Domine, quandoquidem tu passus es, & voluntas tua omnimodis & quocumque modo, in me fiat; nec permittat Maiestas tua, vt re tam pretiosa, qualis tuus amor est, illis detur, qui ea tantummodo de causa tibi seruiunt, vt aliquam spiritus consolationem accipiant. In primis notandum est, vnde etiam ipsa id dicere audeo (longa quippè experientia id didici) animam, quæ in hac orationis mentalis via firmo cum perseverandi proposito ambulare incipit, & iam eo peruenit, vt parum curet, ac non multum propterea exultet, aut deiciatur, quod has spiritus consolationes, & animi teneritudinem ei Dominus vel subtrahat vel concedat; hanc, inquam, animam non parua viæ partem iam confecisse, & metuere non debere ne retrò respiciat, esto subinde labatur, & cespitet; quòd ædificium super firmo fundamento strui incipiat. Et certum est, amorem Dei non in effusione lacrymarum, non in his dulcedinibus & teneritudine (esto hæc plerumque consecuemur, & in his consolationem nostram ponamus) situm esse; sed in eo, vt illi cum iustitia, animi robore & humilitate seruiamus. In illis quippè, meo iudicio, potius quid accipimus, quam demus. Mulierculis quidem infirmis, & paruorum virium, qualis ego sum, arbitror expedit, vt cum suauitate quadam, & blandè conducantur, sicut me

*Non est  
quod homo  
cogitatur  
cur huic ei  
tius quam  
alteri Deus  
quid donet.*

*Sinendus  
est Deus fa-  
cere quod  
volueris.*



Deus modo conducit, vt aliquibus laboribus, quos Maieſtas eius mihi imponere voluit, ferendis par ſim; ſed dum illuſtres ſeruos Dei, viros magnæ & autoritatis, & doctrinæ, & ingenij magnificere video, quod nullam à Domino ſenſualem deuotionem accipiant, grauè mihi id eſt audire. Non dico autem, vt eam non accipiant, ſi quando illam Deus elargitur, aut non magni faciant ( tunc quippè maieſtas eius videbitur illis eam expedire ) ſed ne, cum eâ carent, ſeſe diſcrucient, aut ideò eam minime ſibi neceſſariam eſſe exiſtunt, quòd eius maieſtas illam non det, diſcant verò ſuiiſſorùm Domini & victores eſſe. Credant oportet inſignem hoc errorem eſſe ( experta hoc ego ſum & vſu obſeruauì ) nec non quamdam imperfectionis ſpeciem, denique non cum libertate ſpiritus, ſed cum puſillanimitate in certando procedere. Hoc autem non tam primum incipientibus ( etſi hoc permagni faciam; quòd magni referat hoſce cum hac libertate & firmo propoſito incipere ) dico, quam pro alijs ( qui ſanè permulti ſunt ) qui iam quidem dudum inceperunt; ſed nunquam, quæ cætra ſunt, promouent; cuius rei magna ex parte cauſam eſſe credo, quòd iam inde ab initio crucem non complectantur; vnde conſtituti incedunt, & afflicti, nihil penitus ſe præſtare arbitantes: nam ſtatim atque intellectus operari deſinit, id ferre nequeunt cum tamen fieri poſſit, vt, ipſiſ etiam inſcijs, voluntas tunc creſcens impingueſcat, & corroboretur. Cogitare debemus Deum ad hæc non aduertere: nam eſto nobis eſſe videantur defectus, verè tamen non ſunt. Maieſtas eius melius miſeriam & abiectum animum noſtram perſpectum habet, quam noſmetipſi; nouitque quod huiusmodi animæ perpetuo de eo cogitare, ipſumque diligere velint. Huiusmodi reſolutionem & propoſitum ipſe quaerit; at alia illæ vexationes, quas ipſi nobis inferimus, ad nihil ſunt vriles, quam vt animam noſtram magis inquietam reddant, & ſi ante vnâ tantum horâ inepta erat ad proſectum aliquem faciendum, iam ad quatuor horas ſit inepta. Nam ſæpiſſimè ( quam maximam enim rei huius experientiam habeo, & ſcio veriſſimum eſſe: diligenter namque ac ſerio id obſeruauì, & poſteà etiam cum viris ſpiritalibus conſulti ) id per corporis indiſpoſitionem, & infirmitatem contingit ( ita quippè miſeri ſumus, vt miſella hæc anima noſtra captiua miſeriarum corporis particeps fiat ) Auræ quoque mutationes, & humorum commotiones ſæpenumero in cauſa ſunt, vt nullâ ſuâ culpâ facere non queat id, quod veller, ſed omnimodis patiatur neceſſe eſt. Et quo, per id tempus, magis cogitur, eò peius habet, & eò malum durat diutius. Quædam hic proinde adhibenda diſcretio eſt, ad videndum num aliquid huiusmodi in cauſa ſit, ne miſella anima oppreſſa ſuffocetur; ſciant ſe infir-

moſ

Conſolatio.  
magis ſpiritus  
magis con-  
ſentiant  
ſeminis,  
quam viris  
& quomo-  
do in ijs ſe  
habere quæ  
debeat.

Quantum  
ſit malum  
crucem ab  
initio non  
amplecti.

S.  
Theresia

Opera

N. III

186



mos esse, horam orationi præfixam mutant, quod etiam sæpè per aliquot dies durabit. Itaque triste hoc exilium ferant, quàm possunt oprimeantur quippè Deum diligenti satis magna crux est videre, quòd in hac militia viuat, & quod veller, omninò efficere nequeat, eò, quòd tam malignum (corpus, inquam, hoc) nata sit hospitem.

*Afflictionis  
causa sub-  
inde demon-  
est, & quid  
tunc facie-  
dum.*

Dixi discretione hic opus esse, quia interdum ipse diabolus in causa erit; vnde consultum est, nec semper orationem intermittere tum, cum magna in intellectu distractio est, & turbatio; nec etiam semper animam vexando cogere, vt faciat, quod facere nequit. Sunt quippe alia externa, puta Charitatis opera, & lectio piorum librorum, tamen etiam aliquando fiat, vt ne quidem ad hæc apta sit. Tunc ergò corpori ex amore Dei inseruiat, vt ipsum sæpiùs deinde animam inseruiat, & obsecundet: quæ & honestas quasdam capiat recreationes, vti sunt, sancta quædam colloquia, vel ad agros excursio, prout expedire id Confessarius iudicauerit. Porro multum hic iuuat ipsa experientia, quæ, quid nobis expediat, sanè docet. Ad hæc quacumque in re seruire Domino possumus; iugum quoque illius suauè est, & magni refert animam non cogi, & arreptis (vt dicitur) criminibus violenter raptari, sed suauiter & leniter ea, quò magis proficiat ducenda est. Quocirca rursus moneo (& licet sæpiùs id dicam, parum refert: nam permagni hoc momenti est) vt nec ob ariditates, nec ob inquietudinem, nec ob distractionem in cogitationibus, quisquam se contrahat, vel affligat, si modò spiritus libertatem consequi, & non iugiter in afflictione, & angore viuere velit. Incipiat tandem semel cruce[m] non terrorescere; & videbit quomodo etiam Dominus ipsum in ea tollendi adiuuet, & quàm exinde afficiendus sit voluptate, & qualia ex omnibus se commoda relaturus. Iam quisquè ad oculum apparet, si puteus aquam non habeat, nos illam ei dare non posse; esto nostrum esse debeat, cum iam aquam puteus habebit, non negliget eam attrahere; nam hoc Deo medio virtutes in nobis multiplicare tunc vult.

*Anima  
suauiter  
ducenda  
est.*

*Nemo se ob  
distractio-  
nes, & in-  
quietudi-  
nem contri-  
stet.*

## CAPVT XII.

PRIMUM HVNC STATVM EXPLICARE PERGENS, OSTENDIT quousq; è nobis ipsis cum Dei gratia, & auxilio peruenire possimus; quantumq; noceat, antiè spiritum ad res supernaturales, & extraordinarias attollere velle, quàm cum hùc Deus moueat, & euehat.

SVPERIORI capite potissimùm exponere volui (esto etiam alias misterias incidenter diuagando tractatè, quod ex mihi per necessitatem viderentur) quousque nostro ipsi adminiculo, & Marte peruenire possimus, &



mus, & quomodo in prima hac deuotione non ipsi iuuare aliquatenus possimus. Eorum enim, quæ Dominus Iesus pro nobis pertulit, recogitatio & perscrutatio ad commiserationem quandam nos excitat; & qui hinc sequitur dolor & lachrymæ sunt, quæ suauissimæ; gloriæ autem, quæ expectamus, & amoris, quem nobis Dñs exhibuit, & resurrectionis eius meditatio, ad talem nos lætitiã excitat, quæ nec planè spiritualis, nec planè sensuualis est; sed lætitiã bona & honesta, & pœna valdè meritoria est. *Talia sunt omnia, quæ deuotionem ex parte ope intellectus comparatam causantur; esto eam nec promereri, nec acquirere possimus, si eam Deus non det. Anima ergo, quam Deus eatenus tantum euexit, consulto ager, si vltèrius & sublimius ascendere non conatur. Quod imprimis notandum est: nam præterquam sui ipsius damnum, & exitium, nihil inde referet. Hoc in statu constituta permultos actus excitare potest, tum ad firmum aliquid, multa propter DEVM præstandi propositum concipiendum, tum ad amorem excitandum, tum & alios, qui, vt virtutes in se adaugeantur, adiuuent, iuxta doctrinam libelli cuiusdam, qui *Ars Deo seruanda*, inscribitur, qui & valdè bonus est, & conueniens ijs, qui hoc in statu sunt; quia intellectus operatur: fingere se Redemptori CHRISTO præsentem poterit, seque assuefacere, vt insigni quodam sacram eius humanitatem affectu prosequatur, quocumque locorum secum eum ducat, cum ipso loquatur, illius in necessitatibus opem inuocet, apud eum de afflictionibus suis exoptulet, cum illo in omnibus gaudijs suis, gaudeat, & eius propter illa non obliuiscatur; ita tamen, vt nullas affectatas, & compositas orationes hic vsurpet, sed talia tantum verba, qualia ad desideria, & necessitates suas explicandas conueniunt. Est hæc optima ad bene, & quam celerrimè proficiendum ratio. Et sanè quicumque sollicitè conuerteretur, vt diuinum hunc comitatum semper secum habeat, ac multum fructum inde hauriet, & sincero quodam Dominum hunc, cui tantum debemus, amore prosequetur, hunc permultum in spiritu dico profecisse. Quocirca non est, vt dixi, quod ex cruciemur, & angamur, si forte deuotionem non sentiamus; sed Domino gratias agamus oportet, quod nos hic cum aliquo ei placendi desiderio, & proposito viuere sinat, esto opera ei non respondeant.*

Hæc Redemptorem Iesum vbique locorum secum ferendi ratio, in omni statu & gradu conuenientissima est, nec non certissimus ad in primo statu proficiendum, & ad secundum orationis gradum statim pertingendum, & vt in posterioribus gradibus à periculis, quæ nobis diabolus obijciat, immunes tutique esse valeamus modus. Hoc ergo est, quod ipsi è nobis possumus, at qui hinc vltèrius progredi, & mentem ad dulcedines, quæ ei non dantur degustandas vellet attollere; tam hoc, quæ illud

*Quibus in oratione ad... mimulicis... uti possi...*

*Dominum ubiq; præsentem habere perutile est.*

S. Theresia

Opera  
N. III  
156

S.M. Teresa Opera. K meo iu-





*Humilitas  
quantopere  
necessaria.*

meo iudicio, amitteret. Hoc quippe supernaturale est; & cum iam operatio intellectus deperdita est, anima quodammodo sola derelicta, & in ariditate manet. Et quoniam omne hoc ædificium super humilitatem fundatum est, hinc, quod homo Deo fit vicinior, eò etiam magis in hac via proficere & crescere debet, sin minus omnem operam & oleum perdat. Et, quædam superbiæ esse videtur species, vltius ascendere velle, quam Deus nos eleuet; cum etiam nimis quàm multum faciat, quod nos, quales sumus, apud se esse, & stare sinat. Nemo verò existimet hoc me dicere, quod velim hominem cogitatione se ad alta quædã, de caelo, vel Deo, vel ad magnalia, quæ illic sunt, eiusque eminentem scientiam recogitanda sustollere non debere: esto enim id ego numquam fecerim (quæ, uti dixi, ad hoc penitus inepta eram; imò ita me miseram esse deprehendebam, ut etiam in rebus terrenis recogitandis gratiam mihi Deus daret, ad isthanc veritatem intelligendam; quod sanè non mediocris erant adacta, quantò verò magis ad caelestia cogitanda) alij tamen apti facere poterunt, præsertim si docti sint: nam doctrina huius in exercitijs, meo iudicio, non parvus thesaurus est, si modò sit cum humilitate coniuncta. Hoc paucis ab hinc diebus in quibusdam viris doctis notavi, qui, esto non ita pridem hoc praticare cæperint, tamen bene hoc tempore valdè magnum profectum fecerunt; & hoc in causâ, quod cur multos viros doctos sese deuotioni dare desiderarim, ut postea dicam. Quod ergo dico, ne per se aliùs ascendere præsumant, nisi Deo sustollantur, est lingua, & modus quidam loquendi spiritualis, cum quilibet aliquam intelligentiam, & experientiam habebit, me facillè imitetur: nam si hoc modo id intelligi nequeat, alia phrasi id non posset primere. In Theologia mystica, de qua antè loqui cæperam, suam intellectus operationem amittit, quia Deus ipsum suspendit; \* uti postea latius (si & ego possim, & ipse mihi operam suam ad hoc concedat) ostendat.

\* Verum  
suspendere  
cogitationem

vol intellectum, de quo loquitur S. M. quodq; mysticam Theologiam vocat, nihil est aliud, quam huiusmodi repræsentare res supernaturales & diuinas magnamq; luminis copiam ei infundere, ut simplici quodammodo viuo, & sine vilo discursu, sine consideratione & labore videat. Idq; tam vehementer, ut alij rei cogitare aut inde diuertere se nequeat. Nec in solo visu & admiratione res hac terminatur, sed huiusmodi quoddam ad voluntatem deriuatur, & ignis quidam in ea nascitur, qui eam amore succendit, ad hanc voluntatem porrò amore eiusdem estuantem, memoriam deniq; penitus otiosam: anima namq; præ se fruitione occupata, aliam memoriam non admittit. Hanc ergo eleuationem, vel suspensionem aut esse supernaturalem, sc. animam nostram in ea magis propriè pati quam agere: docetq; neminem præsumere debere, ut animam eo modo sustollat, antequam Deus eam sustollat: primo, quod id nostram omnem virtutem excedat, itaq; in cassum erit. Secundo, quia id ex humilitatis defectu fiet. Merito ergo huius rei non solum S. M. sunt enim libri quidam de oratione conscripti, qui orantibus consulunt, ut cogitationem penitus suspendant, & nullam per imaginationem figuram efforment, imò nec respiciant, unde fit, ut in orando se ipsi per se in deuoti manent.



dam Præsumere porrò , aut cogitare, posse nos per nos intellectum no-  
strum suspendere, planè nos, vt dico, non oportet; vt nec operationem  
eius omittere, hoc quippè si fecerimus, instar statuarum insensibiles, stu-  
pidi, & frigidi manebimus, & nec vnum, nec alterum faciemus. At cum  
Deus Opt. Max. intellectum suspendit & sistit, ei admirandi, & in qua  
se interim occupet, materiam dat; & efficit vt, etiam sine mentis discursu  
breuissimo tempore, plus intelligat, quam nos omni nostrâ terrenâ dili-  
gentiâ, & studio adhibito plurimis annis possemus comprehendere.  
Infantæ quædam species est animæ potentias occupatas tenere velle, ac  
cogitare nos eas sistere & quietas detinere posse. Iterum dico, esto id non  
intelligatur, signum est non magnæ humilitatis: & esto id sine vlla fieri  
possit culpa, non tamen sine pœna & difficultate: quia & omnis labor,  
& opera frustranea erit, & nescio quod in anima manet fastidium; perin-  
dè atque si quis procul saltare connitens, retrosum ab alio retineretur:  
quia is suas vires omnes iam impendisse, & exhaustisse videtur, & quod  
per illas facere decreuerat ad effectum deducere nequit, porrò è paruo,  
quod hinc refert commodo, haud difficile quisquis animum volet  
aduertere, hunc humilitatis, quem dixi ( quantumuis is paruus sit )  
defectum agnosceret; hoc quippè habet hæc virtus proprium & præclarum,  
quod nullum, cui illa intermixta est, opus, animam tædiosam reddat.

*Intellectum  
ipse suspen-  
dere non de-  
betis.*

*Humilita-  
tu propriu  
tas.*

*Deus S. M.  
Magister  
fuit.*

Videor mihi id iam satis declarasse; & forsitan mihi soli id vsui erit;  
aperiat, quæso, Dominus oculos illorum, qui hæc legent, per experien-  
tiam nam quantumuis hæc exigua futura sit, quam primum id intelligent.  
Ad multos annos ita constituta fui, multa quidem vt legerem, nec tamen  
eorum quæ legebam, quidquam intelligerem; per longum quoque tem-  
poris ita disposita, vt, esto mihi Deus aliquid significaret, ne vel verbum ta-  
men ego ad illud expendendû efferre possem: quod non modico mihi la-  
bore consistit. Verum, vbi maiestati eius visum fuerit, vno momento do-  
cet vniuersa; vt non possim hoc non summo opere mirari.

Vnum hoc verè dicere possum, scilicet, tametsi, cum varijs vitis spi-  
ritualibus conferrem, qui, quæ Dominus mihi dabat, exponere mihi co-  
nabantur, quòd ipsis ego ea deindè possem exprimere; tantâ nihilominus  
stupiditatem meam fuisse, vt nihil omninò hoc subsidium me iuuaret. Vel  
fortitan id fiebat, quod me Dominus ( sicut Maiestas eius semper magi-  
stra mea fuit: siciple de omnibus benedictus; & sanè satis me hoc con-  
fundit, quòd istud cum veritate dicere possum ) cuiquam hac in re  
quidquam debere nollit; interim mihi nec petenti, nec cupienti ( nam hac  
in re nevtiquam curiosa fui; cum tamen si fuisset virtus fuisset, & in  
alijs vanitatibus ita curiosa fuerim ) D E V S dabat, vt hæc in  
puncto, ac momento ita clarè intelligerem, vt etiam alijs ea expo-  
nere

S.  
Theresia

Opera  
N. VII  
158



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



nere possem: adeo vt omnes non parum obstupescerent, & ego magis quam confessarij mei, quod melius, quam ipsi meam ego stupiditatem intelligerem. Non ita dudum est, quando hoc, quod dico, contigit: vnde de ijs, quæ Dominus me non docuit intelligendis magnopere non laboro, nisi sint, quæ ad conscientia meam statum spectant. Iterum dico, res magni referre, vt suum homo spiritum sustollere non procuret, si Dominus ipse eum non sustollat, quod cum facit, quamprimum percipitur. In mulieribus porro id magis periculosum est; eò quod illas cacodemone aliquando posset decipere, & illudere: quamquam certissime mihi persuadeam, Dominum non permissurum, vt is alicui in humilitate ad ipsum venire cupienti noceat; imò verò plus huiusmodi & fructus referret, ex eo in quo diabolus eum iacturam facturum putabat. Quod autem via hæc incipientium magis trita sit, & communis, & ea, quæ dedi monita magni momenti sint; idcirco in illis exponendis ita diffusa fui; quæ tamen apud alios fateor, melius exposita inuenient. Equidem non sine magno rubore, & confusione hæc scripsi; non tanto tamen, quantum me habere oportuisset. Sit Dominus de omnibus benedictus quod talem, qualis ego sum, de rebus ad ipsum spectantibus, quæ tantæ, & tam sublimes sunt, loqui uelit ac permittat.

*Spiritus  
non est sus-  
tollendus, si  
Deus eum  
non sus-  
tollat.*

## CAPVT XIII.

*HUNC PRIMVM STATVM ADHVC PROSEQVITVR II  
quamdam circa tentationes, quas Diabolus subinde immittere solet, in-  
structionem suggerit; ac nonnulla addit monita hinc mirè sa-  
cientia. Quæ quævis tractatio perutilis est.*

**N**ON abs re fore putavi, quasdam tentationes, quas in principio occurrere solere animaduerti, & quarum nonnullas etiam ipsa experia sum, hic referre; nec non aliquam de ijs rebus, quæ hic necessarie mihi esse videntur, instructionem tradere. In principio igitur, opera danda, vt insigni cum læticia, & quadam animi libertate procedatur: sunt etenim nonnulli, qui, si sui vel parum obliuiscantur, deuotionem se quamprimum amissuros, existimant. Non potest non esse bonum quod sibi homo metuat, nec quicquam omnino sibi fidat, ne se in illas occasiones peccandi conijciat, in quibus labi & Deum offendere solet, hoc namque imprimis necessarium est, quoadusque quis virtute iam corroboratus sit. Et sanè paucos admodum reperire est, qui in ea sic corroborati sint, vt non faciliè, oblati occasionebus ijs, ad quas naturaliter propendent, labi possint: nam semper quamdiu hoc in mundo viuimus, expedit nos saltem ad nos humiliandos, miseram, & fragilem naturam nostram,



nostram nosse. Sed multa sunt, è quibus aliquam, vt dixi, homo licitè ca-  
pere recreationem potest, etiam vt ad rationis exercitium maiori cum vi-  
gore & featore redeat. In omnibus porrò discretio est adhibenda, ma-  
gnaque opus est in Deum fide: expedit namque bona nostra proposita, ne  
vel minimum minui, sed fiduciam nos quandam, de Deo concipere, vt  
si paulatim nos ipsi ad progrediendum extimulemus, eò (etsi non quam  
primum) pertingamus, quò multi Sancti, diuinà eius gratia adiuti, perti-  
gerunt: nam nisi illi hoc ita velle, & etiam paulatim opere, & re ipsa exe-  
qui firmiter apud se statuissent, numquam ad tam sublimem gradum, &  
illarum peruenissent.

Amar & querit Maiestas eius animas generosas, modò cum humi-  
litate, ac sine vlla de seipsis fiducia, & præsumptione procedant. Nec vi-  
di vquam aliquam harum in via deficere; ità vt progredi non pos-  
set; vt nec aliquam pusillanimitatem, & subitimidam, etiamsi humilitate  
donatam tantum in multis etiam annis, progressum facere, quan-  
tum illæ aliæ in paucis. Mirum profectò est quantoperè hanc in via iu-  
uet, sese ad magna & sublimia aggredienda extimulare: nam etsi sat ma-  
gnæ vires statim non habeantur, anima nihilominus se sustollens, sub-  
limè admodum euolat; tamen si subindè instar auiculæ non benè à pen-  
nis instructa, defatigetur, & alicubi in terra hæreat. Alias illud Apostoli  
Pauli sæpius antè oculos, & in mente habebam: omnia nimirum nos  
posse in Deo; ex me ipsa autem satis me intelligebam nihil penitus posse.  
Et hoc ipsum me imprimis iuuabat, vt & illud S. Augustini dictum: *Domine  
nibe quod vis, & da, quod iubes*. Cogitabam etiam sæpè mecum, nullum inde S.  
Petro damnus euenisse; quod se in mare abijceret, esto postea timuerit.  
Prima hæc proposita magni faciendæ sunt; quamquam in primo hoc gra-  
du paulò restrictiores esse, nosq; directoris nostri sententiæ voluntati, ac  
discretionis magis subiicere debeamus: interim tamen videre ne ma-  
gius hic sit eiusmodi, qui nos doceat bufones esse; aut cui satis sit,  
quod anima solum lacertis captandis assuescat. Humilitas porrò no-  
bis semper præ oculis habenda, quâ moriente, discamus hanc nos  
virtutem & robur à nobis ipsis non habere. Sed antè omnia noueri-  
mus oportet, qualis hæc humilitas esse debeat: crediderim enim  
diabolum, ijs qui orationi sese dant, omne, quoad potest damnus  
inferre, ne insignem in illa progressum faciant, efficiendo nimirum,  
vt malè de humilitate sentiant, dùm scilicet illis esse videtur super-  
bia, sublimia & generosa quædam desideria habere, ac viros san-  
ctos æmulari, & ad martyrium aspirare velle: quamprimum enim nobis  
suggerit, & persuadet gesta, & facta sanctorum magis admiranda esse,  
quam vt illa nos, qui peccatores sumus, imitari conemur, huius opinio-  
nis &

*Animas ge-  
nerosas a-  
mas Deus.*

*Falsa hu-  
militas est à  
diabolo  
suggesta.  
Quomodo  
Sanctorum  
opera admi-  
rari & imi-  
tari oportet.*

S.  
Theresia

Opera  
N III  
156





*Quomodo  
sanctorum  
opera admi-  
rari, & imi-  
tari oportet.*

*Nimia de  
rebus neces-  
sarijs cura  
nocet.*

*Nimia di-  
cretio sæpe  
in causa est,  
cur tam ci-  
tò ad perfe-  
ctionem non  
perueniamus.*

nis & ego sum; sed & videndum est, quidnam ex illis admirari, quidnam autem imitari oporteat. Neque enim consultò quis infirmus, & debilis faceret, si continuò ieiunare, & grauissimas austeritates subire vellet, hacque de causa in Eremum concederet, vbi nec dormire posset, nec quod comederet, inueniret, aut quid simile: sed cogitare debemus, posse nos cum Dei gratia, vim nobis inferre, quò & mundum egregiè contemnere, & honorem vilipendere, & affectum erga diuitias exuere paulatim possimus: nam tam pusillo, & abiecto animo sumus, vt terram nobis defutam credamus, mox vt corporis curam, vel parum exuere, & spiritui nos dare volumus, statim quippè ad attentionem, & animi recollectionem habendam nobis contenta videtur, vt, quæ corpori necessaria sunt, sufficienter suppetant; eò quòd anxietas nimis de rebus necessarijs, curæ distractionē in oratione causent, orantemque inquietent. Piget me, quod tam paruum de Deo fiduciam, tantumque amoris proprii habeamus, vt hæc etiam cura nos angat & inquietet. Et sanè cum spiritus tam parum, vt i dico, proficit, nugæ quædam, & frivola non minus nos inquietant ac vexant, quàm alios magna, & maximi momenti; atque interim, nostro nobis iudicio, spirituales esse videmur. Hæc procedendi ratio mihi perindè esse videtur, ac si animam corpus, & animam corpori inter se concordare vellemus, vt nec hic in terra de quiete sua quidquam amitterent, in Cælo verò nihilominus Deo firmi possent. Ita quidem fiet, si in iustitia ambulemus, & virtutum falcimen habeamus; gressu hoc gallinaceo numquam ad spiritus libertatem perueniemus. Hic porò procedendi modus hominibus matrimonio illigatis proprius maxime mihi esse videtur, vt, qui secundum statum & vocationem suam viuere debent; at alium statum amplexos, huiusmodi ad progrediendum viam ingredi penitus nolo; neque etiam facile mihi quis persuaserit, eum bonum esse; sum quippè eum experta: semper porò ita mansissem, nisi sua Dominus bonitate aliam compendiosioram mihi ostendisset. Tamen, quantum ad desideria, semper generosa, & magna ea habuerim ac molimina: id tamen, quod dixi, facere nitebar, scilicet orationi me dare, & simul corporis commodis, & recreationibus gaudere. Credo equidem me, si quis alius me docuisset euolare, datam operam fuisse, vt hæc desideria mea executioni mandarentur; sed peccata nostra in causa sunt, cur tam multos reperire sit, qui, quoad hoc, nimis sunt discreti; vt hoc potissimum in causa esse existimem, cur, qui primum incipiunt, citius ad magnam perfectionem non perueniant. Nam Dominus à parte sua, vt nos iuuet, numquam deest, nec ab ipso procedet; sed nos in culpa sumus, & miseri. Imitari quoque sanctos possi-



mus in solitudine sectanda, in silentio, alijsque plurimis virtutibus colendis, quæ misera & probrosa hæc corpora, quæ tam regulatè, moderatèque conducuntur, quò animam extrà debiti regulam trahant, non enecabunt, ipse quoque diabolus, si vel in adito nos timore coacti videt, omnimodis ea inhabilia, & inepta reddere allaborat. Neque enim is aliud, quam hoc timoris argumentum quærit, ad nobis persuadendum, fore, ut omnia nos enecent, & saluti noceant; ità quidem, ut etiam lachrymas habentes timere faciat, ne, si nimij in ijs sint, oculos amittant. Hanc ipsa viam iniui & calcaui, atque idèd eam planè perspectam habeo; nec scio sanè, ecquos meliores oculos, & meliorem sanitatem optate possimus, quam tali occasione & causà illos, & hanc amittere. Quia verò ità debilis & morbida sum; hinc semper, quoadusque semel apud me firmiter statui, nullam corporis, sanitatisuè meæ rationem habere, velut vincula & colligata eram, nihil ut generosi facere possem; vti nec etiam modò multum præsto, sed ex quo me DOMINVS hunc diaboli astum, & technam intelligere voluit, quoties hic deindè aliquem mihi sanitatis amittendæ metum iniiciebat, dicebam ipsa: *parum refert, me mori, quoties quietis, & commodorum amissionum suggererebat, agecebam: non opus habeo quiescere, vel commodis, sed cruce.* atque ità de alijs rebus. Vidi quam clarissimè, tamen si alioquin ego de facto satis debilis, & morbida sum, id in multis, non nisi meram dæmonis tentationem fuisse, aut meam ipsius inertiam: nam ex quo sanitati meæ ità non caui, nec tantam eius rationem habui, multò meliori sum valetudine, quam eram antea. Quare permagni refert, ut, dum quis orationi vacare incipit, cogitationes non nimium deprimat aut deiciat: & velim hac in re aliquam mihi fidem dari, ut prope in ea versatissima: ut autem meo exemplo alijs sapiant, forsitan ad hoc iuuabit, hæc meas, quoad hoc, imperfectiones recetere.

Sequitur deindè & alia tentatio, satis obuia, & communis, quòd videlicet incipientes hi, eò quod ipsi iam gustare incipiunt, quanta in vita spiritali sit quies, & qui structus indè proneniat, desiderant, ut, quotquot sunt homines, spirituales essent. Hoc quidem desiderare, nò est malum, ipsum verò procurare, posset non esse bonum, nisi magna id cum discretione, & rectè admodum fiat, ità scilicet, ut alios non videantur vel- le docere: nam qui hac in re aliquem facere fructum cupit, in virtute valdè fundatus, ac corroboratus sit oportet, ne alijs tentationis sit occasio. Hoc mihi contigit (atque idèd id satis intelligo) quando (ut supra commemoravi) ipsa totis viribus allaborabam, ut & alix sodales meæ orationis se studio darent. Nam quòd hinc me magna quædam de bonis,

*Cogitationes non sunt nimium deprimenda.*

*Incipientibus malum est, velle ut omnes sint spirituales.*

S.  
Theresia

Opera

N. V. I.



bonis, & commodis, quæ in orationis exercitio sita sunt, loquentem audirent, illinc verò me virtutibus solidis destitutam viderent, & nihilominus orationi insistere, in causa eram, vt ipsæ tentarentur, & turbarentur. Nec immeritò: nam, vt mihi postea retulère, non sciebant, quomodo vnum cum altero posset consistere, & compati. Et hæc ratio erat, cur, quod ex se malum erat, ipsæ id vt tale nõ reputarent, quod me id subindè rùm vsurpantem viderent, cum aliquid in me boni viderent. Hoc facit diabolus, qui bonis, quas habemus, virtutibus ad hoc vt videtur; vt aliquam sic malo, quod inducere surgit, autoritatem omnimodis conciliet: quantumuis enim id paruum sit, non potest non in magna simul viuentium communitate plurimum ipse lucrifacere; quantò verò magis, cum quod ipsa faciebam malum, tam graue esset: vndè fiebat, vt per tot annos solùm tres profecerunt ex eo, quòd ipsas docebam: sed cum me Dominus in virtute iam magis consolidasset, biennij, triennijue spatio quàm plurimæ (vt postea dicam) per me profecerunt. Sequitur præterea hinc & aliud graue incommodum, nimirum, quod sic anima sui ipsius profectum, & commodum negligat: in principio namque illud antè omnia spectare debemus, vt illius solius dumtaxat curam geramus; nobisque persuadeamus, nihil præter Deum & ipsam in terra esse. Atque hoc est, quod ei quàm maximè conuenit.

*Tentatio  
doloris de alienis peccatis.*

Est & tertia tentatio, quæ, vt & ceteræ omnes, quodam virtutis zelo tecta est (vndè & benè intelligi, & diligenter notari debet) nimirum quòd de peccatis & de defectibus, quos in alijs vident, doleant. Persuadet autem ijs diabolus dolorem hunc non nisi è pio aliquo desiderio, quo DEVM opt. Max. nolint offendi, oriri, & ex eo, quòd malè eos habeat, honorem eius ita proculcari. Vndè hanc ipsi offensam statim vellent impedire, & aliquod ei remediũ afferre: quod quidem ita illos sollicitos, & inquietos reddit, vt orationem ipsorum impediat. Hoc verò nocentissimum, & omnium pessimum est, quòd id virtutem, & perfectionem, magnumque de diuino honore zelum esse exultant. Non loquor hic de dolore, quem aut publica peccata (si talia in congregatione aliqua inuenirentur) causantur, aut vniuersalis Ecclesie damna, quæ ex hæresibus modernis, à quibus tot animarum millia in interitum pertrahi cernimus, oriuntur: hic enim dolor bonus; & quia bonus & sanctus, hinc nullam distractionem inquietudinemue affert. Animæ ergo orationem exercere cupienti tutissimum erit, omnium rerum & hominũ curam deponere & velut obliuisci, ac sui ipsius dumtaxat ratione habere, ac videre quomodo Deo suo placeat. Hoc porrò permagni refert, & maximè conueniens est. Vndè si peccata, & defectus, quæ admitti vidi,

ex eo



ereo, quod bona intentioni nimium fidebatur, enarrare vellem, finem nullum haberet narratio. Semper ergo ad virtutes, & bona, quæ in alijs aduerteremus, oculis reflectere studeamus, & si quos in ijs notabimus defectus, grauibus peccatis nostris regamus. Hanc operandi rationem, tamen ea non statim summâ, & debitâ cum perfectione fiat, magnam nihilominus paulatim virtutem comparamus, hanc scilicet, quod omnes meliores nobis esse credamus: atque hac ratione per Dei gratiam (quæ in omni re pernecessaria est, & sine qua omnis nostra diligentia, quantumlibet intentâ, frustranea est) aliquid lucrari incipimus, simul eum rogando, vt hancce nobis virtutem concedat: neminem enim nostrum deserit, cum à parte nostra diligentiam aliquam adhiberimus. Hanc quoque doctrinam, & monitum notent illi, qui per intellectum multum discunt, multos & diuersos ex re vna conceptus efformando (nam per intellectum operari nescientes, qualis ego eram, alio non habent opus monito, quam vt patienter expectent, quoad usque largiatur ipsis Dominus, in quo se occupent, & aliquam lucem det, cum tam parum ipsi perse possint, & intellectus eos magis impediatur, & intricet, quam expectat & extricet.) Taliter ergo discurrentes moneo, ne omne tempus suum discursibus impendant: nam esto id valdè meritorium sit, nullum tamen (eo quod oratio aded illis sapiat) putant sabbathum, & tempus quo intellectu non laboretur, esse debere. Vndè quamprimùm omne tempus, quo non discunt, inutiliter impensum esse putant; ego verò hanc temporis iacturam velut singulare quoddam luctum puto: sed vt antè dixi, fingant se, in Christi Domini presentia versari, ac sine vlla intellectus tortione ipsum alloquantur, cum eoq; delicientur, ita tamen, vt de verbis, quibus apud eum vtendum sit, & argumentis non multum solliciti sint, sed suas ei necessitates nudè dumtaxat proponant, nec non causam, quam habet ad nos coram se non sustinendos. Hoc quidem vno, illud alio tempore alternatim faciendum, ne anima vnum & eundem cibum semper comedens defatigetur. Hi cibi admodum sapidi sunt & vtilis, quorum comestioni, si gustus assuescat, multum nutrimenti ac substantiæ in se includunt ad vitam animæ dandam, nec non alia quamplurima commoda. Clariùs mentem meam exponere volo: nam omnis hæc de Oratione materia, & tractatio perdifficilis est, & nisi magister aliquis, qui eam exponat, accedat, ægrè admodum intelligitur: & hæc est causa, cur ( etsi alioqui breuior esse vellem, ac perspicaci illius, qui hanc de oratione materiam me scribere iussit, ingenio satis foret, eam vel verbo indicare ) mea me stupiditas rem, quam tantum interest benè, commodèque exponi, paucis dicere, & declarare non patiatur. Nam quod multa hac in parte pertulerim, hinc miseret

S. M. Teresa Opera.

L

me

S.  
Theresia

Opera

N. V. V.  
166



me illorum, qui per solam librorum lectionem incipiunt: cum ratio  
quàm magna sit differentia inter ea, quæ primò electione cognoscuntur,  
& ea, quæ deindè per experientiam videntur: vt ergo ad id, quod modo  
dicebam, redeam; incipimus aliquod passionis mysterium, verò gratia  
quomodo Dominus ad columnam victus staret, meditari; intellectus  
ergo discurrendo causas indagat, è quibus colligi queat, quàm inter  
illuc maiestas eius passa sit cruciatus, & simul quàm vehementer in  
derelictione, & solitudine senserit dolorem: nec non alia multa, quæ  
intellectus, si benè operari norit, & adiuuus sit, aut doctrinâ excultus, in  
elicere poterit. Hoc portò orationis genus est, à quo omnes incipere,  
quod progredi, & in quo consummare debent, nec non excellentissima  
securissima via, per quam incedant oportet, donec eos Dominus ad  
alias supernaturales deducat. Dixi omnes: quia sunt non pauca animæ  
quæ plus fructus ex alijs meditationibus, quàm ex ijs, quæ de sacramentis  
Domini passione sunt, colligunt: nam, sicut variæ & diuersæ in celo sunt  
mansiones, ita & diuersæ sunt viæ eò conducentes. Alij proficiunt ex  
quod se in inferno constitutos imaginentur; alij, dum se in celo verè  
cogitant, quos è contrâ ipsa de inferno cogitatio conturbat, & affligit;  
alij ipsa de morte meditatione iuuantur; alij præsertim compassiuè  
tendero sunt corde, assidua de passione meditatione non parum con-  
stantur, & è contrâ latantur, & proficiunt, dum Dei in creaturis suis potestatem,  
& magnitudinem, nec non amorem, quo nos persecutus est, quo-  
que omnimò re elucescit, considerant. Et est hæc mira procedendi ratio  
ita tamen, vt Passionis & vitæ Iesu Christi (ex ea namque omne bonum  
ad nos deriuatum est, & indies deriuatur) memoria, ac meditatio  
vsurpetur. Incipiens ergo monendus est, vt, è qua materia magis pro-  
ficat, eam notet; ad hoc autem opus imprimis est directorem & magis-  
trum benè hac in re versatum habere; si enim experientiâ habeat, pro-  
uiter errare potest, & animam reget, ac conducet eam non intelligens  
neue etiam permittendo vt seipsa intelligat. Quod enim anima non  
insignem meriti sibi materiam esse magistro alicui sese subijcere, hinc  
illius monitis & consilio ne vel latum vnguem audet desistere. In  
aliquando in animas, quæ, quod, qui eas dirigebat, experientiâ carere,  
ita angustiata, & afflictæ erant, vt me ipsarum misereret; & in-  
ter eas vna eò reducta erat, vt, quid sibi faceret, iam nesciret: nam  
directores spiritus non intelligendo animam iuxta affligunt & eorum  
& profectum non parùm remorantur. Cum alia quadam egi, quæ  
eius director, iam octo, & amplius annis velut vincam detinuit  
rat; quod eam extrâ sui ipsius cognitionem egredi non permitte-  
ret; quam tamen Dominus iam tum ad orationem quietis deducere



ar: vnde ipsa multum hac de causa patiebatur. Esto alioquin hæc  
 suuipius cognitio numquam omitti debeat, nec anima vlla in hac via  
 in fortis, & gigantea sit, vt non sæpè opus habeat repuerascere,  
 & velut ad prima vbera redire. Numquam autem hoc est de memo-  
 ria deponendum, vnde etiam idipsum sæpius fortasè repetam, quòd  
 penultimum in eo situm sit: nullus quippè orationis status tam subli-  
 mis est; vt non sæpè sit necesse hominem ad principia reuerti. Hoc  
 autem de peccatis, & suuipius cogitatione punctum, & meditatio  
 velut panis est, qui ad omnes cibos, quantumlibet delictos, in hac  
 orationis via adhibendus est; sine hoc autem pane, nemo se susten-  
 tare possit, is tamen non nisi ad mensuram, ac moderatè sumi debet.  
 Postquam enim anima se iam penitè resignatam esse videt, & li-  
 quidò perspicit nihil se à seipsa boni habere, ac proinde se co-  
 ram tanto Rege pudore suffundi, & quàm ei parum (cum tamen tam  
 multa ei debeat) rependat, aduertit, quid eam necesse est in his  
 temporibus impendere, vt non fatius sit nos ad alia, quæ nobis Domi-  
 nus proponit, transire: neque enim par est, ea nos relinquere, no-  
 uit quippè maiestas eius melius quam nos, quid nobis conueniat  
 comedere. Permagnum ergò refert, instructorem virum prudentem  
 & cordatum esse, boni, inquam, ingenij, & multæ experientia:  
 si præterea doctus sit & litteratus, hoc magnum quid est, & per-  
 priandum. At si tria hæc simul in vno reperiri nequeant, duo prio-  
 ra potiora, & maioris momenti sunt: doctos quippè viros faciliè  
 aduande habere, & comparare possunt, vt, si quando opus ha-  
 bebunt, cum illis de rebus suis conferant. Dico itaque, doctrinam in  
 principio parum inuare, nisi director ipse orationi addictus sit: non ta-  
 men dico vt cum viris doctis, & litteratis planè non conferant; ete-  
 nim spiritum, qui cum fundamento veritatis non incipit, malim sine  
 oratione, ceterum doctrina magni momenti res est: hæc quippè nos, qui  
 parum scimus, docet & illuminat: adèd vt cum veritati sacræ scripturæ in-  
 struamur, faciamus id, ad quod obligati sumus. A deuotione autem fa-  
 tua, & stupida liberet nos Deus. Amplius mentem meam declara-  
 re volo, quia, vt video, nimis multis me rebus immisceo: nam  
 semper hunc defectum habui, quòd me, vt dixi, bene declarare  
 non possim, nisi multis adhibitis verbis. Cum ergo monialis aliqua o-  
 rationis se dare incipit, si, qui eam regit, simplex sit & imperitus, & sibi  
 sicutè id ipse persuadeat, mentique imprimat, fatius esse dicet, eam  
 sibi obedire, quam superiori suo, idque sine vlla prorsus malitia:  
 immò verò rectè se in eo facere existimando. Ità hic ergo faciendum  
 iudicabit, siquidem cum religiosa ei negotium fuerit, si autem

*Suuipius  
 cognitio  
 nūquam de-  
 ponenda.*

*Imperitia  
 directoris  
 quia malè  
 causatur.*

S.  
Theresia

Opera

IN VII

186



cum muliere coniugata, huic dicet, cum ei res domestica curanda erit, melius esse orationi insistere, etsi maritum hac ratione offenderet; ideo ut nec tempus ritè ordinare, nec res faciendas ità partiri norit, ut ex veritate præscripto peragantur. Quòd enim ei lumen desit, hinc ipsum alijs, tamenetsi forte vellet, communicare nequit. Et licet nulla doctrina ad hæc necessaria videatur, in ea tamen semper opinione, & fui, & ero, Christianum quemlibet operam dare debere, ut semper, si fieri possit, conferat cum eo, qui illà luculenter instructus est; & quo hic erit doctior, eo id futurum melius. Qui autem per orationis viam incedunt, magis à doctrina iuuari opus habent; & eò etiam magis, quòd spiritualiores sunt: nemo autem seipsum decipiat, dicendo, viros doctos orationi non deducere non esse illi vacantibus dirigendis aptos. Equidem cum multis doctis contuli, & communicavi: nam paucis ab hinc annis (quod magis hoc opus haberem) maiore in iis conquirendis curà incubui; & semper magni eos feci, nam licet eorum aliqui nullam habeant experientiam, spiritum tamen orationis non oderunt, nec ignorat: in sacris enim litteris, quas assiduo manibus versant, boni spiritus veritatem inueniunt. Equidem in ea sum sententia orationi incumbentem, & cum viris doctis conferentem, nisi ipsemet se decipere velit, non facile à diabolo per illusiones deceptum iri: crediderim namque demones doctrinam humilem, & virtuti conuinctam non mediocriter timere: norunt enim per illam se detectum iri, & magno suo cum damno in fugam conijciendos. Hoc eò dico, quòd nonnulli in ea sunt sententia, ut viros doctos proprios, & aptos esse negent orationi vacantibus, nisi ipsi spiritu dotati sint. Paulò antè etiam dixi, directorem, & magistrum esse debere spirituales: at si hic non simul doctus ac litteratus sit, multa sequentur incommoda: sicut è contrà magnum subsidium, & auxilium confert, cum doctis, dummodo virtutes præstent, agere: licet enim docti spiritum non habeant, multum tamen nos iuuabunt, ac Deus ipsis haud dubiè inspirabit, quæ discipulis suis proponere debeant, quin & spirituales eos efficiet, quo nobis viles esse queant. Nihil autem hac in re dico, quòd non antè re ipsa experta sum: hoc quippè mihi plus quam cum duobus contigit. Dico ergo animam penitus sese resignantem; ut vni soli magistro se subijciat, grauitè errare, si non procuret; ut is talis sit, qualem iam antè descripsi, præsertim si persona religiosa sit, cum hæc suo superiori subiecta esse debeat: nam fortitan illi omnia illa tria supra proposita, deerunt (quòd sanè non modica ei crux erit, & afflictio) Ita ut spontè, & propria voluntate intellectum suum subijciat ei, qui illum bonum non habet. Id saltem numquam à me ipsa potui impetrare, imò ne quidem (ut mihi videtur) còsenta neum est: si autem secularis sit, laudet, & gratias agat Deo, quòd liberum sibi sit deligere,

*Qui cum doctis viris confert, non facile à damone decipitur.*

*Quantum sequatur boni è collatione cum doctis.*



cui se velit subijcere; & sibi caueat, ne hanc tam bonam, & honestam libertatem amittat, & potius tam diu directore careat, donec aliquem convenientem sibi inueniat: etenim Dominus talem ei suppetabit, modo omnia in humilitate fundata sint, & sincerū, ac rectum ipse habeat benè deligendi desiderium. Equidē maximas ei hoc nomine gratias ago; & nos feminae & quicumq; indocti sunt, perpetuò infinitas ei gratias agere debemus, quod non desint, qui tantis cum laboribus ad illius veritatis cognitionem peruenerunt, quam nos indocti, & idiotæ ignoramus. Sæpenumerò miror, cum id, quod viri docti (& præsertim Religiosi) tanto cum labore sibi pararunt, sine vlllo meo labore, & sudore meo (tantum quod id ego illos interuogem) in vtilitatem meam cedere possit, aliquos adhuc inueniri, qui ipsum negligant, & fructum indè colligere nolint. Auerat hoc Deus, video quippè illos oneribus religionis (quæ sanè graua sunt) esse subiectos, in austeritatibus viuere, cibo tenui, & vili vti, ad hæc parere superioribus obligatos (vt id sæpè ruborem mihi incutiat, & magnam vercundiam) Item duro in strato dormire, perpetuoque in labore, & cruce vitam agere: vnde magnum mihi malum videretur, si sua quis culpa tantum bonum perderet. Et fieri posset aliquos nostrū, qui ab huiusmodi laboribus liberi sumus, & quibus cibus (vt dici solet) coctus & iam præparatus in os ingeritur, commodèque viuimus, cogitare, quod fortasse paulo plus, quam illi orationi vacemus, ideò nos in gloria superiores fore illis, qui tantos labores subeunt. Esto tu Domine, benedictus, quod me ita inhabilem, & prorsus inutilem fecisti; sed simul etiam immensas tibi gratias ago, quod tam multos excites, qui nos excitent. Quocirca valde continuò orare deberemus pro ijs, qui nos illuminant. Quid, quæso, sine illis essemus, in tot, tamque grauibus tempestatibus, quibus hodie Ecclesia concutitur, constituti; & si hinc indè è doctis aliqui mali & improbi fuerint, qui tamen boni sunt, magis propterea splendebunt. vnam in sua eos Dominus protectione habeat, & adiuuet, quo ipsi nos iuuent. Amen.

Longè ab ea, de qua loqui incæperam materia deflexi: sed omnia ad rē, & propositum sunt incipientibus, vt tam sublimem viam sic incipiāt, aut vt in bona & vera semita constituti sint. Vt ergo ad id, quod antea dicebā, reuertar, ad meditationem, inquam, Christi ad columnam alligati; vt ille fuerit, aliquantulum super hoc per intellectum discurrere, & dolores, & cruciatus, quos ibidem pertulit, & quorum causa, & quis eos pertulerit, nec non amorem, quo eos pertulit, considerare: ita tamen, vt se quis non semper hæc omnia inquirendo defatiget, sed cum Christo ibi maneat, intellectu in silentio detinendo. Occupet igitur ipsum, si possit, considerando

S.  
Theresia

Opera

IN VII

156

Deus laudandus ex eo quod viros doctos esse sinat.

Sua quis culpa amittere non debet fructum qui ex hominum doctorū laboribus venit.

De qua re in meditatione discurrendum sit.



rando, quod à Christo videatur, apud eum maneat, aliquid ab eo petat, humiliet se coram ipso, cū ipso delicietur, memineritque se dignum non esse, qui apud ipsum maneat. Si quando hæc similia uè facere poterit, esto etiam in ipso orationis principio non parum inde fructus percipiet, & fructus, quem hæc orandi ratio secum trahit, plurimus est; talem saltem eum esse anima mea experta est. Nescio an bene, ac verè hoc dicam; R. V. examinet. Faxit Deus, ut in voluntate eius semper facienda non aberrem. Amen.

## CAPVT XIV.

SECVNDVM ORATIONIS GRADVM DECLARARE INCIPIT, quando scilicet Deus animam particularioribus quibusdam gustibus iam perfundit. Ideo eos declarat, ut significet, hos iam supernaturales esse. Et est hoc notatu dignissimum.

CVM ergo iam dixerimus, quo hortus hic labore rigeret, & quanto brachiorū conuulsu aqua è puteo extrahatur; nunc non abs re futurū est de secundo eius hauriendæ modo, quem horti dominus instituit, loqui, quando scilicet hortulans ad mniculo rotæ aut tuborū aquam haurit, in quo & plus haurit, & minore cum labore non nihil que potest interquiescere, ita ut continuò eum laborare non oporteat. Hanc ergo hauriendi modum similem esse dico orationi, quam quietis uocant; & de illo in presentiarum agere constitui. Hic ergo anima se recolligere incipit, & hic quiddam supernaturale iam quodammodo tangit: nam quantamcumque adhibeat diligentiam, nullo tamen modo id libi ipsa poterit acquirere. Fateor tamen eam se in rota hac versanda, & per intellectum operando, ut tubos aqua repleret aliquantum defatigasse uideri: at aqua hic altior est, unde etiam minor in ea educenda labor infunditur, quam dum ea è profundo puteo haurièda est: dico, aquam uiciniore esse; quod hic gratia se animæ clarius cognoscendam præbeat. Hoc nihil aliud est, quàm quædam potentiarū animæ intra se recollectio, ut maiore cum gustu hac uoluptate, & gaudio fruatur, non tamen propterea hæc aut perditur, aut dormitat: sed sola uoluntas occupatur, adeò ut nesciens quomodo captiuetur, consensum dumtaxat præster, ut eam Deus capiuet, ut quæ se nouit captiuam esse eius, quem amat. Quam ô Iesu & Domine mi, tuus nos amor hic iuuat: nam ille nostrum ita uinctum tenet, ut ei quodammodo non det libertatem ad eo tempore quid aliud præter uinum te, amandum. Aliæ duæ potentie uoluntatem iuuant, ut illa se habilem, & aptam, ad tanto bono fruendum, reddat; tamen si subinde fiat, ut hæc etiam uoluntatem, etiam tum, cum unita est non parum remorentur: at tunc eius est, illas non curare, sed in sua fruiione, & quæ se permanere. Si

*Oratio  
quietis me-  
rum otium  
est.*

*Sola uolun-  
tas hic Deo  
unitur, &  
eo occupa-  
tur.*



re. Si enim illas ipsa recolligere velit, tam ipsa, quam illa simul perdentur. Tunc quippe sunt veluti columbae, quae grano, quod columbarij Dominus ipsis, nullo earum cum labore spargit, non contentae, aliud cibum quaesiturae auolant; sed ita eum aegre & tenuiter inveniunt, ut ad columbarium primum redeant: eodem modo & illae abeunt, & redeunt, visurae enim voluntas quid ipsis impertitura sit eorum, quibus iam fruuntur, si tunc aliquam ijs escam & frumentum Dominus proicere velit, apud eum maerent, si minus, rursus auolant alibi quaesiturae. Et cogitare debent, voluntati se non parum hoc modo prodesse; esto interdum contingat, ut, cum memoria vel imaginatio ea repraesentare voluntati vult, quibus fruuntur, ei damnum creet. Videat ergo voluntas, ut ita se erga eas gerat, ut iam dicam. Quidquid igitur hic peragitur, non nisi summa cum dulcedine, ac consolatione, & tam paruo cum labore fit, ut oratio, tametsi etiam diuturna sit, nullatenus hominem delasset; intellectus quippe hic valde sensim, & quiete operatur, & multo plus aquae educit, quam e puteo hauriebat: etenim lacrymae, quas Dominus hic dat, non nisi cum gaudio fluunt, & esto sentiantur, non tamen affectate procurantur. Haec magnorum bonorum, & gratiarum aequa, quam animae Deus hic elargitur, efficit, ut virtutes maius longe incrementum capiant, quam in superiore orandi modo: haec namque anima, e misericordiae loco, iam ascendere incipit, & iam tum aliqualis gustu gloriae caelestis notitia illi communicatur. Hoc (ut mihi quidem videtur) magis eam crescere, nec non propius ad veram virtutem, e qua omnes aliae virtutes derivantur, Deum videlicet, facit accedere. Etenim maiestas eius huc animae se communicare incipit, vultque eam sentire ac nosse, quomodo se illi communicet. Mox ergo ut huc peruenimus, omnem erga res terrenas affectum, & paruas quasdam gratias perdere incipimus: ad oculum namque perspicimus ne vel guttam, ac momentum quoddam gustus huius haberi hic posse, ac nullas dari dimitias, dominatus, honores, vel delectationes posse, quae ad vel vnicum huius gaudij momentum dandum satis sint, quod id verum & sincerum sit gaudium, & tale, a quo nos penitus satiamur, & repleti videmus, nam in rebus hisce terrenis, vix intelligo vbinam isthaec satisfactio, & satietas sita esse possit; semper quippe aliquod ITA, & NON, id est defectum continent: hic vero omnia sunt ITA, pro illo quidem tempore, NON vero sequitur postea; quod consolationem iam appareat praeteriisse, & animam eam recuperare non posse, & nescire quomodo recuperet. nam esto se austeritatum, orationum, & aliarum rerum omnium intensione in mille velut partes disrumperet, si modo Deus eam dare nolit, vix ei quidquam omnia profunt. Deus propter magnitudinem suam, vult isthaec ani-

mam

S.  
Theresia

Opera

N III

156

Quomodo  
voluntas se  
erga alias  
potentias  
geret.



nam intelligere, maiestatem suam tam ipsi vicinam esse, vt iam eam necesse non sit nūtiōs ei mittere, sed ipsamet coram eam colloqui possit, idque non altā voce clamando, quia ei iam itā vicinus, & propē est, vt eam vel primū labia motitantem intelligat. Impertinens, & extra propositum cuiquam videatur hæc me dicere; quōd, cuius notissimum sit, Deum semper, & vbique nos intelligere, ac nobiscum agere. Nullum hæc de re dubium est. Hic Imperator, & Dominus noster cupit nos hic intelligere & scire nos ab ipso intelligi, & quidnam eius faciāt præsentia, ipsumque particulari quodam modo velle in anima incipere operari: quod è magna illa tum interiori, tum exteriori satisfactione, quam ei commūnicat, & è magna illa, quam inter hanc voluptatem ac gaudium, & gaudium terrena, esse dixi, differentia liquidò perspicitur: quia hæc vacuum, quod nostris ipsi peccatis in anima feceramus, replere videtur. Satisfactio porro hæc in intimo illius fundo sita est; at nescit ipsa, vndenam, aut quomodo hæc ei aduenerit, imò sæpē ne quidem scit, quid aut facere, aut velle, aut petere debeat. Iunctim ac simul omnia se putat inuenisse, & tamen quid inuenerit, nescit; imò nec ipsa satis scio, quibus id verbis exprimam: ad multa enim horum exponenda, doctrina necessaria videtur. Nam ad propositum hic esset, exponere quid sit auxilium generale, quid particulare (sunt enim plurimi, qui hoc ignorant) & quomodo Dominus hic recuperat, vt anima hoc particulare suis quodammodo (vt dicitur) oculis videat, nec non ad alia plurima in quibus ego fortassis errauero: sed quia hæc visuri & examinaturi sunt viri, qui satis intelligunt, quid sit error, quid non hinc quoad hoc planè quieta, & secura sum: nam tam quoad materiam de doctrina, quam eam de spiritu, scio me tutam esse posse; quandoquidem in eorum hæc manus, & potestatem ventura sunt, qui & ea intelligent, & si quid malum, & erroneum fuerit, liberè delebunt. Vellem ergo hæc loco exponere, quia prima principia sunt; nam cum id genus gratias amæ cuidam Deus facere incipit, ne ipsa quidem satis eas intelligit, aut quid de se faciat, nouit: si enim per viam timoris eam Dominus conduxit, vt me conduxit, non parum ipsa pœnæ, & amaritudinis sentit, si nullus adsit, qui eam intelligat; magna verò è contra ei consolatio est se ipsam velut depictam, & expressam videre: & tunc demum clarè perspicit, quoniam via incedat, & eique perutile est scire, quid eam, in quocumque demum statu, ad proficiendum facere oporteat. Ipsa namque multum sum passa, multumque temporis perdidit, quod, quid agere deberem, nescirem: hinc valdè me illarum miseret animarum, quæ cum huc perueniunt, solas se, & magistro destitutas vident. Etsi enim varios, & plures libros spirituales, de ea materia, de qua hic loquor, tractantes legerim; tamen valdè tenuiter eam declarant, & sanè, quamuis eam pluribus

*Vbi nam illa  
satisfactio  
est?*



delectarent, nisi anima valde, hac in re versata sit, nimis quam multum negotij habeat, ad seipsam intelligendam. Vellem equidem Dominus mihi gratiam daret, vt fructus, & effectus, quos hæ res, (quæ iam tum supernaturales esse incipiunt.) in anima operentur, hic possem exprimere, vt ex effectibus intelligatur, quando hic sit spiritus Dei. Intelligatur, inquam, prout quidem ab hominibus mortalibus id potest intelligi; tamen semper consultum sit, cum timore, & metu incedere. Nam flores etiam à Deo sit, poterit tamen se subinde cacodæmon in Angelum lucis transfigurare, &, nisi anima sit exercitatissima, & veratissima, ipsum non adheret, & ita quidem exercitata sit oportet, vt ad hoc planè intelligendum penè ad summum Orationis fastigium peruenisse debeat. Sed quia temporis angustia laboro, hinc commode, quæ necessaria sunt, omnia adferre nequeo: vnde necesse est, me maiestas eius hic adiuet. Nam communia cum alijs Religio- nis exercitia me obire necessum est; adhæc alijs plurimis, & grauibus occupationibus distinetur, cum in monasterio agam, quod iam primùm conlari incipit, vti postea legere erit. Vndè quidquid hic scribo, vix & sedentariè, sed per interualla; & abruptum scribo: cum tamen ad hoc quiete mihi opus esset: nam cum Dominus spiritum dat, tunc facilius, & melius omnia scribuntur; perinde ac si quis exemplar aliquod, & formam ante se positam haberet, ad cuius similitudinem opus suum effingere veller. At si hic spiritus desit, tam eas impossibile est linguam, & idioma hoc intelligere, quàm, (vt vulgo dicitur) Hebraicum, aut exoticum aliquod idioma, esto etiam per multos annos orationi vacarint. Quapropter permagni ad hoc mihi auxiliij esse videtur, quòd, dum hæc scribo, orationi vacem: nam ad oculum, & apertissimè video, non esse me, quæ hæc dicam, quia nec intellectu hæc ordino, nec etiam postea scio, quomodo id dicere, scribere uè potuerim. Et hoc mihi sæpè contingit.

Iam vero ad hortum nostrum redeamus, ac videamus, quomodo huiusmodi arbores velut prægnantes esse incipiant, quò florescant, & postea fructus dent; quomodo flores item, & Caryophylla, ad odorem emittendum. Hæc similitudo mirè me delectat; quia sæpè in principio meo ( & vltimam vel iam eius Maiestati seruire inceperim ) principio, inquam, respectu eius, quod deinceps de vita mea narrabo, perimagor mihi consolationi erat, considerare animam meam hortum quemdam esse, ac Dominum velut in eo deambulare. Hunc itaque rogabam, vt hofcalorum, virtutum, inquam, iam prodire ( vt videbatur ) velle incipientium odorem adaugeret, vtque hoc in gloriam eius cederet, & vos ipse foueret ( cum nihil in rem meam mihi vellem, aut peterem ) &

S. M. Teresa Opera.

M

quoscun-

S.  
Theresia

Opera

N III  
156

Ex effectibus discernendum est, quando spiritus à Deo est.



quoscunque liberet, præsecaret; sciebam namque eos cum proce-  
tu, & meliores erupturos. Præsecaret inquam: veniunt namque  
in anima tempora, quibus nulla profus hori huius memoria habetur,  
sed omnia in eo auida esse videntur, adeo ut nec irrigando, &  
fouendo ei aqua futura, imò nihil unquam virtuosum in anima  
esse videatur. Graue hoc est, & peracerbum: vult namque Dominus  
ut misellus hortulanus cogitet, omnem quem in eo colendo, irrigando,  
que sumpsit laborem, perditum, & frustra esse. Tunc demum  
fit erudatio, tumque malæ herbulae, quæ ibidem adhuc reman-  
runt, quantumcumque paruae sunt, radicitus extirpantur; & re-  
mirum intelligamus, nullam; quantumuis magnam diligentiam  
hoc sufficere; si gratiæ aquam nobis Deus auferat, & nostrum  
hilum parui, imò minoris, quam nihili faciamus. Hac autem  
tione multum nobis humilitatis acquirimus, atque adeo flores re-  
rescere, & denuo erumpere incipiunt. Ah, DOMINE DEVS,  
omne bonum meum, hoc autem & sine lacrymis, & magno an-  
mea gaudio dicere nequeo) quod ita nobiscum esse velis, sicut in-  
tatis es Sacramento; quod certè cum omni veritate credere pos-  
mus, cum reuera ita sit. Verissimè autem hanc comparisonem  
cere nobis licet, & nisi nos in culpa simus, tecum possumus de-  
ciari, & iucundari, quia tu nobiscum delicias, cum tuas  
se dicas delicias cum filiis hominum versari. Quid hoc est, DO-  
NE mi? quotiescumque verbum hoc audio, magnà anima mea  
trorsum consolatione perfunditur: quam consolationem etiam  
tum, cum valde perdita eram, fieri potest, DOMINE, de-  
posse animam, quæ cum eo peruenerit, ut tales ei tu gratias & de-  
cias præstes, & simul intelligat, te ex ipsius conuersatione, & con-  
mercio voluptatem capere, nihilominus post tot tantosque fauores  
acceptos à te, tamque euidentiæ amoris erga se tui testimonia,  
signa, ut de eo dubitare nefas sit (cum opere, & per effecta,  
ipla pateat) te denuo audeat offendere? Certum est sanè eu-  
diueniri, quæque te non semel, sed sæpius offendunt: nam tu  
ego sum; faxit autem bonitas tua, ut ego sola illa ingrata sum,  
quæ tantam malitiam, tamque excessiuam intolerabilemque inge-  
ritudinem ostenderim. Nam infinita bonitas tua aliquod iam inde bo-  
num adhuc elicit, & quo malum grauius est, eo etiam magis  
misericordiarum tuarum bonum clarius elucescit. Quam merito  
eas in æternum ego cantare & dilaudare possum? Ita sit, obsecro  
DOMINE, & ego eas sine fine cantem; cum tu maximas erga me  
ostendat

*Quomodo  
flores in a-  
nima re-  
erescere  
incipiant.*



ostendere dignatus sis, vt, qui eas vident ac notant, maximopere obstupescant, & interdum me ipsa præ admiratione non capiam, & extra me rapiar, quò te melius laudem, & glorificem. Nam si sine te in me essem, DOMINE, nihil penitus facere possem, nisi fortassis in causa esse, vt hi horti huius flores denuo præsecarentur, adeo vt infelix, & miserabilis hæc terra iterum sterquilinum, qualis antè fuit, fieret. Ne permittas id, obsecro, DOMINE, & noli pati, vt anima, quam tot tibi laboribus comparasti, & deinde toties de nouo redemisti, atque è terribilibus draconis faucibus eruisti, pessum eat.

Ignoscat mihi R.V. quod à proposita materia & scopo digrediar; nec miretur, quia iuxta propositum, & intentionem meam loquor, id est, prout in anima mea affecta sum, scribo, cum hæc interdum, etiam nimis quàm multum faciat, quod se contineat, ne in DEI sui laudibus longius prouehatur, dum ei inter scribendum representatur, & occurrit, quàm multa ei debeat. Et credo fore, vt hoc R.V. minimè displiceat, cum (prout quidem mihi videtur) idem ambo Deo carmen cantare possimus; tamen diuersimodè, quòd ego Deo longè plus debeam, quia plura mihi, sicut R. V. conscia est, & probè nouit, dimittit.

## CAPVT XV.

EANDEM PROSEQUITVR MATERIAM, ET ALIQUA ORATIONIS HUIUS, quoniam quietis vocant, tenenda præcepta assignat. Ostendit item, multas reperi animas, quæ ad hoc Orationis genus perueniant, paucas autem, quæ ulterius ascendunt. Quæ autem hic tractantur necessaria imprimis sunt, & vtilia.

AM vero ad propositum reuertamur. Quies hæc, & recollectio animæ maximè sentitur in satisfactione, & pace, quæ ex ea sequitur, cum maxima potentiarum animæ delectatione, & quietatione, & tranquillità quadam voluptate. Quòd autem anima ulterius non ascendit, hinc nihil ei videtur esse, quod vltra desideret, & libenter cum Sancto Petro peteret, vt suum ei hic tabernaculum construere liceret. Non se vel minimum mouere, aut aliorsum reflectere, audeat, quòd hoc sibi bonum è manibus putet elapsurum & aufugiturum, imò interdum ne respirare quidem veller. Et nescit misella, quòd cum percipit bonum hoc ad se trahere, prorsus non potuerit

S.  
heresiaOpera  
N. V.  
186



potuerit, minùs multò ipsum diutius, quam Domino visum fuerit, tenere & conseruare possit. Iam supra dixi, in prima illa animæ recollectione, & quiete potentias illius non deficere, sed eam Deo suo intentam esse, vt quamdiu id durat, esto duæ aliæ potentia distrachantur quod voluntas D<sup>e</sup>i vnita sit, quies tamen, & tranquillitas non amittatur, sed voluntas è contrà potius intellectum & memoriam paulatim rursus ad recollectionem pertrahat. Nam etsi tandem penitus in Deum absorpta sit, nihilominùs tam benè occupata est ( vt nesciat tamen quomodo ) vt duæ aliæ potentia, quæ necesse est demum diligentiam adhibeant, suum ei gaudium, fructumque & voluptatem tollere nequeant; imò verò sine vllò labore laborat, ne illa diuini amoris scintillula extinguatur. Det mihi queso, diuina Maiestas gratiam, ad hoc benè & intelligenter commendum: permultæ enim sunt animæ, quæ adhuc quidem beatum perueniunt, pauca verò quæ ulterius ascendunt. Et nescio quid hic sit in culpa. Certissimum quidem est, Deo eam ascribendam non esse: cum enim hanc maiestas eius nobis gratiam præstet, quæ ad hoc vsque punctum pertingamus, non credo fore, vt à maiestatis, & amplioribus nobis dandis cessaret, nisi à nostra ipsi per peccata impedimentum obijceremus. Et sanè magni refert, animam quæ huc peruenit, magnam, in qua constituta est, dignitatem intelligere, nec non singularem gratiam DOMINVS ei præstare & quam meritò non deberet esse terrena. Videtur namque bonum eius ipsam iam tum cæli ciuem facere, nisi ipsa sua id culpa impedit. Porro si ipsa respiciat, & retrogrediatur, nimis quàm infelix erit: credidim id ei occasionem fore ad deorsum descendendum, sicut ipsa descendebam, si me Domini misericordia non reuocasset: nam, vti multa quædam videtur, id vt plurimum, ob graues culpas continget, & fieri non potest, vt tantum homo bonum deserat, nisi antea per graue aliquod peccatum valde exæcatus sit. Vndè ex Dei amore, animas, quibus tantam gratiam Maiestas eius præstitit, vt ad hunc statum perueniant, rogo, vt ipsæ agnoscant, & per sanctam & humilem quamdam præsumptionem magni æstiment, quo ad ollas Egypti non reuertantur: & si forte ex infirmitate, malitia peruersa ac misera natura labantur ( vti ego lapsa sum ) bonum quod amiserunt semper præ oculis habeant suspicenturque & metuant ( meritò enim timere possunt ) ne in orationis exercitium & vsum non resumant, è malo in peius ruant. Hoc namque verè lapsum appello, cum scilicet quis viam, per quam ad tantum bonum peruenit, abominatur & abhorret, & huiusmodi animas aliorum quor, non quod velim dicere, numquam eas Deum offendere, aut in pe-

*Descriptio  
oracionis  
quietis vel  
simplicis  
oij.*

*Multa a  
nima ad  
hanc ora-  
tionem qui-  
etis perue-  
niunt, sed  
pauca ul-  
terius ac-  
cendunt.*



atum labi debere; tamen æquissimum foret, ut qui huiusmodi fauores, & gratias accipere incepit, imprimis sibi à peccato cauere: sed miseris sumus, & fragiles. Quod ergo serio moneo, hoc est, scilicet orationis exercitium minimè ei omittendum esse, in ea quippè intelliget quid agat, & dolorem, & contritionem, ac robur, ad denuò resurgendum à Domino accipiet, sibi que persuadeat: (persuadeat, inquam) se, si ab oratione recedat, in præsentissimo, ut quidem mihi videtur, lapsus periculo versari. Nescio sanè, num quod dico, ipsamet intelligam: nam, sicut antè dicere memini, hic iuxta modulum meum alios metior. Hæc ergo oratio veluti scintillula est, quam Dominus in anima excitare, & accendere incipit, veri amoris sui, vultque animam paulatim incipere intelligere, quid amor hic sit, idque cum quodam animi gaudio & sensu. Si hæc quies, & recollectio, & scintillula spiritus Dei sit, non autem gustus quidam, quem aut dæmon dat, aut nos ipsi procuramus (esto fieri non possit, qui experientiam aliquam habet, non statim intelligat, non esse id huiusmodi, ut nos ipsi per nos id obtinere possimus; sed hanc naturam nostram rerum sapidarum & suauium ita auferam esse, ut omnia & singula exploret: sed eam hic quamprimum fringere, & frigidam manere; quia quantumcumque de nouo conetur, & identidem incipiat ignem hunc accendere, quo gustum hunc consequatur, nihil aliud omni hac contentione facere videtur, quam aquam ei extinguendo injicere.) Hæc igitur scintillula à Deo veniens, quantumlibet parua, magnum tamen excitat crepitum, & fragorem, & nisi nostra culpa exstinguatur, luculentum illum in nobis accendere ignem incipit, qui vti suo loco ostendam, maximi amoris diuini illius scilicet, quem in animabus perfectis Maestas eius suscitatur flammam à se emittit. Hæc quoque scintilla signum quoddam vel pignus est, à Deo animæ huic ad hoc datum, quod illam iam tum à magna, & ampla deligat, si ad ea recipienda se ipsa disponat. Est quippè singulare, & eximium quoddam donum, & maius longè quàm dicere possem. Miseret me sanè, quòd, sicut dixi, multas animas noscam, quæ quidem huc pertingant, at earum, quæ hinc, ita ut quidè deberet, ulterius ascēdāt, & transeāt, numerus ita exiguus est, ut me dicere pudeat. Non dico pauca esse; imò multas esse puto, nam per aliquid Deus nos sustentat: at dico quod vidi. Vellem equidem eas serio monere, ut videant, ne, quod acceperunt talentum, abscondant; cum eas Deus ad aliorum plurimorum commodum eligere voluisse videatur; hoc præsertim tempore quo validis, & constantibus Dei amicis opus est, qui debiliores, & infirmos corroborent. Qui autem hanc in se gratiam agnoscant, se ut tales agnoscant, & habeant, si modò leges, quas etiam bona mundi huius amicitia exigit, adimplere norint: alioquin timeant (ut dixi)

S.  
heresia

Opera

N III  
106



& caueant, ne quod sibi damnum, ac malum creent: faxit porrò Deus, ut solis sibi noceant.

Nihil autem aliud animam tempore huius quietis facere oportet, quam ut suauiter, & sine strepitu vllò se teneat: strepitum autem voco per intellectum verba & considerationes multis hinc inde indagare, ad Deo pro huiusmodi beneficio gratias agendas, & peccata sua, & imperfectiones in vnum velut aceruum accumulare, ut scilicet in tantum nihil huiusmodi promereri colligat. Omnia ista hic velut strepitum intellectus quoque repræsentat, memoria feruet. Hæc quippè potentia non rarò me (ut verum fatear) defatigant, quod breuis, & labilis memoria sim, hinc eam subiicere non valeo, voluntas ergo hoc ipso tempore, leniter, & maturè sibi persuadeat, nihil tunc apud Deum per violentiam, & magnam corporis contentionem obtineri: hæc quippè sunt velut vana quædam ligna temerè congesta ad scintillam hanc extinguendam. Ipsa igitur hoc intelligat, & cum humilitate dicat: Domine, quid ego hic facere possum? quid ancillæ cū Domino, quid terræ cū celo, negotij esse quærit aut alia id genus amorem spirantia verba quæ hic occurrunt, ita tamen bene fundata sit, & sciat verum esse id quod dicit; & de intellectu non magnopere laboret, quod is vexator sit, & importunus. Si autem ipsa cū participem facere voluerit eius quo fruitur, aut eum quietum reddere, & recolligere, conetur (sapere enim homo voluntatem recollectam, & quietam esse videbit, intellectum vero inquietum, & turbatum) inconsulto faciet, nec proficiet, satius quippè est, eum sic dimittat, quam post currendo eum insectetur. Voluntas, inquam, hæc gratiâ fruens, se in quiete teneat, & instar sapientis apiculæ domi maneat: nam si nulla omnino apud alueare ingrederetur, sed quo se mutuo in alueare cogerent, omnino uolarent, ægrè admodum mel confici posset. Adeo ut anima multum amissura sit, si hic se prudenter non gerat, præsertim si ingenio acuto sit, & subtili. Nam cum argumenta formare, & rationes iam inquirere incipit; quantumlibet parum, si modò eæ bonæ, & conuenientes sint, aliquid se putabit efficere. Vnica autem, quæ hic formari debet, ratio; hæc est, clare scilicet intelligere, nullam omnino rationem esse, cur tam magnam nobis Deus gratiam conferat, quam unicam ipsius bonitatem, ac considerare, quod ei adeo prope sumus; ad hæc gratias ab eius Maiestate petere; denique tum pro Ecclesiâ, & omnibus, qui nostris se precibus commendarunt, tum pro animabus in Purgatorio detentis eum feruenter rogare, idque sine strepitu verborum, sed cum sensu, quo ab eo audiri desideremus. Est hoc orandi genus, quod multa complectitur, & per quod plus homo consequitur, quam per multos, & varios intellectus discursus. Aliquas in se voluntas ipsa rationes exco-

*Quid anima in oratione quietis facere debeat.*

*Quid scire debeat voluntas in oratione quietis ab intellectu impedita.*



gret, quales ipsamet ratio ei proponet, & dictabit; quod scilicet se melio-  
ratam videat, ad hunc amorem reaccendendum; nec non aliquot actus  
amorosos eliciat: V. G. quid facturus ipse sit in gratiam eius, cui tantum  
debet. Ita tamen, vt, (sicuti dixi) nullum intellectus strepitum, ad res ma-  
gnas indagandas admittat. Plus quippè hic posuit sarrmenta quædã hu-  
militate apposita (quæ etiã minùs quàm straminea erunt, si ipsi ea appona-  
mus) & magis ad amoris ignem in ipsis accendendum iuuant, quam  
multa magna simul congesta rationum (vt nobis quidem videtur) do-  
ctissimarum ligna, hæc siquidem eum quamprimum extinguent. Hæc  
doctrina vsui erit doctis, qui hæc me scribere iusserunt: nam per boni-  
tatem, & gratiam Dei, omnes huc possunt peruenire; & fieri posset,  
quod multum temporis in adferendis, & applicandis S. scripture  
locis impenderent. Et quamuis scientia, & doctrina illos tam ante  
quam post multum iuuare possit, & re ipsa iuuet, quamdiu tamen hoc  
orationis tempus durat, parum (vt mihi quidem videtur) ea necessaria  
est, nisi fortè vt voluntatem tepitam reddat; intellectus quippè, quod  
luci se vicinum videat, tunc maxima claritate perfusus est: vt etiam ego,  
cum sim, quæ sum, iam tota videar alia. Nam esto nihil penè intelligam  
eorum, quæ latinè lego ( præsertim è Psalterio ) tamen, dum in hac  
quietis oratione sum, sæpe non solum intellexi, quid versus latinus so-  
naret in lingua materna, sed etiam vltèrius progressa sum sensum illius  
in lingua Hispanica magna cum voluptate recogitando; excipio ta-  
men, cum aut concionari, aut alios docere debent: hinc quippe eos  
consultum est hoc talento, & bono vsu ad idiotas, & indoctos, qualis  
ego sum, iuuandos: quod charitas, & præsertim frequens hoc ani-  
marum iuuamen præclarum quid sit, dammodo purè propter Deum  
fit. Adeo vt in hisce quietis tēporibus, animam in sua quiete relinquere  
oporteat, & doctrina ab vna parte manere debeat. Tempus siquidem  
veniet, quo doctrina vsui illis erit, & quo tanto eam in pretio habebunt,  
vt pro nullo mundi thesauro vellent, quod eam sibi comparate ne-  
glexissent, id solum, vt per illam Domino aliquod obsequium impen-  
dant, quod multum huc illa conferat. Verumtamen coram infinita illa  
sapientia plus valet ( dicenti mihi velim fidem habeant ) parua qua-  
dam de humilitate comparanda cura, & vnicus eius actus, quam om-  
nis totius mundi scientia. Hic enim non tam disputare, & arguere o-  
portet, quam nosce, quid, & qui simus, nosque simpliciter, & apertè co-  
ram Deo sistere, qui animam simplicem, ignorantem & velut fatuam  
(qualis reuera coram eo est) fieri vult, cum illius maiestas ita se  
desiciat hic, & humiliet, quod eam propè se, & in præsentia sua consistere  
pariatur, cum simus, qui sumus. Intellectus quoque hic excitatur, ad con-  
cinnas,

In oratio-  
ne linguæ  
latinam  
intellige-  
bat ali-  
quando

S.

heresia

Opera

N. V. V.

156



*Voluntas  
melius Deo  
agit gra-  
tia non  
ullo ver-  
bo, quam  
intellectus  
per omnia  
sua verba.*

cinnas, & benè compositas gratias agendas; sed voluntas in sua quiete, & ità, vt cum Publicano ne oculos quidem attollere audeat, magis, & melius gratias agit, quàm fortasse intellectus, quocumque demùm Rhetorices artificio adhibito, facere possit. Denique mentalis oratio penitus hic omittenda non est, vti nec verba aliqua, etiam vocalia, si interdum ea surpare aut velint, aut possint: si enim ipsa quies magna sit, vix loqui homo quidquam potest, nisi summa cum molestia. Et tunc, vt quidem ego arbitror, sentitur, & percipitur, quando sit spiritus Dei, quando autem ipsi tale quid procuremus: idque ex initijs deuotionis, quæ Deus dat, & prout quidem nos, (vt dixi) vt ad hanc voluntatis quietem transeamus, despositi sumus: tunc quippè nullam spiritus hic edit operationem, sed ilico pertransit, magnamque post se ariditatem relinquit. Si verò à diabolo id proueniat, facile id, meo iudicio, anima exercitata intelliget; quod magnam inquietudinem, at parùm humilitatis, & paruam ad effectus, quos ille, qui à Deo est, spiritus producit, dispositionem, adhuc nullam in intellectu lucem, nec in veritate constantiam post se relinquit; parùm & fortasse nihil hic diabolus nocere potest, si, quam anima hic sentit, delectationem & suauitatem, ad Deum referat, suasque in eo cogitationes, & desideria (vt iam suprà monuimus) collocaet. Nihil ergo hic malignus spiritus lucrari potest, imò permittit potius Deus, vt per illam, quam in anima causatur suauitatem, & delectationem, multum perdat: ità enim fiet, vt anima, dum id à Deo prouenire cogitabit, sæpè se ad orandum applicet, idque cum quodam eius habendi desiderio, & si anima humilis, non verò curiosa, nec delectationum, aut consolationum (tamen si eorum spiritualia sint) appetens, sed è contrà crucis amica sit, gustum, quem diabolus subministrat, parùm curabit; sed, si spiritus Dei sit, id facere non poterit, sed magni eum facere tenebitur; sed in ijs quæ à Diabolo veniunt, sicut ipse totus mendax, & mendacium est, ità, & animam propter gustus hocæ, & consolationes se humiliare (hoc namque in omni re ad orationem, & consolationes spectante quàm maximè curare debet, vt inde humilis recedat) videat, sæpius ad eam non redibit, videns quantum inde sibi diuini obueniat. Ob hanc, & multas alias causas in primo Orationis genere, & prima aqua monui, permagni referre, vt animæ sic orationem exercere incipiant, vt simul se ab omni recreationum, & consolationum genere, & quæstrare incipiant, firmiterque solum Christum in Cruce baulanda adiuuare proponant ad instar generosorum equitum, & militum, sine villo omnino stipendio Regi suo militare volentium, cum de sua mercede, & premio securissimæ sint; in verum, & perpetuò duraturum regnum, quod consequi studemus, oculos conijciendo. Magnum quid est, id semper præ oculis habere: maximè initio: nam postea ità oculi illuminantur, vt po-



ut potius necesse nos sit eius obliuisci, vt possimus viuere, quam operam dare, vt meminerimus, quam parum omnia durent, & quam ea nihil sint, & quam nihili faciendâ sit illa, quæ hic habetur, quies & recreatio. Videtur hoc nimis quam tenue, & vile esse, vt etiam reuera est: nam eos, qui in perfectione prouectiores sunt, puderet, & intra semetipsos etiam irascerentur, si ideo se bona mundi huius deserere cogitarent, quod breui ea praterirent, & finem habent. Nihilominus, esto etiam perpetuò ea durarent & solidâ essent, gaudent, quod etiam propter Deum relinquunt; & quo perfectiores fuerint, eò gaudent magis; & quo bona hæc etiam durabiliora erunt, eò etiam magis. In his, qui huiusmodi sunt, amor certo iam locum habet, & fixus est, & hic est, qui ibidem operatur; sed primum incipientibus id, quod dixi, expeditissimum est, nec hoc illi ceu vile, & paruum existimant; magnum quippè bonum est, quod per hoc consequuntur; atque ideo tantopere id inculco: quia id ipsis vsu veniet, vti & eis, qui in orationis via longè prouecti erunt, & maximè tum cum eos Deus probare vult, & prorsus derelinquere videtur. Nam sicut iam dixi (& vellem id nemini memoria excideret) in vita hac, quam viuimus anima eo modo non crescit, quo corpus; etsi ipsum crescere dicamus, & vere etiam crescat: etenim puer, postquam iam creuit, & ad virilis corporis magnitudinem peruenit, non decrescit amplius, nec ad paruam staturam iterum redigitur, hic verò Deus animam vult nonnumquam decrescere (sicut in me ipsa aduertit, quidem in cæteris fiat, ipsa nescio) idque vt nos ad maius nostrum bonum humiliemus, & ne, interim dum in hoc exilio agimus, nostri ipsorū obliuiscamur, cum, qui ad sublimitatem gradum euectus erit, magis timere, & minus sibi fidere debeat. Venit subinde tempus, quo eos, qui voluntatem suam ita iam cum diuina conformarunt, quo ab omni Deo offensione immunes se præsent, necesse est atrocissima potius tormenta, & mille mortis genera subire, quam vt aliquam imperfectionem admittant; ita & venit tempus, quo ad peccata non admittenda eos, (vt quidem tentationibus, & persecutionibus se premi vident) primis orationis armis se communire oportet, & vt antea cogitare, omnia prætereire, nec non cælum, & infernum quemdam esse, & alia id genus. Vt ergo ad id, quod dicebamus, reuertar, magnum certè fundamentum est, ad se à technis, & gubibus, quos diabolus immittit, liberandum, iam inde à principio firmo cum proposito, & resolutione viam Crucis ingredi incipere; nec gustus desiderare, cum ipsemet Dominus hanc perfectionis viam demonstrauit, dicens: *Tolle crucem tuam, & sequere me.* Ipse nostrum exemplar est, & norma; non est quod timeat, qui tantummodo, vt ei placeat,

S. M. Teresa Opera.

N

illius

S. heresia

Opera

N. M. 186

Anima non crescit adimpar corporis, etsi crescat. Et subinde etiam decrescat.



illius consilia sequetur. E fructu, & progressu, quem in se aduerteret, intelligit, id à diabolo non venire: nam esto relabantur, nihilominus hoc signum, & indicium remanet, è quo DOMINUM ibi abesse quando esse commoratum colligatur, scilicet quòd ilico resurgat, nec non illa quæ modo declarabo. Quando spiritus Dei est, non est, quod multa reuoluamus, & inquiramus, quo humilitatem, & confusionem quamdam in nobis excitemus: nam Dominus ipse emittit, modo longè differeque ab eo, quo nostris nos consideramus, oculis eam acquirere possemus, quæ sanè veræ cuiusdam humilitatis; è lucè quadam quam Dominus illic docet, prouenientis, respectu nihil planè sunt; quæ humilitas tantam confusionem causatur, vt homo propè deficiat. Notissimum est, cognitionem, quam Deus nobis dat, vt cognoscamus, nihil nos à nobis ipsis boni habere (quod è magis agnoscere debemus, quo plura, & ampliora ab eo dona accepimus) intensum nobis ad in oratione progrediendum, & eum, quæ quæque demùm molestia nobis occurrente, numquam omittendam desiderium excitare, anima se ad omnia intrepidè offerente; ex ipsa præterea quædam oritur de futura gloria, & saluatione securitas, humilitate, & metu nixa: feruilem quoque timorem statim ab anima expellit, & filialem ei longè iam maiorem quàm ante erat, interit. Quisquam autem hanc cognitionem habet, quemdam amorem Dei, qui, quæ sua sunt, & semetipsum non querat, in se oriri incipere sentit, vidè & in se solitudinem captat, quòd bono hoc diutius, & quietius fruatur. Denique ne diffusior, & longior sim, est hæc quidam omnium bonorum fons, & origo, ac flores eò perducit, vt nihil penè ijs, quo minus appetuntur, desit. Clarè autem hoc anima videbit, imò tunc temporis non poterit non credere, quin Dominus apud se fuerit, quo ad usque se relabens imperfectiones admittere videat, tunc quippe omnia timet. Bonum autem est illam timere: esto non desint animæ, quæ magis proficiant ex eo, quod certo credant Deum hoc causari, quàm per quoscumque timores, qui ei possent incuti, nam animam, quæ ex se amorosa, & gratia est, magis ad Deum redire compellit gratiæ ab eo acceptæ recordationem, quàm omnia, quæ quis ei representet inferni supplicia. Ità saltem ad animæ meæ, esto tam improba sit, factum est. At quia boni spiritus magna vberius à me alibi adhuc exponentur ( vt cui magno constat ea declarare, & in apertum proferre ) idèd hic ea iam non prosequor. Eripere, per Dei gratiam, fore vt in hac re, aliquid, quod profit, dicam. Nam ( vt taceam experientiam, quam satis magnam habeo ) id à quibusdam viris solidè doctis, adhuc vitæ sanctitate præstantibus, quibus æquum est credere, accepi, ne animæ, quæ per Dei bonitatem



ad hunc gradum pertingent, ita afflictæ & oppressæ incedant, sicut ego afflictæ fui.

CAPITULUM XVI.

AGIT DE TERTIO ORATIONIS GRADU, IN QVO sollicita quadam puncta declarat, & quid anima, que huc peruenit, possit, nec non affectus, quos magne he gratie Dei causantur. Erunt hæc, ut quis mentem ad Deum laudandum discat eleuare simul & consolationem eius, qui huc peruenit.

Ita de tertio aquæ, qua hortus hic irrigatur, genere loquamur, est autem hæc aqua, vel in flumine profluens vel è fonte saliens, qua quidem minore cum labore hortus irrigatur, tamen si etiam aliquis subeandus sit in eo, quod aqua conducenda sit. Vult Dominus ita hic hortulanum adiuuare, ut ipse quodammodo hortulanus sit, & quidquid faciendum est, faciat. Est quidam potentiarum animæ somnus, ut quæ nec penitus perduntur, nec, quid agant, intelligant. Gustus quoque suauitas & delectatio incomparabiliter maior est, quam qui in secundo gradu fuit, quod scilicet aqua gratie ad vsque fauces huius animæ pertingat, adeo, ut ulterius nequeat progredi, aut quomodo possit nesciat, nec tamen retro cedere vult, eo quod maxima gloria fruatur. Quare perinde est, ac qui cereum, & candelam benedictam in manu habet; quod iam propè sit ut moriatur, sed morte optata & desiderata, adeo, ut in hac agonia, & angustia maximis quibusdam, & indicibilibus voluptatibus fruatur. Quod sanè aliud meo iudicio non est, quam omnibus mundi rebus penitus & totaliter prope mori, & Deo frui. Quod quomodo aliis verbis significem, aut declarem, prorsus nescio, sicuti nec anima tunc scit, quid agat; nescit enim an loquatur, an taceat, an videat, an fleat. Est hoc gloriosa quædam dementia, ac cælestis stultitia, in qua vera sapientia latere dignoscitur: nec non suauissimus, & sapidissimus Deo fruendi modus pro anima.

Somnus potentiarum animæ.

Nimium gaudium non est perfecta potentiarum unio, sed ei proximum est.

Sapè autem hocce orationis genus Dominus mihi quàm abundantissimè iam ab hinc quinque aut sex annis, si bene memini, dedit; sed illam nec intelligebam ipsa, nec etiam aliis exponere potuissem; unde cum ad eam describendam peruenissem, statueram apud me, vel admodum parum, vel nihil omnino de ea dicere: satis quidem intelligebam eam totalem omnium potentiarum vnionem non esse, & liquidò patere esse quid

N 2

S. heresia

Opera N VII 108



quid amplius, quam superius orationis genus, tamen fatear necesse est me nec discernere, nec intelligere potuisse, in quo hæc differentia sita esset. At existimo Dominum ob humilitatem V.R. (quod nimirum rei deo vilis, & simplicis, qualis ipsa sum, operari uti voluerit) mihi hodie hæc orationis genus, postquam communicassem, dedisse, ita ut progredi minime possem; & has comparationes, & eius explicandæ modum, ac quæ animam hic facere oporteat, mihi suggestisset. Quod sane mirabas, & in momento omnia quam perfectissime intelligebam. Sæpe hic velut impetu mei eram, & hoc amore quasi ebria; nec quid, vel quomodo hoc esse hæcenus scire potueram. Intelligebam quidem, quod esset Deus; sed intelligere non poteram, quomodo hic operaretur, nam reuera potentia hic penè totaliter unitæ sunt, sed tamen non ita absorptæ, ut ab operando cessent. Incredibiliter gauisa sum, quod id modo intellexerim. Beneficentus sit Deus, qui ita me recreauit. Potentiæ habilitatem dumtaxat habere ad se totas cum Deo occupandas; ita ut illarum nulla se videatur auidem mouere, aut nos facere possimus, ut aliqua harum se moueat, nisi magna adhibita contentione nos ipsi distrahere vellemus; ac ne tum quidem id mihi vllatenus videtur fieri posse. Multa hic verba in Dei laudem reconditæ; ac sine vlllo profuso ordine proferuntur, nisi Dominus ipse ordinaret; ipse saltem intellectus ad hoc inutilis est. Vellet quidem animam libenter plenis Deum vocibus laudare; sed ita constituta est, ut in se ipsa durare nequeat. Et est hoc suavis quædam iniquitas, & turbatio. Iam ignis flores aperiantur, iam edorem efflare incipiunt. Hic vellet anima, ut oculos suam gloriam viderent, & intelligerent, quod sic Deum laudarent & deprecarent, seque in illo laudando iuarent: quin imò gaudij illos libenter participes facere vellet, quod tantum ipsa gaudium capere nequeat. Vnde perindè se ipsa hic habere videtur, ac mulier illa Euangelica quæ vicinas suas congratulatur sibi conuocare volebat, vel de factis conuocabat; hoc mihi sentire debuisse videtur admirabilis ille spiritus Regij Prophetae Davidis, eum Dei laudes, & ore caneret, & Cytharâ pulsaret. Ergo gloriosum hunc Regem equidem mirè afficior; & omnes affici vellem, eos imprimis, qui, sicut ego, peccatores sunt. Quis, ô Deus bone, animæ status est, cum sic constituta est: tota vellet in linguas conuenire, quod Dominum laudare posset, sexceteras sanctas nugas, & fatuitates profertim sapienter semper placere desiderans ei, qui eam hoc modo detinet. Non quamdam personam quæ, esto poeta non esset, ex tempore tamen legebres quosdam versus effunderet, quibus eam, quam patiebatur, penam, & afflictionem commodè exprimebat; non quod eos ipsa ex ingenio suo componeret, sed, quo magis frui posset gloriâ, quæ tam suauiter eam roquebat, & ex cruciabat, apud Deum suum de illa exposculabat. Velle

*Ad quid  
potentia  
apta sunt in  
inbilo.*

*Inquiritur  
de sapientia.*

*Stimulus  
anima in  
hoc inbilo  
conspicitur.*



ergo totum corpus, & animam suam in frustra discerpi, quò gaudium suum, quod vnà cum hac pœna sentit, ostenderet. Quod tunc tormentorũ genus ei proponetur, quod non ei suauis, & volupe sit pro Domino suo tolerare: videt ad oculum Martyres à parte sua nihil propè in supplicijs, & cruciatibus tolerãdis fecisse: intelligit siquidem anima, & liquidò perspicit, aliu ndè hanc fortitudinem venire. Sed quàm ei erit graue, quod iterum sapientiã uti incipere ad in mundo viuendum, & denuò ad negotia, curas, conuersationes mundanas debeat reuertri? Non videor autem mihi hic quidquam, plus quàm oporteat, de gaudio illo, quod Dominus animam in hoc exilio sentire vult, locuta fuisse: vt etiam longè infra dignitatem de eo locutam me existimem. Benedictus proindè sis in æternũ Domine, & omnia te perpetuò, & in sæculum sæculi dilaudent: fac iam, Rex meus, (togo te) vt, cum mihi sic, nullo meo merito, hanc gratiam præstas, sine sancta, & cœlesti hac stultitia non sim, vt, inquam, omnes, quibuscum agam, tuo amore etiam stultescãt, aut præsta, ne cum nullo omnino agam; aut itã res dispone, Domine, ne vllam rem, quæ mundi huius sit, posthac curem, aut ex illo me educito. Non potest ancilla tua, Deus meus, amplius tam graues, quæ ei, ex eò, quòd te carere se videt, superueniant difficultates, & anxietates proferre. Nam, si ei amplius, & diutius hic viuendum sit, nullam in hac vita quietem habere cupit; neue tu hanc illi concede. Iam tum anima hæc se liberam videre vellet, cibum sumere, ei mors quodammodo est, somnum capere tædiosum, videt vitæ huius tempus sibi effluere, idque in recreationibus, & iam nullã se re, præterquam te solo, recreari posse, vt iam contra naturam viuere videatur, cum iam non amplius in se, sed in te solo viuere vellet. O Deus vere, & gloria mea, quàm delicatam simul & ponderosissimam crucem præparasti, qui ad hunc statum perueniunt! delicatam, inquam, quia suavis est; ponderosam verò, quia incidunt tempora, quibus omnis tolerantia, & patientia ei ferendæ impar sit: nolle tamen anima vmquam ab ea libera esse, aut carere, nisi vt quamprimum ad te euolaret, teque in gloria iam frueretur. Sed, cum recordatur, nullum se tibi obsequium impendisse, & nullã in te seruissè; at si diutius in vita maneat, tibi posse seruire, longè adhuc grauius sibi onus optaret, & ad usque mundi consummationem in vita manere vellet; de quiete, & remissione laboris nullo modo laborat, dummodo paruum aliquod tibi obsequium possit impendere; nescit quid desiderare velit, sed hoc nouit, aliud se, præter te, non desiderare. O Fili mi! (nam is cui hæc dirigo, & qui me hæc scribere iussit, ita humilis est, vt hoc se nomine dici velit) tibi soli reserua illa, in quibus me limites debitos videbis transilire: nam nulla ratio satis est ad me detinendam, cum me

N 3

Domi-

S.

heresia

Opera

N 11

156

Cruce lenis  
& grauis-  
sima, suauis  
simul  
& intolera-  
bilis qua  
sit.



DOMINVS extra meipsam trahit: nec me esse credo eam, quæ loquor iam inde ab hodiè mane, quo Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpsi: videor velut in somno videre ea quæ video, & vellem nullum alium videre, quàm qui eodem laborant morbo, quo ipsa modo laboro. Rogo R. V. vt omnes quotquot sumus, stultescamus ex amore eius, qui nostri causa stultus est cognominatus. Quod autè dicis, miro te me amos prosequi, velim id opere mihi ostendas, preparando te videlicet, vt hæc tibi Dominus gratiam conferat. Nimis quàm paucos enim video, qui non plus, quàm sapientes sint, ad id, quod ipsis expedit. Fieri etiam potest, vt & ego huius sapientiæ plus habeam, quàm mortalium vllus: sed rogo te, Pater mi, vt mihi hoc non permittas (neque enim minus pater meus es, quàm filius meus, quia Confessarius meus es, & is, cui animam concedidi) ne permittas, inquam, me decipi, sed veritatem mihi declara: quæ hæc in re rarè, quòd verum est, dicitur. Vellem nos quinque, qui nunc inuicem in Domino diligimus, tale inter nos pactum iniremus, vt sicuti alij hæc temporibus clanculò aduersus maiestatem eius, congregari solent, idque ad iniquitates decernendas, & hæreses stabilendas, ità ipsi interdum ad inuicem ab errore vindicandos, & declarandum, quæ in re vitam quisque nostram corrigere, ac magis Deo placere possemus, conueniremus. Nemo enim, tam benè seipsum nouit, atque nos norunt ij, qui nos vident, & tractant, dùmmodo id cum amore, & quædam nos mutuo adiuuandi intentione fiat. In secreto, inquam: quia hoc loqui iam publicè inusitatum est; adeo vt etiam concionatores conciones suas iam ità disponant, vt placeant cuiuslibet, nemini displiceant. Bonam quidem hi in hoc habere poterunt intentionem, & opus ipsum etiam bonum in se erit; pauci tamen sunt, qui idè vitam in melius commutent. Sed cur fit, vt pauci admodum hodiè ob ea, quæ in concionibus audiuerunt, publica vitia emendent? quia, vt mihi quidem videtur, concionatores nimium sapiunt, & sapientes sunt: non habent, vt taceam nimum illud sapere, magnum illum amoris diuini ignem, quem habebant Apostoli; sed vellea maior esset eà, quàm in ipsis video. Nouit R. V. quid maximè in causa sit? quod videlicet Apostoli vitam iam contempserunt, honorem iam parui fecissent, & vt veritatem vnã docerent, eamque ad Dei gloriam tuerentur, non pluri æstimarent omnia amittere, quàm omnia lucrifacere: nã qui propter Deum sincerè, ac verè omnia quàm libentissimè periculo exponit, æquissimo animo tam hoc, quàm illud acceptat. Non dico, me talem esse; sed vellem essem.

O Quanta libertas est, quòd instar carceris, & captiuitatis homo ducat, quòd in hoc mundo viuere, & secundum mundanas leges, & ritus agere debeat! quæ quoniam à Domino datur, & venit nullam sal-

*Concionatores audito-rio suo, lacere gestunt.*



non sanè mancipium, aut captivus est, qui non libenter omnia discrimini exponat, quo se in libertatem vindicet, & in patriam redeat. Et quandoquidem hoc vera ad eam via est, non est, quòd in illo tergiversetur: nam numquam, quoad hic vivemus, tam magnum thesaurum perfecte comparare nobis poterimus: suam nobis Dominus gratiam ad hoc concedat. Porro R. V. si ita ei videbitur, laceret, quidquid hic dixi, sibi hoc, velut epistolam sibi soli missam, seruet, ac mihi meam ignoscatur audaciam, quæ nimis quàm magna est.

CAPIT. XVII.

IN EADEM MATERIA TERTII HVIVS ORATIONIS GRADUM PERGIT, & effectus, quos hic operatur, nec non damnata, quod ab imaginatione & memoria hic promittit, prosequitur.

Hic orationis modus iam utcumque sufficienter expositus est, nec non quid animam, quæ eum habet, facere oporteat, aut potius quid Deus in ea faciat: ipse enim est, qui hortulani partes iam subit, illam autem vult requiescere, & lætari; ita ut voluntas in gratias illas, quibus fruatur, dumtaxat consentiat, seque resignare debeat ad omnia, quæcumque vera sapientia in ipsa operari volet. Ad quod generoso haud dubiè, & constanti opus est animo. tam intensum quippè id gaudium est, ut aliquando parum, aut nihil abesse videatur, quin anima è corpore egrediatur. Sed quàm beata, & optanda mors hæc foret! Non inscite huc facere videtur illud, quod R. V. dictum est, nimirum animam se totaliter in DEI brachia resignare, & consignare debere, ut si DEVS illam in Cælos tollere velit, tollat, si ad infernum detrudere, propterea non se alligat, modò à bono suo non diuellatur, si vitam finire, hoc velit; si ad mille annos vitam extendere, pari modo contenta sit; maiestas denique illius non secus de ea, ac de re propria disponat: neque enim anima iam sua, aut sui iuris est, sed tota quanta quanta est, Domino tradita est, hinc de nulla prorsus re sollicita est. Itaque cum ad tam sublimem orationis, qualis hic est, gradum evocata erit (nam cum Deus ei hunc dat, omnia hæc, imò & multò plura facere potest: hi quippè eius sunt effectus) intelligit hoc se sine vlla intellectu defatigatione facere; nisi quòd hic, meo iudicio, velut consternatus hæreat, apud se considerans, quàm benè Dominus hortulani partes expleat; dum non vult, ut hic laborem vllum subeat, sed dumtaxat florum, iam redolere incipientium odore sese oblectet. Cum enim ipsemet hortulanus, etiam aqua ipsius creator sit, ea, cum iam

Voluntas se resignare debet ad omnia quæ Deus volet. Gaudium animæ quantum sit. Effectus terræ gradus orationis.

S. heresia

Opera N. VII 156



semel affluere incipit, quantumlibet parum affluxus hic duret, sicut  
 prorsus mensura datur, adeo ut, quod paupercula anima magnis labo-  
 ribus, & sudoribus, viginti annorum spatio, quo intellectum torit, co-  
 quire, & comparare non potuit, cœlestis hic hortulanus in momento  
 perficiat, ac fructum ita crescere, & maturescere faciat, ut de horto suo  
 commodè anima sustentare possit, Domino scilicet, ita volente. Attamen  
 facultatem ei non dat, ad fructum alijs elargiendum, quoadusque in-  
 met, ita corroborata sit, eò quod inde comedat, ut non satis ei sit illam  
 gustasse, & de profectu, prouentuque nihil sollicita, nec compensans,  
 qui fructum sibi dabit, alios velut dispendio, ac sumptu suo sustentet, ut  
 nutriat, ipsamet interea fortasse emoriatur fame. Satis superque hoc de-  
 claratum erit pro illis, qui ex ingenio melius id applicare poterunt, quam  
 id ego dicere, ut quæ etiam in hoc defatigor. Denique virtutes nunc  
 tiores, & validiores sunt, quam in priore illa oratione quietis, quod ip-  
 sammet animam latere non potest, cum se iam longè aliam esse videat.  
 unde nam res magnas operari incipiat miretur; idque per odorem, quem  
 flores, quos Dominus iam sese expandere vult, ex se emittunt: ut quidem  
 intelligat se virtutes habere, clarè tamen videat, se eas nec posse, nec etiam  
 per multos annos potuisse sibi acquirere; cœlestem tamen hortulanum  
 has sibi pauxillo hoc tempore, contulisse. Maior hic, & profundior in-  
 nima humilitas manet, quam in gradu superiori: clarius namque perspi-  
 cit, se ad hoc nec parum, nec multum de suo contulisse, sed solum contem-  
 sum præstitisse, ut suas in ipsam Dominus gratias infunderet, & ipsa  
 per voluntatem amplecteretur. Porro hic orationis modus apertissima,  
 & notissima quedam anima totius cum Deo vnio mihi videretur esse, nisi  
 quod Maiestas eius potentius illius facultatem facere velle videatur, ut  
 intelligant simul, & fruantur magnis illis rebus, quas illi cooperatur. Inre-  
 dum imò & sæpè contingit, ut, cum voluntas iam vnita est (quò R. Van-  
 telligat, & norit, hoc fieri posse, & simul perspectum habeat, quando illi  
 sibi fiet; me saltem id penè stultam reddidit, & propterea hoc loco id me-  
 neo intelligat, & cognoscat homo, voluntatem suam vincitā tenent, &  
 in fruitione esse: cognoscat, inquam, voluntatem solam in magna quiete  
 esse. Intellectum vero, & memoriam ab alia parte ita interim libera esse,  
 ut & negotia externa tractare, & operibus Charitatis intendere possint.  
 Et licet hoc vnium quid esse videatur cum oratione quietis, de qua iam  
 egi, ex parte tamen diuersum est: nam in illa anima ita se habet, & consti-  
 tuta est, ut se ne vel minimum commouere, aut distrahere vellet, interim  
 dum sancto illo Mariæ otio perfruitur. Sed in hac oratione etiam Mariæ  
 manus, & officium locum habere potest. Adeo ut anima simul, ut ita di-  
 cam, & actiuam, & contemplatiuam vitam exerciat, operibusque  
 Charit-

*Virtutes in  
 hoc gradu  
 magis sunt  
 fortes quàm  
 in supra-  
 rioribus.*

*Hæc oratio  
 est quædam  
 anima vnio.*

*Cum vo-  
 luntas ita  
 vnita est  
 memoriæ,  
 & intelle-  
 ctui exte-  
 riora tra-  
 ctare pos-  
 sunt.*



Charitatis, & negotijs statui suo conuenientibus, nec non lectioni possit intendere: ita tamen, vt qui tales sunt, absolui sui ipsarum Domini non sint, & potissimam animæ suæ partem alio in loco esse intelligant. Perinde ac si hic cum aliquo loqueremur, illic verò nos alius quispiam alloqueretur, quia nec huic, nec illi perfectè nos totos dare possemus. Est hoc huiusmodi, vt apertè, & ad oculum sentiat, magnamque secum satisfactionem, & gaudium affert, & simul animam præparat, vt, cum aliqua sollicitudine, & à negotiorum tractatione vacandi haberi occasio potest, ad tranquillissimam quandam quietem ipsa paulatim perueniat. Non aliter quam dum quis in se ipso contentus & satur est, ita vt cibo opus non habeat, sed stomachum contentum esse sentiat, vt quidem de quocumque cibo obuios edere nolit, ita tamen satur, & plenus non sit, vt, si bonum & sapientum aliquem cibum antè se videret, eum non æuidè, & magno cum appetitu comederet. Pari modo nullum mundi gaudium tunc homini placet, aut arridet, quòd intrà semetipsum habeat, qui se satiat, & repleat. Interim tamen maiora à Deo gaudia, intensioraque eius voluntatem adimplendi, maioremque ex eiusdem conuersatione voluptatem sentiendi desideria habere vult.

Est & aliud vnionis genus, quæ nondum quidem perfecta, & plena est vnio, maior tamen eà quam iam descripsi, non tam magna tamen, atque est eà, quam tertia hæc aqua postulat (non parùm R. V. gaudebit, si quando Dominus omnes eas tibi dabit; & si nondum eas habeas, gratiam saltem tibi erit, hoc descriptum habere, & intelligere quid sit. Tanti enim gratia est, quòd Deus gratiam det, quàm est intelligere, quòd gratia sit; vt etiam est scire, dicere, & exponere quomodo hoc sit. Et quamuis, ne anima turbata, & meticulosa ircedat, vtque animosius per viam Domini pergat, omnia, quæ mundi sunt, sub pedibus conculcanda, sola primâ gratiâ opus esse videatur, nihilominus perutile est id intelligere, nec non singularis quædam Dei gratia, pro quâ Domino gratias ingentes agat oportet, qui ipsam accepit, cui verò ea data non est, gratias nihilominus ei agere debet, quòd saltem alicui viuientium ipsam contulerit, quò is deinde nobis per hanc proficit.) Ergo hic vnionis modus, quem dicere volo, sæpè iam contingit (ac in particulari mihi, quia hæc mihi gratiam sæpissimè Deus dat) vt voluntatem, imò & intellectum, vt mihi quidem videtur, Deus opt. max. velut comprehendat, & constringat, etenim hic non discurrit, sed dumtaxat Deo suo fruendo occupatur; non secus atque aliquis, cui tam multa videnda occurrunt, vt, quo oculos conuertat, nesciat, & vnus visum propter aliud amittat, ac tandem nullum prorsus rerum visurum signum dare possit. Memoria verò libera manet, (vti & imaginatio, vt quidè veri simile est,) quæ, quia se solam esse

*Quid anima in hac orationis gradu querat.*  
*Nouus vnionis modus, in quo voluntas est intellectum. Huiusmodi vnio, in qua vnus visum propter aliud amittit, ac tandem nullum prorsus rerum visurum signum dare possit. Memoria verò libera manet, (vti & imaginatio, vt quidè veri simile est,) quæ, quia se solam esse*

S.  
heresia  
Opera  
N. VII  
186

S. Matris Teresæ Opera.

videt,



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



*Memoria  
quasi car  
tamen  
moueat*

videt, haud dictu facile est, quale certamen & pugnam cieat & quomodo omnia perturbare, & inquietare gestiat. Quod ad me, diutius haere nequeo, & iam dudum ipsam sum execrata, saepeque Dominam rogavi, vt, si ita me perturbare, & impedimento esse debeat, tali in occurrerit, & occasione eam mihi penitus auferret. Vnde non numquam ei dico. Quando nam ò Deus meus, anima mea tota ad te laudandum iuncta, & vnita erit, non vero per partes, velut membratim discerpta, vt se ipsa mouere nequeat? Hic video, quantum nobis peccatum mali attulerit, cum ipsum ita nos subegerit, & seruos reddiderit, vt quod vellemus facere nequeamus, semper inquam Deo nostro occupari. Dixi hoc subinde mihi euenire (quin etiam hodie id euenit, vnde tam bene illius iam recordor) quod scilicet anima mea quodammodo se annihilat, & destruat, quo se coniunctam, & totam videat ibi, vbi potissima, & maxima eius pars est, sed hoc ei impossibile esse quod memoria, & imaginatio tale bellum moueant, vt præualere prorsus nequeat: sed, quia reliquæ eius potentia eas destruunt, hinc nihil efficere, ac ne quidem vllum eis malum inferre possunt, utpote impotentes, esto nimis quam multum faciunt mali, dum animæ quietem interrumpunt. Dixi ne malum quidem inferre eas posse, quod vires sufficientes ad hoc non habeant, nec in vno esse, & statu permaneant: nam quod intellectus nihil penitus memoriam iuuet, in re quam ipsa ei representat, hinc non quiescit, nec vna in re sistit, sed ab vna ad aliam transcurrit, & ad instar papilionum illorum, vespertinorum importunorum, & inquietorum, huc, illaque volitans, se transfert. Hæc porro mihi similitudo maxime propria huius rei declarandæ esse videtur, nam esto nullum papiliones hominibus damnum inferre possint, valèdè tamen importuni, & molesti sunt in rebus. Cui malo nescio quod adhiberi remedium posset; etenim hæc nus nullum me Dominus edocuit; namquam libentissimè hoc ego pro me vterer, quod hæc me res vt dixi sæpius inquietet, ac cruciet, vnde hinc & nostram miseriam, & simul Dei potentiam quam manifestissimè colligere possumus, cum vna facultas, quæ libera est, tantum nobis malum & inquietudinis, alia verò duæ, quæ Maiestate illius occupatæ sunt, tantum quietis, & tranquillitatis afferant. Vltimum, quod tandem, postquam multos me annos diuersimodè torissem, inueni, remedium est id, quod iam supra, cum de oratione quietis agerem, proposui; scilicet non pluri memoriam faciendam, quam fructum aliquem, sed eam in sua fatuitate relinquendam, quod solus Deus eam ipsi auferre possit. Denique cum hic seu serua, & ancilla maneat, cum nos cum potentia tolerare oportet, sicut Iacob Liam pertulit, quod nobis quam magnam nobis Dominus gratiam det, quod Rachelis frui amplexibus

*Quale de  
dum me-  
moriam &  
imagina-  
tio mo-  
uuant.*



plexibus possim. Dixi quod ancilla maneat; quia alias potestas, omni deum adhibita diligentia, & conatu, ad se pertrahere nequit, imo illa, etiam sine vilo profluo labore, & difficultate, hanc sepe ad se venire faciunt. Et subinde ita Deus facilis, & benignus est, ut compassione quadam moueatur, ex eo quod ipsam pre desiderio, ut cum aliis potentis sit, ita perditam, & turbam videat: & permittit Maiestas illius, ut ab igne diuine illius candelae aduratur, vbi alia dua iam in cineres conuersa naturaliter suum esse penè amiserit, ac tantis bonis supernaturaliter fruuntur in omnibus hisce modis, quos de vltima hac fontana aqua exposui, tanta sita est gloria, & animae quies, ut etiam corpus recreationis, & gaudii illius quam apertissime participet (& hoc percipitur quam manifestissime) & virtutes tales, quales dixi, incrementum capiant. Videtur autem Dominus hocce varios animae status tam aperte, meo iudicio declarare voluisse, atque hic in terra exponi ab aliquo possunt. Poterit autem R. V. si visum fuerit, hanc cum viro aliquo spirituali, qui huc peruenit, conferre, qui, si hanc bona esse dixerit, credas à Deo hanc dicta esse, Maiestatique eius eadem accepta refer, nec non propterea quam maximas ei gratias agito: nam, sicut dixi, veniet tempus, quo non parum gaudebis, quod, hoc quid sit intelligas. Interim verò, dum tibi hanc intelligendi gratiam Deus non dabit (etsi fruendi tibi gratiam dat) poteris per hanc, adiuuante & ingenio, & doctrina intelligere, quomodo illam primam à Deo acceperis. Sit ipse per omnia seculorum secula benedictus. Amen.

## CAPVT XVIII.

IN QVO DE QVARTO ORATIONIS GENERE AGIT; ET excellenti quodam modo declarare incipit, quanta in dignitate Deus animam, qua hunc ad statum peruenit, constituat. Seruit hoc porro caput ad multum animandos eos, qui in ratione additi sunt, ut ad tam sublimem statum peruenire omnimodis conitauerint, cum hic in terra is haberi possit; non quidem quod eum mereamur, sed ex sola Dei bonitate. Legendum autem hoc magna cum attentione & aduertentia.

Respice mihi Dominus verba, ut de quarta aqua aliquid dicere valeam; ad hoc autem eius gratia, & auxilium imprimis necessarium est magis etiam, quam ad gradum & aquam superiorem: nam in priore illa adhuc sentit anima, nondum plane se mortuam esse (Sic enim loqui possumus, cum mundo mortua sit) sed, vti dixi, adhuc intelligit se in mundo esse, suamque solitudinem sentit, & exteriorum ad-

Quarta  
et vlti-  
ma ora-  
tionis gra-  
tia.

S.  
heresia

Opera  
N. VII  
186



miniculo vititur ad id, quod sentit, per aliqua saltem signa, declarandum. In vniuersa oratione, & in omnibus eius, quos dixi, gradibus aliquem quidem hortulanus laborem subit, at in his posterioribus laboribus tanta permixta & adiuncta est gloria, animæque consolatio, vt numquam ab ea separari vellet; ideoque id non tam vt laborem, habet, quam vt gloriam. Non est hic sentire, sed tantum frui, ita tamen, vt non intelligat homo quo fruatur, at intelligat tamen tali se bono frui, in quo simul omnia bona inclusa sunt; sed bonum hoc non comprehenditur. Sensus omnino hoc in gaudio, & fruitione occupantur, ita vt nullus sit qui vacet, quominus aliquid aliud tum internum, tum externum possit intendere. Antequam facultas illis datur quædam, vt dixi, signa edendi magni illius gaudij, quod sentiunt; hic verò & incomparabiliter maiori gaudio animæ perfunditur, tamen multò minus se declarare ipsa potest, quod nulla tam in corpore, quam anima facultas reliqua sit, ad gaudium hoc alij proponendum, aut communicandum. Nam illo in tempore, omnia ei per magno impedimento, tormento, & quietis suæ turbationi forent, & alio modo, siquidem omnium vnio sit potentiarum, eam, quamdiu in illa versatur, tamen si etiam vellet, id declarare non posse, & si posset, iam non esse vnionem. Quomodo autem hæc vnio fiat, & quid sit, exponere non possum; id in mystica Theologia traditur, & declaratur: Non nominare quidem possem nomina, nec intelligere scio, quid sit mens, aut quæ sit inter mentem, & animam, aut spiritum differentia: omnia quæ mihi vnum, & idem quid videntur esse, tamen si anima subinde à se ipsa egrediatur, idque ad modum ignis, qui & ardet, & flammam eiaculat, interdum quoque cum impetu quodam crescit, dum nimirum flamma hæc sublimè admodum supra ignem sese effert; non propterea tamen quod distinctum est, sed eadem flamma, quæ in igne est. Hoc quid sit, R. V. sua doctrina & eruditione facile intelligunt; nam equidem pluribus & clarius id exponere non possum. Quod autem dicere intendo, hoc est, scilicet, quid anima sentiat, cum in hac diuina vnione est. Quid autem vnio satis nimis cognitum est, nimirum, duas res diuisas, & separatas, nam fieri, & in vnâ coalescere.

*Nihil hic sentit sed solum fruatur homo, ita tamen ut non intelligat quo fruatur.*

*Omnipotentiæ vnio.*

*Quid sit vnio.*

Quam ô Deus meus, bonus es! benedictus esto in tempore tuo & vltra. Laudent te, Deus meus, omnia, quod ita nos dilexeris, & deò vt de hac communicatione, quam etiam in hoc exilio cum animabus habes, cum veritate loqui possimus: quæ esto bona, & sancta sint, nihil minus magna quædam, & liberalitas, & magnanimitas, & talis, qualis ô Domine mi, decet (vt qui das pro eo, atque es) ita te ijs communicare liberalitas infinita, quam magnificata sunt opera tua! confestnant quæpe, & in admirationem rapiunt eos, qui terrenis rebus intellectum ita



copatum non habent, vt nullum ad veritatem intelligendam ijs lumen sit  
 reboquum. At quod animabus toties, tamque grauius te offendentibus,  
 tam eximia, & rara beneficia præstes, omnem ingenij mei captum super-  
 tar, & cum hoc mecum ipsa voluere incipio, præ stupore vterius progredi  
 non possum. Quo ibo, ne retrocedam? si tibi gratias pro tam ingentibus  
 beneficijs agere velim, nescio quomodo id faciam, & si interdum id ad  
 mei solatium facere coner, non dico nisi impertinentia, & absurda. Et fa-  
 pe fit, vt cum iam recenter gratias illas accipio, vel Deus mihi iam illas  
 facere incipit (nam, cum in ipsarum medio versamur, nihil penitus, vt  
 iam dixi, facere possumus) tunc dicam: vide, Domine, quid agas, tam ci-  
 ro peccatorum meorum enormium noli obliuisci, esto eadem, quod mi-  
 hi illa ignosceres, oblitus sis, & vt aliquem Beneficijs tuis, & gratijs  
 modum ponas, peccata mea in memoriam quæso, reuoca. Noli, mi crea-  
 tor, tam pretiosum liquorem, in vas ita pertusum, & subtile infun-  
 dere, cum iam alias sæpè videris, quod toties eum ipsa effluere & perire  
 fuerim. Noli huiusmodi thesaurum tali in loco ponere, in quo con-  
 solationum vitæ huius appetitus nondum pro eo, atque oport-  
 teret, extinctus est; nam inutiliter is, & perditè impenderetur. Qua-  
 re Urbis huius propugnacula, & arcis, quæ in ea est, claues, guber-  
 nationem ita ignauo, & meticuloso tradis, qui ad primum insultum, & op-  
 pugnationem hostes ingredi sinit? Non sit, ô Rex æternæ, amor  
 tuus erga homines tam intensus, vt, eius ergo, tam pretiosa monilia  
 discrimini exponas. Videris hac ratione, Domine mi, velut occasio-  
 nem dare, vt ipsa parui fiant, cum ea in manu, & facultate tam im-  
 probæ, vilis, debilis, miserabilis, tamque contemptibilis creaturæ  
 ponis; nam, esto cum tua ope, & gratiâ quâ sanè, prout quidem ip-  
 sa sum, non exigua opus habeo) quàm maximè conuitatur, ne  
 ea amittat, nemini tamen in re aliquod compendium catifare potest.  
 Adhæc sum mulier, & non bona, sed improba: Denique videntur ta-  
 lenta non solum abscondi, sed & defodi, cum ea in terra adeo sterili, &  
 infertili collocantur. Non soles autem, Domine, huiusmodi magnalia,  
 & beneficia animæ alicui conferre, nisi vt per illa alijs multis profint.  
 Nosti quoque, Domine Deus meus, me ex tota voluntate, & corde, &  
 iam tibi supplicare, & subindè etiam supplicasse, & idcirco me etiam  
 maximum, quod quidem in terra possidetur, bonum amittere, conten-  
 tam, & paratam esse, vt hæc beneficia, & gratias conferas ijs, qui ma-  
 iorem per ea fructum faciant, & pluribus profint, vt sic tua glo-  
 ria maior fiat, & adaugeatur. Hæc & alia id genus sæpè ad DEVM  
 proloquebar: postea verò meam ipsa hinc perspiciebam inscitiam,  
 & quàm parum essem humilis: nouit quippè Dominus, quid expediat  
 & con-

O 3

S.  
Heresia

Opera

N. VI

156



& conueniat, nec non animam meam sufficientes, quò salutem conquiretur, vires non habuisse, nisi has eius Maiestas illi perimmissas suas gratias dedisset. Volo hic præterea referre gratias, & effectus, qui in anima manent, & quid per se ipsa facere possit, & num ipsa ex parte causa sit, quò ad tam sublimem statum euehitur.

*Quid sit  
spiritus e.  
leuatio &  
vniõ de-  
scribitur.*

Fir interdum, vt hæc spiritus eleuatio, vel Vniõ simul cum amore celestivenerit, nam, quantum quidem ego intelligo, in hac ipsa Vniõne, differt vniõ ab eleuatione: esto ei, qui hoc postremum non est expertus, secus visurum sit; sed, meo iudicio, etsi idem quid sit, diuersimodè tamen id Dominus operatur, quin imò ex incremento abstractionis ab omnibus creaturis, atque etiam magis ex euolatione spiritus ligatò perspexi, particularem quamdam id gratiam esse, etsi, vt dixi, nunc quid sit, aut esse videatur. Sed quemadmodum parvus ignis, tam bonè ignis est, quàm magnus; & tamen apparet, quanta inter hunc, & illum sit differentia, nam in paruo igne multum temporis requiritur, vt etiam paruum ferrum candens reddatur, at, si ignis magnus est, ferrum, tamen etiam sit maius, minimo suum esse, & formam tempore penitus, vt quidem videtur, amittit. Ità se res in duplici hoc gratiarum, quas Dominus dat, genere habere videtur; quòrum eum, qui iam ad raptus mentis peruenit, facillè intellecturum scio. At si nondum eos sit passus, aniles ei manias, & ineptias id visum in. Et forsitan ineptiæ reuera sunt: nam quòd talis, qualis ego sum, tali dere loqui præsumat, aut declarare aliquid conetur eorum, ad quæ eam impossibile videatur etiam commoda verba adinuenire, quibus ipsum vel incipiat exponere, mirum sanè non est, & deliret. Sed confido in Domino ( nouit enim Maiestas eius non uoliam, secundum & post obedientiam, intentionem meam esse, quàm quamdam tam sublimis boni famem, & appetitum animabus ingenerare ) eum mihi hac in re subsidio futurum. Nihil autem hic dicam, quòd non sæpius experta sum, & vt verum fatear, cum primum vltimam hanc aquam describere inciperem, impossibile mihi prorsus iam tum videbatur, aliquid de ea profectò, imò magis impossibile, quam vel Græcè loqui. Ad eò scilicet id difficile est; atque idcirco à scribendo cessabam, meque ad sacram communionem suscipiendam disponebam. Benedictus sit Dominus, qui ignorantibus, & indoctis ita benignus, & propitijs est, (ò virtutem obedientiæ, quæ omnia potes!) nam statim intellectum meum Deus illustrabat aliquando per verba, aliquando mihi proponendo, quomodo id dicerem; nam, vt in superiore oratione Maiestas eius faciebat, sic etiam

*Deus eam  
inuit in o-  
ratione u-  
nionis &  
suspensionis  
exlicenda.*

in hac



in hac per me dicere velle videtur, quod nec possum, nec scio dicere. Quod dico, ipsissima veritas est, ac propterea id, quod erit bonum, ab illius venit doctrina, quod verò malum, certum est ab omni mali abyſſo, me, inquam, prouenire. Vnde, si qui sint, (vni multos esse necesse est) qui iam ad eum orationis statum peruenerint, ad quem me miseram sua DOMINVS benignitate perduxit, & hisce placeret mecum hac ipsa de re agere, ne forte deuiarent, & errarent, spero fore, vt me ancillam suam Dominus adiuuaret, vt per ipsius veritatem fructum aliquem faterem.

Iam ergo, vt de hac aqua de cœlis descendente, quò copîa, & abundantia suâ vniuersum hunc hortum repleat, & reficiat, loquar, ad oculum patet, quantam hortulanus quietem haberet, si Dominus numquam ab ea, si quando opus est, danda cessaret; quanta insuper is voluptate repleretur, ac gaudio, si numquam hyems, at semper temperata serenitas, & aura foret, ita vt numquam ei aut flores, aut fructus deessent. At quamdiu hic viuimus, id fieri nequit: semper quippe curemus oportet, vt cum aqua vna defecerit, aliam ipsi nobis procuremus. Cœlestis aqua subindè, tunc, cum minimè eam hortulus expectat, delabitur. Hoc constat, in principio quidem id fere semper non nisi post longam, & frequentem orationem mentalem accidere solere, Dominus quippè auiculam hanc ex vno gradu ad altum sustollit, & sic in nido collocat, vt quietem tandem inueniat: nam postquam vidit eam longo iam tempore volitasse, & identidem, tum intellectu, & voluntate, tum omnibus viribus suis Dominum querere, eique placere fuisse conatam, suum ei pro labore suscepto præmium, etiam hac in vita dare vult. Ecquid autem præmium? quod scilicet vel vnicum momentum, quo illud habetur, satis sit, ad omnem laborem, qui in hac esse potest, quàm cumulatissimè compensandum. Anima ergo hac Dei quæſitione occupata, summa, & suauis quadam cum voluptate sensit, se propè totam à seipsa per modum quemdam deliquit excedere; nam paulatim eam deficit & habitus, & simul omnes vires corporales, vt nequidem manus sine magna pœna mouere possit; oculi adhuc ipsi etiam inuita clauduntur; quos si apertos teneat, nihil propemodum videt; & si legat in libro, ne quidem vnâ litteram designare potest, imò vix eam dignoscere: videt quidem esse litteram, sed, quia intellectus eam non iuuat, tamen si vellet, legere nequit. Præterea audit quidem; at quæ audit, non intelligit. Ad eò vt sensus in nullo eam iuuent, nisi forte ad quietem eius interruptandam; vnde magis ei obsunt, quàm profint. Loqui si velit, in eam ad id conicitur, quia ne vnum quidem formare potest verbum; &

Quando hic viuimus, semper nos non fieri curam habere oportet.

Anima in vniuersa constituta stans.

S. Heresia

Opera

N. VII  
188



butum; & si id etiam posset, vires ei defunt ad ipsum efferendum: nam omnis vis exterior deperditur; internum autem animæ robur adaugetur, quod hæc gloriâ suâ melius frui possit. Exterior delectatio, quæ sentitur, etiam est, & magna, & satis perceptibilis. Hæc potro oratio quantumvis longa sit, & diu duret, nihil valetudini nocet: mihi saltem nunquam nocuit, nec memini, etsi subindè adhuc male valerem, cum hæc gratiam Dominus daret, vllam me penam tum sensisse; imò verò malum meum, & infirmitas indè multum minuebatur. Eequod verò malum tam exitio causari posset bono? Ad eò id ex operibus exterioribus queret; vt dubium non sit, quin (cum omnes vires tantæ delectationis occasione sublata sint) magna ad eadem adaugenda occasio fuerit. In principio quidem quomodo id tam citò pertransit (mihi saltem ita factum est) ipsum nec è signis illis exterioribus, nec è sensuum defectu tam facile intelligi potest, vt potè tam citò pertransiens; è gratiarum tamen copiam colligi potest, solis, qui hic effulsit, claritatem permagnam fuisse, cum animam ita liquefecerit. Notandum autem est, quantumlibet diu anima hac omnium potentiarum suspensione agat, illud tamen tempus, meo iudicio, nimis quam breue esse, & si hæc suspensio ad semihoram duret, multum id esse: imo vt mihi videtur, non tam diu quidem, vquam mihi durauit. Sed, vt verum fatear, homo, cum in illa versatur, percipere vix potest, quandiu sibi illa duret, cum tunc sensus omnis expers sit. Puro dico scilicet, subindè non diu esse, quin aliqua potentia statim ad se reuertatur. Sola voluntas est, quæ obsistit, & durat, at aliæ duæ potentie non diu sunt, quin rursus homini molestæ sint: sed quia voluntas in suspensione firma manet, hinc & ipsas rursus suspendit, ac sic aliquantum manent, ac dein rursus ad se ipsas redeunt. Huic rei aliquod orationis horæ impendi possunt, & de facto etiam impenduntur: nam vbi diu potentia de vino illo diuino inebriari, & gustare incipiunt, quam scilicet me iterum per se ipsas perduntur (quo sic melius recuperentur) voluntatem comitantur; itaque omnes tres simul in gaudio, & fruitione sunt; sed hoc, scilicet eas penitus deperdi, & sine vlla imaginatione manere (nam vt mihi quidem videtur, etiam imaginatio penitus perditur) vix de parum durat, esto non ita penitus ad se ipsas redeant, vt non ad hoc aliquot, velut deliræ esse possint, postquam eas Deus iterum ad se pertractum, & suauiter attrahere voluerit.

*Tempus  
suspensio  
nis animæ  
valde bre-  
ue est.*

*Imagina-  
tio etiam  
in suspen-  
sione amit-  
titur.*

Iam ad internum illud quod anima hic sensit, veniamus; quod non nouit, dicere potest, nam intelligi id nequit, nedum dici. Cogitanti enim apud memetipsam, cum iam hæc scribere volebam (cum scilicet tam à beata communione, & ab ea oratione, qualem hic describo, surgeret quidam anima hoc tempore ageret; responsum à Domino fuit. *Tam*



si, h[uius]modi destruit, quod se profundius intrà me abscondat, & iam non est ipsa quæ vivit, sed  
 que intelligit, nequit comprehendere, hinc perinde est, atque si intelligendo  
 non intelligeret. Qui quidem hoc expertus fuerit, aliquid horum intelliget;  
 quia id clarius exponi non potest, eo quod perobscurum sit, id quod illic  
 peragitur. Vnum hoc dicere possum, scilicet, videri nobis esse nos apud  
 Deum; tantamque in anima rei huius certitudinem manere, vt non pos-  
 set non credere. Hinc eam omnes potentia: deficiunt, itaque suspendun-  
 tur, vt nullo modo percipi possit, sicut dictum est, illas operari. Si alicuius  
 mysterij meditatione iam occupabatur, ita mox ipsum de memoria cla-  
 borat, ac si nunquam eius meminisset, aut de eo cogitasset: si in libro le-  
 gat, mox lectorum non recordatur, aut quousque peruenerat: idem quo-  
 que in oratione vocali vsu venit. Adeo vt importuni huius papilionis,  
 memoria, inquam, alæ hic adurantur, & se ipsa iam mouere amplius non  
 possit. Voluntas quidem amando maxime occupetur oportet, sed ta-  
 men, quomodo amet, non intelligit. Intellectus denique, si quid intel-  
 ligat, non intelligit, quomodo intelligat, saltem nihil eorum, quæ intelli-  
 git, potest comprehendere: equidem non puto ipsum quidquam intelli-  
 gere, nam, sicuti iam dixi, hoc non intelligitur; & quomodo id fiat, plane  
 ego intelligere non valeo. Initio in magna quadam verfabar ignorantia:  
 nesciebam enim Deum in omni re reperiri: & quia mihi ita vicinus esse  
 videbatur, hinc impossibile mihi videbatur non credere illum præsen-  
 tem adesse; propterea quod id mihi quasi apertum, & liquidum videba-  
 tur. Intellexeram quippe illum ibi reipsa præsentem esse. In docti dice-  
 bant mihi illum solum ibi per gratiam adesse: at ego, vt hoc crederem, a-  
 nimam plane inducere non poteram: quia, vt i dico, verè, & reipsa præ-  
 sens adesse mihi videbatur; atque inde fiebat, vt summa in angustia age-  
 rem. Sed quidam vir apprimè doctus, ex ordine S. Dominici, ab hoc me  
 dubio, & angustia eripuit, dum eum verè ibi præsentem adesse, & quo-  
 modo se hominibus communicet, asseruit. quod me summopere con-  
 solabatur. Notandum verò, & intelligendum hic est, hanc aquam cæ-  
 lestem, & maximam hanc Dei gratiam, semper maximos  
 in anima fructus post se, vt iam di-  
 cam, relinquere.

In suspensio-  
 sione totalis  
 omnium  
 potentiarum  
 sui destruc-  
 tio.

S.  
 heresia

Opera  
 N. VI  
 186

S. M. Teresa Opera.

\* \* \*

P

CAPIT



EAMDEM MATERIAM PROSEQVITVR, ET DECLARAT  
incipit, quos gradus hic orationis in anima fructus, & effectus operetur, *scilicet*  
maximè, ne quis retrocedat, & licet post acceptam hanc gratiam, relinquitur  
propterea orationis usum intermittat. Simul ostendit, quanta ex huius  
missione damna sequerentur. Est hæc doctrina notata digna & im-  
becillibus, ac peccatoribus magna consolati-  
tioni futura.

**M**ANET ergo maxima, post hanc orationem, & vnionem, in  
anima teneritudo, ita quidem intensa, vt se ipsa destruere vellet  
non ex aliquo dolore, aut amaritudine, sed suauibus quibusdam  
lachrymis, quibus se irroratam, & humectatam sentit, ita tamen vt  
sentiat, aut sciat, quando, aut quomodo eas effuderit. At mirè exoritur  
creat, quòd magnam illam ignis vehementiam, ab aqua extinctam re-  
nat, quæ tamen illum adauget. Portentosum cuiquam id videatur, & co-  
oticum; à parte rei tamen verissimum est. Interdum mihi hac in orati-  
one versanti contigit, vt sic à me ipsa alienata essem, vt nescirem som-  
nium uè esset, an verè in me facta esset gloria illa, quam in me ve-  
feram; sed, quòd me lachrymis ( quæ mihi sine vilo dolore, ve-  
to cum impetu, & tam celeriter decurrebant, vt nubes illa cælestis  
has effundere videtur ) ita madefactam cernerem, satis colligebatur  
id somnium nequaquam fuisse. Et hoc contingebat in principio, quo-  
do non diu id durabat. Magnum porrò indè anima robur, & gene-  
rositatem concipit, adeo, vt, si hoc ipso temporis puncto propter di-  
um in frustra minutim concideretur, permagna hoc ei consolationi fo-  
ret. Hic quoque magna quædam præmittit, hæroica propolita con-  
cipit, ardentia desideria efformat: hinc mundum abhorreere, & re-  
disse, eiusque vanitatem clarius perspicere incipit; ad hoc longe  
robustior, & valentior reddita est, quàm in præcedentibus orati-  
onis gradibus, & in humilitate, deiectioneque sui fundator: liquidè  
nim perspicit, ad excessiuam illam, & sublimem gratiam accipien-  
dam, diligentiam suam nihil penitus contulisse, neue ad eam allicien-  
dam, aut etiam conseruandam, satis se potentem fuisse: simul etiam  
oculum videt, illà se planè indignam esse, quòd suam miseriam  
timè perspiciat ( nam in loco, quem multus sol illuminat, mus-  
aranei tela abscondi potest ) & tam ab omni vana gloria remota  
vt ab illa tentari se nullatenus posse putet. Iam quippè ad oculum  
videt, & manu propè tangit, quam parum, aut nihil ipsa po-

*Sapida la-  
chryma i-  
gnis vehe-  
mentiam  
noctens.*

*Humilitas  
profunda  
post vnionē  
in anima  
remans.*



fit: nam in hoc, quod hic sentit, ne quidem consensum ipsa de-  
 dit, imò videtur quis illà etiam inuità, omnibus illius sensibus por-  
 tam velut oclusisse, quò Deo suo amplius frui possit. Vndè sola  
 cum illo manet: quid aliud ergo faciat, quàm ipsum amare? ni-  
 hil hic videt, nihil audit, nisi brachiorum vi trahatur, & moueatur;  
 non est autem, quòd quis ei tunc gratias pro aliqua re agere velit. Po-  
 tèt ei vita praterita in mentem venit, nec non magna Dei misericor-  
 dia, idque magna cum veritate, & sine vlla intellectus defatigatione,  
 illic namque paratum, & velut coctum videt, quod comedere, & intel-  
 ligere debet. Ex se ipsa videt, se infernum promereri, & nihilominus  
 glorià puniri; itaque se in Deo laudando destruit & annihilat. Imò  
 ipsa me iam hoc tempore annihilare vellem. Benedictus autem esto,  
 Domine mi, quòd è tam fœtida & cœnosa palude, qualis ipsa sum, tam  
 limpida aquam sic efficias, vt in mensam tuam possit inferri. Lau-  
 dem tibi dicant omnia, ò delicia, & iucunditas Angelorum, quod vi-  
 lem adeò vermiculum ad tam sublimem euehere statum digneris. Hic  
 portò profectus, & incrementum aliquantisper in anima manet.  
 Vndè ipsa ( quandoquidem manifestè videt fructum non esse suum )  
 hanc ipsum in alios distribuere iam incipere potest; ita tamen, vt  
 fructus inde sibi retineat, nec egeat. Incipit quoque euidentia si-  
 gua ostendere animæ cœlestes thesauros continentis, nec non arden-  
 tia eorum, in alios conferendorum desideria habere, Deumque ro-  
 gare, ne ipsa sola diues & abundans sit. Incipit praterea, proximum  
 qua potest, iuuare, ita tamen vt id ipsa propè non sentiat, nec  
 se ipsa propterea aliquò loco habeat; etsi id proximus facile sen-  
 tiant, ac percipiat. Odor quippe florum ita iam creuit, vt ardens  
 proximi desiderium, injiciat ad eam accedendi. Intelligunt siqui-  
 dem hi, eam virtutes habere, fructumque earum lapidum & dul-  
 cem esse vident; vndè ipsam in eo comedendo adiuuare vellent: si  
 terra hæc laboribus, difficultatibus, persecutionibus, & morbis  
 ( nam paucissimos esse putem, qui sine illis huc perueniant ) se-  
 rio excolatur, & per proprii commodi carentiam, & renuntiatio-  
 nem bene subigatur, aqua sic in ea imbibitur, vt penè numquam  
 exsicceat. At, si tellus sit, quæ adhuc in terra maneat, tor-  
 que spinis referta sit, quot ipsa initio habebam, si nondum à  
 peccandi occasionibus sit sequestrata, nec tantam gratitudi-  
 nem ostendat, quantam tantum beneficium meretur; terra de-  
 nuò velut exarscit: si deinde hortulanus negligens sit, &  
 Dominus è sola sua bonitate pluniam aliam dare nolit, hortum  
 hunc velut perditum reputa. Ita namque mihi contigit; quòd sanè  
 maximo-

S.  
heresia

Opera  
N. VI  
186

Quando a  
nima sua  
fructione  
alios reddo  
re participo  
pos queat.

Anima,  
qua huc  
peruenit, si  
ingrata sit,  
& negli-  
ges, in qua  
eo periculo  
verjetur.





maximopere miror, unde, nisi id mihi factum esset, vix crederem. Ipsam autem hic scribo, vt animæ imbecilles, qualis erat mea, hinc consolationem sibi capiant, ne vniquam desperet, & in Dei magnitudine semper confidant, & esto ipsas ad tam altum gradum, qualis hic est, à Domino uectas labi subinde contingat, non propterea animum abijciant, nisi peccatus pessum ire velint: lachrymæ quippè euincunt omnia, & vna attrahit aliam. Inter alia autem plurima, quæ me talem, qualis sum ad his describendis, & vita mea improba & gratijs, quas à Domino, meo merito, & obsequio, sed potius post enormes offensas accepi, exorandis, obediendum excitarunt, non postremum fuit hoc quod dicebam fanè vellem magnam hic auctoritatem haberem, vt in his omnes crederent. Dominum autem rogo, vt mihi eam dare dignetur. Nemo ergo eorum, qui iam orationi se dedere ceperunt, animum despondeat, dicendo: si denuò in malum relabar, deterius est in exercitio orationis me progredi. Ita quidem id esse credo, si orationem intermittat, & malum illum non corrigat, at si orationem non omittat, credat, sibi que persuasum ab eo se ad lucis portum conducendum.

Cacodæmon magnum mihi hac in re certamen mouit, multum que sum passa, ex eo quòd paruam humilitatem esse crederem, meo improbam orationi incumbere: ad eò, vt ipsam, (vti supra dixi) se sequens, aut saltem anno toto (nam de medio anno vsque adeo certamen sum) intermiserim. In quo si perrexissem, rectè me ipsa in infernum deturbassem (imò iam reuera me deturbabam) ità vt dæmonibus, qui me eo conducerent, minimè opus esset. Quanta hæc, DEVS bonæ cœcitas est! & quam benè diabolus nouit quid agat, cum tam efflicta eam impedire satagit. Nouit quippè sacrilegus hic impostor, se in orationem, quæ in oratione constanter perseuerat, nihil posse, de qua

*Lapsus eo operantur ad bonum cum oratio non intermititur.*  
ea subuertenda se propè desperare debere, & omnem, quem ei conatur, lapsum, & ruinam, postea illam adiuuare, vt, per Dei gratiam, in diuino obsequio feruentius currat, & vltius prouehatur: magis ergo hoc illius interest. Quid est Iesu bone, animam, quæ huc peruenit, peccatum aliquod prolapsam videre, quando tuâ tuâ misericordiâ dem ei manum porrigis, & eam subleuas, quomodo tunc magnitudinis, & misericordiarum tuarum multitudinem, propriamque miseriam agnoscit: hic scilicet serio se annihilat, tuamque magnitudinem agnoscit: hic oculos attollere non audet: hic non alliter eos attollit, quam tu videat, quantum tibi debeat: hic ardentem erga Cælorum Reginam sectum induit, quo ipsa te propitium reddat, hic sanctorum qui, postquam à te vocati essent, lapsi sunt, opem inuocat, qui eos auxiliatores habeat: hic nimis quam superfluum pro se putat omne id, quod ei das, videt.



enim se ne terram quidem, quam calcat, promereri : hic fide viua ad Sa-  
 cramenta accedit, utpote quæ hic ei manet, ad vim & virtutem, quam in  
 ipsis sitam esse voluisti agnoscendam, hic denique te laudat, quod talem  
 pro vulneribus nostris medicinam & vnguentum reliqueris, quæ ea non  
 tantum superficie tenus sanant, verum etiam penitus auferunt. Hoc ita-  
 que anima demiratur : & quis ò Deus animæ meæ tantam misericor-  
 diam, ac tam excessiuam gratiam, post prodicionem tam scædam & abo-  
 minabilem, non admiretur? ut nesciam quomodo cor meum mihi hæc  
 scribenti non disrumpatur, quod ita scelestum, & improbum sum. Videor tibi  
 per has lacrymas, quas hic fando, quasque ipse mihi das (quæ sunt velut  
 tam malè olentis putei, quantum est ex parte mea, aqua) pro tam scædis,  
 quas admisi prodicionibus satisfacere; semper quippe malum commit-  
 tebam, & gratias ac beneficia, quæ ipse mihi contulisti, tibi destruere al-  
 laborabam. Tu eis, Domine mi, robur & valorem adde, aquam hanc ira  
 turbidam, lympidam redde, saltem ne cui occasionem dem iudicandi  
 (vni mihi id occasio fuit) & cogitandi, quare, ò Domine, viros quosdam  
 Sanctissimos, qui semper tibi seruiuerunt, semper pro te laborarunt, qui-  
 que in religione educati, & de facto veri religiosi sunt, non quales ego,  
 quæ nudum dumtaxat Religiosæ nomen habebam, negligis; cum apertè  
 videam, eas te illis gratias non facere, quas præstitisti mihi. Video, ò bonū  
 meum, te præmium illis in futurum reseruare, quo ijs id totum simul re-  
 tribuas, imbecillitatem autem meam hoc gratiarum adminiculo opus ha-  
 bere. Illi seu fortes, & generosi seruiunt tibi sine illo, & tu illos, velut ro-  
 bustos, & valentes ac sine vlllo proprio compendio tibi seruientes tra-  
 ctas; verumtamen nosti, Domine sæpe me ad te clamasse eos qui  
 mihi detrahebant, & aduersum me loquebantur, apud te excusando,  
 quod bona ratione ad hoc eos moueri crederem.

Hoc tum erat, Domine, postquam tua bonitate me sustinebas,  
 & retinebas, ne toties te offenderem, & cum iam à parte mea paulatim  
 subducere me inciperem, ab omni eo quo te putarem offendi posse, &  
 exacerbari. Mox enim ut hoc ego faciebam, tu tuos, Domine thesauros,  
 illico referate incipiebas, quo ancillæ tuæ eos communicares. Et prout  
 illico referate incipiebas, non solum eos mihi dare, sed etiam velle, ut omnibus innotesceret, illos à te mihi dari, aliud sane ex-  
 spectasse non videris, quam ut aliquam ipsa ad eos recipiendos volun-  
 tatem & dispositionem adferrem. Hoc ergo cum vulgo viderent omnes,  
 bonam de ea opinionem habere ceperunt, quæ, quàm improba esset, nõ-  
 dum intellexerant. Esto improbitas mea satis forinsecus appareret. Vnde  
 de repente acris aduersum me exorta detractio, & exagitatio, & prout

quas passus  
 sis calum-  
 nias,  
 quidem

P 3

S.  
Heresia

Opera

N III  
106



quidem mihi videtur, non sine ratione: unde etiam erga nullum eorum odium aut inimicitiam concepi, sed te rogabam, ut quibus monebantur, rationes intuereris. Dicebant ergo quod habebam vellem sancta, & nouitates quasdam adinuenirem; cum tamen tunc temporis nondum magna ex parte adimplerem ea, quae regula mea faciendi praescribebat, nec ad quarundam bonorum & sanctarum sororum, quae domi erant perfectionem peruenissem, imo nec ad illam quidem me peruenturam puto, nisi si DEVS bonitate totum ex parte sua agat. Sed è contra hoc poteram videlicet quod bonum erat, & eius loco consuetudines non bonas introducere, eas saltem pro posse meo inducere satagebam; in malo autem satis potens & valida eram. Quocirca merito ac nulla sua culpa me culpabant; nec solum moniales domesticæ, sed externi, te nimirum permittente, mihi quae vera erant, detegebant. Quadam vice, cum horas Canonicas (nam hæc me tentari subinde capiebat) recitarem, & iam ad illum versiculum: *Ignis es, DOMINE, & rectum iudicium tuum*, peruenissem: cogitare mecum ipsa cæpi, quam hoc verum esset: (nam quoad hoc numquam satis demerui virium habuit, ut me tentaret, ut scilicet ambigerem, num omnia bonorum genera in te, DOMINE, complectereris, aut de aliquo dei articulo subdubitarer; quin potius, quod res credendæ communes naturæ limites magis excedebant, eò fidem habere videbatur firmiorem, & magnam in me deuotionem excitabat, quod omnipotentem te esse cogitarem; per hanc enim cogitationem omnia magna, quae faciebas, in me comprehendebam, & quoad hoc (vt dixi) numquam vel minimum dubitavi) Cogitanti ergo mihi, quomodo (non sine iustitia tamen) multis ancillis tuis, quae (vt dixi) tibi sincerè & ardens hoc in loco famulabantur, illas consolationes, & gratias negares, quas mihi, quae talis eram qualis fui, erogabas, respondisti DOMINE: *seruatiua mihi, de cetero noli esse sollicita*. Hoc primum fuit verbum, quod loquentem te audiui, unde etiam me satis consternatam reddidit. Et, quia hunc audiendi, intelligendique modum, nec non alia plurima, postea suo loco declarabo, ideo eum hic non trado: sed enim extra propositum foret & materiam, à qua iam satis me potius deflexisse: nam vix scio quid dixerim, & non potest esse nuntius sed R. V. rogo, ut has digressiones meas benignè interpretetur: cum enim considero, quam me Deus tolerarit, & nihilominus in hoc statu, in quo sum, me esse, mirum non est eorum, quae dico & dicere depro, solum me ac connexionem perdere: faxit vero Deus, ut seruetur

*Prima  
Domini  
verba ad  
S.M.*

*Digressio-  
num eius  
causa.*



hæc ineptiæ meæ sint , nec permittat Maiestas illius potestatem , & facultatem amplius vt habeam , ad eum vel in minimo offendendam , sed potius hoc ipso , in quo sum instanti , me destruat , & consumat. Satis quidem est , vt magnitudo misericordiarum eius hinc colligatur , quod tantam ingratitude non semel , sed sæpius ignouerit. Quod Sancto Petro semel factum est , & datum , mihi sæpius datum est , adeo vt non immeritò me dæmon tentaret , ne singulari , & arcta amicitia prosequeretur eum , cui tam apertam , & patenter inimicitiam ostendebam. Hem ! quanta mea erat cæcitas ! apud quem ergo remedium querere me oportebat , D O M I N E , nisi apud te ? Quanta insipientia est hominem lucem fugere , vt semper in tenebris , & cespitando incedat ? quam superbam humilitatem dæmon in me excogitabat , dum me scilicet tentabat , vt fulcrum & basin , quæ me sustentare debet , ne tam grauem casum facerem , decederem , & abicerem. Iam me ipsa præ stupore crucis confignò , ac in nullo mihi videor maiori periculo versata fuisse , quam fuit hæc diaboli inuentio & techna , quam mihi sub specie & persona humilitatis ingerebat. Cogitationi quippe meæ representabat , quomodo me , cum posttorrecepta beneficia à D E O ita improba essem , orationi auderem applicare ; sufficere proinde mihi recitare preces illas vocales à regula præscriptas , quas alie sorores recitabant ; & quomodo supererogatoria & plura facere vellem , cum ne quidem statas , & ordinarias preces bene persoluerem ; denique nihil esse hoc aliud , quam paruam erga D E U M reuerentiam , & respectum , eiusque beneficia , & gratias parui pendere. Non erat quidem malum hoc cogitare & intelligere , at ipsum opere exequi grauissimum scelus fuit. Tu benedictus esto , D O M I N E , qui hac ratione me dignatus sis adiuuare. Hæc tentatio quoddam mihi videtur esse principium eius , quam Iudæ proditori proposuit : excepto quod scelestus hic tentator non nisi palam & manifestè me adoriretur ; verumtamen paulatim eousque me adduxisset , quò illum pertraxerat. Omnes ergo , qui se in oratione exercent , hoc seriò notare peruelim. Sciant ergo vitam deteriorem fuisse toto eo tempore , quo orationem intermittebam , quam antè : ac videant , quæso , quam scilicet bonum mihi diabolus hæc remedium docet , & quam absurdam humilitatem , magnam videlicet animi inquietem ac perturbationem. Sed quomodo anima mea quieta esse posset ? suam miscella quietem fugiebat , gratias , & beneficia , quæ acceperat , ad oculum intuebatur , & liquido perspi-

*Diabolus  
enim faciebat  
orationem  
deserere  
sub specie  
humilitatis.*

S.  
heresia

Opera

N VII  
156



perspiciat omnes terrenas voluptates non nisi meras fordes esse. Miror quomodo id tolerare possit, sed alebat eam spes: nam quantum quidem nunc memini (eo quod magis quam viginti & vnus iam elapsi sunt anni) semper propositum habebam denuo ad orationem redeundi; sed exspectabam quoadusque valde munda à peccatis essem. Ah! quam spes hæc male fundata erat, ac mihi illudebat: nam me diabolus ea ad vsque diem iudicij ludificasset & lactasset, vt sic inde me ad infernum raperet: nam esto antea lectioni librorum & vocali orationi insisterem (quod nihil erat aliud, quam hinc ipsam videre veritatē, & illinc prauum iter quod distinebam) & sæpè magna cum lacrymarum effusione Dominum inuocarem, ita tamen improba eram, vt mihi metipsi præualere non possem. Hoc ergo exercitiū intermittens, & inter recreationes constituta, accedentibus multis peccandi occasionibus & paruo subsidio (& dicere auiam, nullo, nisi quod ad lapsum meum cooperaretur) quid aliud exspectare poteris, quam quod dixi? Credo multum apud Deum hinc promeruisse fratrem quemdam Dominicanum, summæ doctrinæ virum, qui me ab hoc veterano excitauit: hic quippe me (vti ante etiam dixisse me credo) singulis quindecim diebus sacram communionem adire iubebat, & à malo non nihil declinans in memetipsam cæpi reuerti, esto interim Deum non desinerem offendere? sed quia rectam viam non perdidit, paulatim ea, esto pederentim, subinde cadendo, & rursus resurgendo, progrediebatur. Porro quisquis semper it, ac progredi non cessat, tamen si serius, tandem ad destinatum locum peruenit. Nihil vero aliud mihi videtur esse, quam amittere, quam orationis studium intermittere. Ab eo nos Dominus, pro eo atque est, liberet.

*Anima  
nunquam  
sibi fide-  
re debet  
ad quan-  
tumlibet  
certum  
statum  
peruenire.*

Satis hinc ergo patet (& ex amore Dei rogo, vt hoc imprimis notetur) nullatenus animam, etsi tam magnas à Deo in oratione gratias, & fauores accipiat, sibi ipsi fidere (quia fieri potest vt cadat) nec vlla ratione se peccandi occasionibus exponere debere. Caueat hoc imprimis, quia magna id eius interest: nam fraus quam dæmon hic pollet adornare potest (esto certissimum sit, gratiam à Deo venire) in eo sita est, quod vaser hic proditor in quantum potest, hanc ipsam gratiam in rem suam conuertat, ac præsertim cum ijs, qui nondum in virtutibus firmos radicati, nec mortificati, nec à creaturaturæ sunt affectu diuulsi. Nam non sunt adhuc hic tam fortes (vti infra dicam) vt se occasionibus & periculis sine noxa possint exponere, quantumlibet magna proposita & desideria haberent. Est hæc ergo singularis & notabilis quædam doctrina, non tamen mea, sed à Deo tradita & proposita; atque ideo vellem in doctrinam & idiotas, qualis ego sum, eam scire; nam licet anima in tali statu sit, tamen ipsi fidere non debet, ad se in certaminis discrimen vltro conueniendam.



ciendam, satis quippe faciet, si se tueri ac defendere possit. Armis siquidem opus hic habet ad se contra cacodæmonas defendendam, nam petere sit roboris nondum habet, ad cum ijs configendum, eosque sibi subijciendos, uti habet, qui iam cum ad statum peruenerunt, de quo postea loquar. Hæc scilicet fraus atque ars est, qua animam incautam diabolus illaqueat; cum enim ipsa se ita vicinam Deo esse videt, & quanta sit inter bonum cælestem & terrenum differentia, & quo in ipsam Deus amore feratur, intelligit, ex hoc amore quædam in ipsa nascitur confidentia & securitas quod non frustrabitur eo, quo iam fruatur; quin imo satis se putat oculis præmium, quod expectat, intueri; nec possibile esse se rem, quæ etiam quoad hanc vitam ita delectabilis, & suavis est, propter aliam ita vilem & turpem (qualis est voluptas) derelinquere. Vnde per hanc confidentiam aufert illi diabolus paruum illam fiducia, quam habere deberet de se; itaque, ut dixi, in pericula sponte se conijcit, & bono quodam cum zelo, sine vlla mensura & modo alijs de fructu suo impertiri incipit, dum sibi persuadet nihil ultra esse quod de se timeat; nec hoc ex aliqua fit superbia (satis quippe intelligit anima nihil se posse facere posse) sed ex nimia quadam de Deo fiducia, ac sine vlla discretionem, quod se adhuc imbecillum & implumem esse non considerat, et sola tenui lanugine superuestitam. Potest quidem nido egredi, quia & Deus eam in dē educit, nondum tamen apta est ut volet: nondum enim virtutes satis robustæ sunt, nec adhuc vllam ipsa ad pericula cognoscenda habet experientiam, nec quantopere sibi, dum sibi confidat, noceat, adhuc intelligit. Hoc nimirum fuit, quod me perdidit, vnde & propter hoc, & propter alia omnia magistro quoque iam & instructore, ac cum hominibus spiritualibus conuersationis quàm maximè opus est. Veruntamen ipsa mihi persuadeo suos Deum illi animæ, quam ad hunc statum euexit, (nisi penitus ipsa eius Maiestatem deserat) fauores non denegaturum, nec permissurum, ut in totalem ipsa sui perniciem tendat; sed quando (ut dixi) illam cadere contingeret, & videat, videat, inquam, (ex amore Dei hoc eam obsecro) ne ipsam diabolus decipiat, orationem intermittere illam faciendo, quemadmodum alias me ad illud faciendum sub falsa humilitatis specie induxit, sicuti iam sæpè dixi, & sæpè adhuc dicere vellem. Diuinæ autem bonitati confidat, ut pote quæ infinitis maior est, quam omnia quæ facere possumus mala, nostræque ingratitude prorsus obliuiscitur tum, cum nostram culpam agnoscentes, ad eius amicitiam Denuo reuerti cupimus; vnde & gratiarum, quas nobis, ut nos ob illas castigaret, præstitit; quin potius hæc iuuant & conducunt, ut ipse citius nos in gratiam recipiat, tamquam eos qui iam domestici eius eramus, etiam panem illius

S. Matris Teresa Opera.

Q.

(vri vul-

S.  
heresia

Opera

N. M.  
127*Diabolus  
aufert ab  
anima dif-  
fidenciam  
sui.**Bonitas  
Dei maior  
est quàm om-  
nia nostra  
mala.*



(vt vulgo dicitur) comederamus. Meminerint, quæso, verborum eius ac videant, quid mecum egerit: nam ante ego defatigata fui ipsum offendo, quam eius Maiestas me in gratiam identidem recipiendo. Nunquam ipse defatigatur dando, nec misericordiae eius unquam defatigatur aut exsiccare possunt; nos autem in recipiendo ne utique defatigemur sic ipse in aeternum benedictus. Amen. & quidquid creatus est & ex illius sanctum eius nomen dilaudet.

## CAPVT XX.

DECLARAT QVÆ SIT INTER VNIONEM ET RAPTV  
*differentia; item quid sit raptus, addit aliquid de bono, quod illa anima adipsit, qua  
 sua bonitate Dominus ad raptum euehit, nec non de effectibus quos  
 in ea hic operatur. Est autem haec doctrina  
 & notatu dignissima*

*Raptus,  
 eleuatio,  
 excessus,  
 uolatus,  
 translatio  
 spiritus &  
 extasis i  
 dem quid  
 sunt.*

*\* Ait raptum praecellere vnioni, id est animam Deo magis frui in raptu, Deum que illius magis dominari in eo, quam in vnione.*

*Ita autem id esse satis apparet, nam in perfecto raptu, exteriorum & interiorum facultatum usus deperditur. Dum autem vnionem esse principium, medium, & finem, significare vult, puram vnionem pene semper eodem modo haberi, sed in raptu quosdam gradus esse in quibus alij sunt, vt principium, alij vt medium, alij vt finem. Atque ideo diuersi dicuntur nominibus, nam quadam eorum minimum eius gradum, alia vnionem, & perfectiorem (vt in alijs locis ostenditur) significans.*

† Raptus descriptio.

VELLEM possem, Deo iuuante declarare, e quod sit inter vnionem & raptum, vel eleuationem, vel euolatum spiritus (vt vocant) aut excessum discrimen, quia hæc omnia vnum & idem sunt, & significant. Hæc inquam, omnia diuersa & distincta quidem sunt nomina, tamen vnus quid sunt; quod ipsum etiam extasis appellatur. Multis autem partibus vnioni hæc præcellit, ac præstat, atque effectus longe maiores, & alij plurimas operationes producit: vnio namque videtur esse principium, medium & finis, & id etiam interius est; at quia raptus & extasis alio sunt gradus & digniores, hinc suos effectus interius, & exterius operatur. Declaret hoc mihi Dominus, sicut & cætera declarauit, nam sane mihi Maiestas eius mihi inspirasset, quibus modis & rationibus dici aliqui posset, id ipsa per me facere non potuissem.

Videamus iam ergo aquam illam posteriorem, de qua iam ante egimus, ita abundantem & copiosam esse, vt nisi forte sit, quod terra cum nolit admittere, haud dubie illam magnæ Maiestatis nubem, que cum in terram hanc depluit, nobiscum esse credere possimus. † Quare cum ei ob ingens hoc beneficium gratias agimus, & gratos nos exhibemus, bonis scilicet operibus haud segniter insistentes, Dominus animam col-



ligit & comprehendit, perinde ( vt sic loqui liceat ) ac nubes vapores ter-  
 ræ colligunt; eamque totam extra se sustollit; nubes quoque in cælum a-  
 scendit, secumque eam rapit, incipitque ei gaudia regni, quod ei præpa-  
 rant, ostendere. Nescio sanè an similitudo hæc hic congruat; à parte rei  
 tamen & de facto ita se res habet. Videtur autem anima in his raptibus  
 corpus non possidere, nec animare, vnde valde perceptibiliter sentitur  
 calorem eius naturalem deficere, ipsumque paulatim frigescit, esto inte-  
 rim magnam voluptatem & delectationem sentiat. Non est autem, quod  
 raptui resistere se posse homo putet; at secus est in vnione: nam, quia ad-  
 hæc velut in terra nostra sumus, hinc eam impedire possumus, & fere sem-  
 per ei resistere valemus, licet non sine aliqua difficultate & violentia:  
 in rapta verò, vt plurimum, nullum illius impediendi remedium est:  
 nam etiam sine vlla cogitationis alicuius præuentione, aut sine vlla  
 cooperatione extrinseca, subinde ac vehemens quidam impetus  
 te occupat, ita vt nubem illam, aut generosam illam aquilam sub-  
 limem efferre, teque sub eiusdem alis delitescere videas ac sentias. Dico  
 id sentiri ac percipi; teque sustolli vides, nescis tamen quo feraris:  
 nam etsi id cum aliqua voluptate & delectatione fiat, nostræ tamen  
 nature imbecillitas initio nos timere facit: & idcirco magno quodam  
 animo & resoluta mente hic opus est, & maiore quam opus sit ad  
 ea, quæ ante diximus: vt scilicet omnia periculo exponere non ve-  
 reamur, veniat quidquid euenire potest, in manus Dei nos resignan-  
 tes, & quo abducimur eo libenter sequentes, cum etiam inuiti &  
 reluctantes sæpè abducamur, adeo quidem, vt ego sæpissimè raptui,  
 etiam omni adhibita contentione, & cunctis viribus meis reluctan-  
 do resistere voluerim; ac præsertim aliquoties dum is me coram a-  
 lis, & publicè occuparet, & sæpe etiam alias in secreto, quod me-  
 tuerem, ne à Diabolo deciperet, aliquando quidem cum aliquantulum  
 impedebam, sed non nisi summa adhibita contentione, & maximo cum  
 labore, tamquam dum quis cum valido & robusto Gigante luctatur: vn-  
 de postea valde defatigata & fessa mansi, aliàs vero reluctari mihi planè  
 impossibile erat, sed anima mea sursum tollebat, & plerumque fere  
 etiam caput post illam, ita vt ipsum cohibere aut retinere non  
 possem; ac subinde etiam totum corpus, ita vt hoc etiam sublime à terra  
 eleuaretur. Hoc postremum tamen raro mihi contigit, semel porro mihi  
 contigit simul cum reliquis Monialibus in choro agenti, & genua iam  
 veteram communionem suscipere, hæctenti, vnde turbati, & angustati  
 me ipsa capi, quod mihi quid valde extra ordinarium, & præter  
 quam solebam pati, passura hinc videbar, & ob quod sta-  
 tum omnium admirationem prouocarem: quocirca Monialibus  
 præcepi

*Raptum  
impedire  
non possu-  
mus sed  
unionem.*

*In raptu  
anima sus-  
sollitur, e-  
tiam ca-  
put inser-  
tum, &  
subinde  
totum cor-  
pus.*

Q 2

S.  
heresia

Opera  
N. M.  
186



præcipi (nam contigit hoc potius quam iam superiorem, & præpositam agere ne cui ipsum dicerent. Sed alias, mox ut incipiebam aduertere Dominum simile quid circa me velle facere (ac speciatim semel cum in concione præter Marronas nobiles agerem: nam festum patroni nostri celebrabatur totam me in terra extendebam, & licet circumstantes corpus meum viderent, alij tamen quid circa me fieret satis percipiebant. Rogabam meque instantissimè Dominum, ut iam non amplius gratias mihi daret, quæ aliquam exteriorem apparentiam haberent: nam iam tædio sum mecum erat ubique & semper me ita circumspicere gerere, cum hanc Maiestatem eius mihi gratiam dare non posset, quin alij eam notarent & perciperent. Et meas ipse preces, quæ eius bonitas est, in hoc videtur exaudisset, exinde usque in præsentem diem non amplius id mihi contigit, etiam ut raptum farear, non multum temporis post hoc adhuc elapsum sit. Porro raptum impedire conabar, tam valida me manus & potentia de sub pedibus sustollere videbatur, ut cui eam assimilem nesciam; nam manus longe id fiebat impetu, quam in aliis illis rebus ad spiritum spectantibus quare ceu diffracta & emembris manebam. Est namque id graue quoddam certamen, & quidquid demum obnitendo fit, perparum iuuat. Sed Dominus secus velit: non est enim potentia, quæ eius potentie resistat. Teridum vero satis illi est, nos videre, quod hanc nobis gratiam facere velit, & quod ab eius Maiestate non dependeat, quo minus ipsi eam habeamus, cui dum ex sola humilitate resistimus, eosdem illa in nobis operatur effectus, quos operaretur, si totaliter in eam confissemus.

*Raptum  
fructus*

Porro effectus & fructus qui hinc sequuntur, permagni sunt. Porro namque hinc colligitur, quanta sit Dei potentia; & non posse nos, cui Maiestati eius placuerit, tam corpus, quam animam retinere, nec illud in potestate nostra habere; sed videre nos, quantumuis inuitos, esse quem supra nos, ac gratias has & dona ab eo dari, à nobis ipsis autè possumus nihil nos posse. Vnde magnam nos humiliandi occasionem esse possumus. Equidem farear necesse est, id me initio valde perterritum esse quippe visum mirabile, corpus ita à terra sublime eleuari: nam spiritus hoc secum extollat, & magna id cum suauitate, cum non sit resistentia, fiat, sensus tamen ipse non deperditur; ego saltem in raptu constituta eram, ut sentire, & percipere possem me raptam esse. Notare hic est magnam maiestatem eius, qui hoc facere potest, quæ iam capillos præ horrore erigat, & ingens quidam in animo oritur timor, ne tantumque tamque potentem Deum offendamus. Sed timor hic cum magno quodam amore, quem de nouo hic acquirimus, mixtus est, quod sum scilicet, quem tanto amore erga putridum quemdam vermiculum



ferti videmus, vt non satis ei esse videatur, animam ita verè & seriò ad se pertrahere, sed & corpus, quod adhuc ita mortale est, tamque sordida cetera ( vt potè quæ tot peccatis inquinata est) compositum sibi velit.

Oritur hinc præterea mira quædam ab omnibus rebus creatis alienatio, & sequestratio, quæ qualis sit, haud facile dixerò, dicere tamen mihi posse videor, ipsam aliquo modo differentem, imò maiorem esse, quam alia illa, quæ ad solum spiritum pertinent: nam cum iam homo, quoad spiritum ad totalem omnium rerum abdicationem peruenerit, videtur Dominus hic velle, vt etiã corpus hoc opere exequatur: Vnde nouam quamdam à mundi huius rebus alienationem, & auersionem concipit, quæ vitam hanc multò ei reddit acerbiores, & tædiosiores. Inde quoddam subnascitur tædium ac fastidium, quod nec à nobis ipsis habere, nec iam habitum, cum nobis placuerit, abijcere possumus. Vellem enim quidem imprimis magnum hoc tædium aliquo modo declarare, sed vereor vt non possim, dicam tamen aliquid, si potuero. Notandum autem hic est, hæc mihi iam valde ad extremum, & in fine euenire, post omnes videlicet visiones, & reuelationes, quas describam, & postquam iam me orationi dederam, in qua me etiã Dominus magna suauitate, & consolatione perfundebar. Et licet etiã nunc subindè consolationes sentiam, tamen sapissimè, imò plerumque hoc, quod iam describam, tædium patior: quod aliquando quidem maius, aliquando minus est, iam verò loqui volo de eo, cum maius est. Nam etsi postea expositura sim magnos illos impetus, qui me occupabant tum, cum me sustollere Dominus parabat, inter illos tamen, & id quod iam dictura sum, non minor mihi esse videtur differentia, quam sit inter rem valde corporalem, & valde spiritualem. Et credo sanè me non dicere nimium aut plus æquo id exaggerare. Nam etsi in illis sola anima pœnam sentiat, ipsa tamen vnà cum corpore eam videtur sentire, & ambo pariter de ea participare, ita vt illic tam extrema non sit derelictio, atque hic. Hoc autem tædium vt declinemus, vel comparemus, ipsi non sufficimus, nec pares vires habemus: nisi quòd sæpè quoddam nobis subito oboriatur desiderium ( quod quomodo exoneretur ipsa prorsus nescio) quòd vbi totam animam peruadit & penetrat, ita ipsa in momento angustiari, & fatigari incipit, vt longè supra se ipsam, & supra omnem rem creatam efferatur; & ita eam Deus ab omnibus rebus alienatam ac derelictam reddat, vt, quantumlibet etiã connitatur, nulla omninò superesse res in terra videatur, quæ ipsam tali in angustia constitutam comiteretur; imò nec ipsa eam vellet, sed potius in illa solitudine emori. Frustrà sunt, tam qui illam alloquuntur, quàm ipsa sibi omnem vnum ad loquendum inferens: spiritus namque eius, quantumuis ipsa è

S.  
heresia

Opera

N VII  
156



contrà faciat, non vult illam solitudinem relinquere. Et esto tum quidem Deus longissime ab illa mihi abesse videatur, subindè tamen ei magis sua, modo quodam maxime admirabili & singulari communicatur. Qui proindè nullis potest verbis exponi, nec aliquem futurum credo qui eum aut credat, aut intelligat, nisi qui re ipsa eum sit expertus; hæc enim communicatio non tam est ad animam consolandum, quam ut hinc pateat, quam meritò se anima cruciet, & doleat, quòd ab eo bono sit abiens, quod omnia in se bona complectitur. Per communicationem hanc increfcit desiderium, nec non extrema illa solitudo, in qua non videt, idque cum tam subtili, & penetratiua pœna, ut anima in deserto illo constituta (ita enim ad litteram mihi hoc tunc vocari posse videtur) dicere possit, quod Regius Propheta in eadem fortè solitudine constitutus dixit: *Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in recto.* quamquam credibile sit, Dominum ei, ut potè viro tam sancto, dedisse, ut longè excellentior modo eam sentiret. Vnde & mihi versiculus ille Psalmi tunc occurrit solet: nam hoc ipsum in me videre videor; imò mihi consolationi esse videre, quod & alij tam extremam in se solitudinem senserint, præsertim qui tanta vitæ sanctitate fuerunt. Vnde anima non iam apud se, sed in recto vel suprema sui, & omnium creatorum parte esse videtur, etiam supra id, quod in ipsa summum & supremum est, videtur esse. Alio videtur, quasi in maxima esse egestate constituta, sibi ipsi dicens, & se interrogans: *Vbi est Deus tuus?* Dignum potè notatu est, me initio non sensitisse, quis horum versuum in lingua materna esset sensus; postquam verò ipsos intellexi, magnæ mihi consolationi fuisse, cum videbam Dominum illos mihi etiam non procuranti, in memoriam reuocasse.

Alias ad mentem reuocabam illud Apostoli Pauli dicentis, se modo crucifixum esse, non quod velim dicere id in me locum habere, quam contrarium clarè video. Sed anima raptè taliter mihi constituta esse videtur: nam nec è cælo vlla ei venit consolatio, nec in eo ipsa est, nec vllam à terra habere vult, nec in terra est, sed veluti crucifixa inter cælum & terram pendet, & patitur, ut nullum ei vlla ex parte veniat subsidium, nam quod ei è cælo venit (quod, sicuti dixi, est tam admirabilis quædam Dei notitia, ut omne quodcumque desiderare possimus longè excedat) maioris tormenti & crucis occasio est; nam per hoc ita illius desiderium adaugetur & increfcit, ut præ magnitudine pœnæ aliquando sensus, meo iudicio, penitus deperdatur, sed hoc non diu durat; videntur hæc autem quædam mortis esse angustia, nisi quod hæc passio tantam secum consolationem afferat, ut nesciam cui rei eam comparem, ut dulce amarum quoddam martyrium mihi esse videatur, cum quidquid terrenorum animæ representari potest, tamen id etiam ca-

*Psalm. 101.*

*Anima  
hoc in ra-  
ptu, est ve-  
lut cru-  
cifixa.*



is sit, quæ maximè eis sapida, & delectabilia esse solebant, adeo id non admittat, vt quamprimum illud repudiare, & à se abicere videatur. Intelligit autem nihil se velle, præterquam Deum suum, at nihil particulare, nec eius partem aliquam amat, sed omnia simul & semel habere vult, & tamen quid velit, nescit, nescit, inquam, quod imaginatio nihil ei re-presentationet, & prout quidem mihi videtur, tempore illo durante, potètia eius est, quod non operetur; nam, vti in vnione & raptu eas suspendit gaudium, ita hic à pœna, & à cruciati suspenduntur. Vtinam id ergo R. V. bene & prout oportet, possem exponere, vel ideo tantum, vt mihi diceret, quid id sit: hoc quippè est, quod animam meam modo vt plurimum cruciat, & plerumq; cum se otiosam videt, hæc mortis angustia illam occupant, & timore concutiunt, dum eas sibi ingruere videt, quia ex illis se noant non morituram; sed cū iam in illarū medio est, velle omne, quo sibi viuendum est, tēpus in hac posse amaritudine & pœna transigere: licet illa tam enormis, & excessiua sit, vt corpus ei ferenda vix par sit. hinc subindè me omnis penè arteriarum vitaliū pulsus deficit, (prout sorores illæ, quæ aliquando ad me veniunt, testantur, quæ iā ex vsu ipso id magis in me obseruant) & ossa corporis velut loco suo mouentur ac laxantur; deniq; manus ita rigescunt, vt eas aliquando nequæ cōiungere, vnde magnus mihi manet in arterijs pulsacilibus, ac in toto corpore, etiā in diē vsq; sequētē cruciatus, ita vt omnia mea mēbra laxata & loco mota esse videatur: spero, & credo, si vt hæcenus fecit, dolor hic sēper procedat, & increseat, Dominā, quæ eius bonitas, facturū aliquādo, vt hic semel vna cū vita, finem accipiat: nā tam excessiua pœna (vt quidem mihi videtur) ad hoc plusquā satis est, sed hoc ipsa non promereor, ac tum quidē nihil adeo exopto, quā mortem oppetere: nec memini tunc purgari; nec enormiū, quæ admisi, peccatorum, propter quæ infernū promerita sum. Omnium scilicet obliuiscor, præ desiderij illius de Deo videndi vehementia; illaq; derelictio & solitudo magis placet, quā quodlibet & quodcūq; cū mundo & mundanis commercii. Nihil quippè animam tuam consolari potest aut recreare, nisi fortasse loqui & agere cum aliquo, qui quamdam tormenti huius habeat experientiam; sed iam intelligit, quod, esto de eius magnitudine, apud aliquem conqueri velle, nemo illi, (vt quidē censet) hac in re creditū esset. Illud præterea illam cruciat, quod tormentum hoc ad eō enorme, & magnum sit, vt iam nec in solitudine esse velle, vt alias solebat, nec hominum contubernium ambire, nisi eius, apud quē de malo suo conqueri posset. Itaq; quemadmodum aliquis, qui laqueo collum implexum iam habet, & iam iam suffocandus est, respirare conatur, sic mihi hocce conuersandi cum hominibus desiderium dumtaxat à nostra infirmitate ortū videtur: nam sicut nos pœna in mortis periculo constituit (quod sanè

*Pœna gra-  
uissima. &  
nihilomi-  
nus sua-  
uissima a-  
nima.*

*Consolatio  
est mihi  
cum alio  
communi-  
care posse.*

S.  
heresia

Opera  
N. V.  
ist



sanè ita est, quia in eo periculo subindè versata sum, per graues scilicet morbos, & alias occasiones, vti iam supra dixisse memini, imò verè me dicere posse opinor, isthoc moriendi periculum non minus graue esse, quam vllum aliud) ita illud desiderium, quo corpus & anima à se inuicem non disungi, & diuelli optant, opem exposcit ad respirandum, & necessitatem suam aperiendo, & conquerendo, & se paulatim diuertendo, querit remedium ad vitam conseruandam & tuendam, esto id malum sit contra voluntatem spiritus, aut superioris partis animæ, quæ hoc pœna carere nollet. Nescio an in ijs quæ dico à vero non aberrem, & sciam ea dicere: sed, quantum mihi videtur, ita planè sit. Videat quæ R. V. quam hac in vita habere consolationem ac recreationem possit, nam, quam habere solebam, scilicet ex oratione & solitudine (nam in me Dominus consolabatur) iam magna ex parte, & potissimum in hoc tormentum commigravit; quod adeo suaue & dulce est, & tanti videtur anima pretij id esse, vt ipsum iam omnibus, quas habere & recipere solebat, consolationibus præponat. Videtur autem ei id multò esse securius quòd regia crucis via sit, & in se quamdam magni valoris suauitatem (vt mihi quidem videtur) complectatur: corpus quippè nihil sentit, pœnam quam pœnam; anima autem sola ex gaudio & delectatione, quod ex hac pœna resultat, frui videtur; quomodo id fieri possit, ipsa nescio: attamen ita fit; nam (vt quidem mihi videtur) hanc sanè, quam mihi Dominus dedit gratiam (ab eius enim manu, vt dixi, illa venit; nulla autem mea procreatione & cooperatione; est quippè admodum supernaturalis) cum omnibus alijs, de quibus postea loquar, non quidem omnibus simul sumptis, sed cum vnaquaque singularim sumpta, commutare nollem.

Notandum porro hic est, hosce impetus mihi etiam post acceptas illas gratias, de quibus hætenus egi, imò post omnia quæ hoc libro descripta sunt, nec non post id, quò me Dominus nunc demum perduxit, tenuisse. Cum ergo in principio timerem (vt propè semper timere soleo) in singulis, quas de nouo à Domino accipio, gratijs, quoad usque me modestas eius, eas continuando securam reddat) dixit mihi; ne timerem, plerisque gratiam hanc facerem, quam omnes, quas hætenus mihi præstauerat; quod per hanc pœnam anima purificetur, efformetur, & sicut aurum in fornace purgetur, quò sic donorum suorum vermiculationem melius superinducat, & quòd hac ratione emundetur ab eo, quòd in purgatione ei expurgandum erit. Intelligebam quidem magnam id gratiam esse, & his auditis à Domino multo mansi securior, ipse quoque Confessio meus bonum id esse dicebat. Et quamuis timerem, quòd adeo essem improba; numquam tamen ipsa mihi persuadere poteram, id malum esse, quin potius ipsa boni magnitudo me timere faciebat, dum mecum

Quantum  
gratia  
passi.



putarem, quàm male id promeruerim. Benedictus sit Dominus, qui tam bonus est. Amen.

Videor porrò mihi à scopo proposito deflexisse, inceperam quippè de raptibus loqui; quod autem hic descripsi, longè plus est quam raptus, vnde etiam eos, quos dixi, effectus, operatur. Ergo ad sermonem de raptibus tam reuertamur, & quod in ijs frequentissimè, & vt plurimum occurrit, prosequamur. Dico igitur, sæpè mihi visum fuisse corpus meum post raptum ita leue redditum esse, vt omnis eius grauitas à me auferretur, imò tanta aliquando leuitas eius erat, vt nò audirem quidem an pedibus terram rangerem. Corpus ergo cum in raptu est, velut mortuum manet, vt sæpè nullam profus fruiitionem exercere possit, & quo in statu raptus ipsum occupat, in eodem maneat; vnde si sedens, si manibus apertis, aut clausis occupetur, manebit & sedens, & manibus apertis, aut clausis. Nam etiam quam rarissimè sensus penitus amittatur, nonnumquam tamen accidit, illam me penitus amittere, sed est id rarius, & non diu durat, ordinariè verò, & vt plurimum turbatur, & quamuis nihil omninò tunc per se agere possit, quoad exteriora, non tamen desinit & intelligere, & audire, vt quasi de longè. Non tamen dico ipsum intelligere, vel audire cum raptus in summo est: tunc verò raptus est in summo, cum animæ potentia in Deo vnita sunt, vt omnem suam functionem amittant: nam tunc (quorum mihi videtur) nihil videt, nihil audit, nihil sentit, sed vt in superiori oratione vnionis dixi, hæc animæ totalis in Deum transformatio admodicum duret, nulla potentiarum functionem suam exercere sentitur, aut nouit quid ibi agatur, non ita quidem vt ipsum plenè ac perfectè à nobis, dum in terra hic viuimus, intelligatur, (Deus saltem id intelligi non vult) quia ad hoc fortassis inepti sumus & incapaces. Et hoc ego in me ipsa experia sum.

*Descriptio raptus.*

*Totalis transformatio animæ nò diu durat, & quod in ea sit non est tale vt in terra intel ligatur.*

*Omnes potentia in raptu non se per perduntur.*

Obijciat hic mihi R. V. & peret, quomodo, & vnde fiat raptum aliquando diu durare: respondeo, ipsa fruitio, prout quidem vt plurimum mihi contingit (vt in superiori orandi modo dixi) fit per interualla: per interualla quoque anima sæpè absorbetur, aut potius Dominus ipse eam in se absorbet, qui postquam sic eam ad tempus intrà se detinuit, duæ potentia iterum ad se redeunt, adeò vt sola voluntate illi anima adhæreat. Videtur porrò mihi hæc aliarum duarum potentiarum commotio non misicè comparari posse cum motu gnomonis & indicis, in horologio solaris, vt pote qui numquam quiescit, cum soli tamen Iustitiæ visum fuerit, ipsum sistit & quiescere facit. at hoc, vt dictum est, non diu durat. Quia tamen impetus & raptus spiritus vehemens fuit, licet aliæ illæ potentia denud se moueant, voluntas tamen absorpta manet, & hanc in corpore operationem, velut absoluta omnium domina exercet: nam et si aliæ duæ

S. M. Teresa Opera.

R.

potentia

S. heresia

Opera

N. VII

128



potentia, facile mobiles illam impedire studeant, quæ ex inimicis minimi sunt, cauere tamen ne & sensus ipsam impediatur, atque ideo cit vt suspensifunt, quoniam ita id Domino videtur. Oculi namque plurimum clausi sunt, esto eos ipsi claudere nolimus; qui si interdu vt iam dixi, aperti sunt non tamen aduertit & reflectit ad id quod videt. Hic ergo corpus est maximè impotens ad aliquid ex se agendum, ac potentia denuo ad se ipsas redibunt tam multum sit quod agat. Quam obrem quicumque hanc à Deo gratiam accepit, non est quod deiciatur aut contristetur, si corpus, suum ad longum tempus velu vitæ & ligatum manere videat, intellectum autem ac memoriam fide de in alia distractam esse: vt plurimum tamen ambæ vel in Deum occupantur, vel ea comprehendere & intelligere allaborant, quæ ipsas facta sunt. Imo ne ad hoc quidem satis excitatæ sunt; sed sunt vt velut homo qui diu dormiuit, & varia somniauit, nondum tamen plene excitatus est.

*Quamvis  
memoria  
& intel-  
lectus vt  
plurimum  
occurrit  
sunt in ra-  
tione. cum  
iam ad eo  
redire.*

Causa vero cur me quoad hoc ita explicem & declarem, hæc est, quod sciam hodie nonnullas superesse, etiam hoc in monasterio quod id genus gratias Dominus confert: Vnde si, qui ipsas dirigunt, & regunt in hisce rebus minimè versati sint, putabunt fortasse eas in rapto deobitu mortuas videri, præsertim si non sint docti. Et certe dolenda res, quod tam multa à Confessarijs harum rerum imperitis, vt postea dicitur, pati homo debeat. Forsitan non intelligo id quod dico, R. V. tamen intelliget, num in aliquo à vero deflectam, cum aliquem iam Dominum rei huius experientiam dederit, sed, quia non ita dudum est quod carnis habuisti, forsitan non tam bene obseruasti atque ego. Itaque vt concludam nulla omnino sunt in corpore vires, quæ ipsum de loco in locum mouere faciant, vt id ipsa testari possum, vt pote quæ me sæpè conatu magno nata sum mouere: nam anima eas penitus ad se traxit, & secum abrupit sæpè contingit, vt qui antea valde egrotabat, & grauissimos dolores patiebatur, per hoc sanitati restituatur, & ad quid agendum agilior fiat, & expeditior. Quod enim illic homini datur, magnum quid & excellens, hinc subinde vult Dominus vt & corpus (sicuti dixi) eo fruatur, vt id iam anima in eo, quod ipsa cupit, obsequatur ac pareat. Postquam vero iam homo ad se redijt, vt die vno vel duobus, aut etiam tribus, potentia ipsa ita absorptæ maneat, vel attonita, vt apud se non esse videantur. Hic itaque contristatur & gemit, quod iterum ad vitam hanc redire oporteat: hic quoque ei enatæ sunt alæ ad sublimè, & fortiter volandum, & lanugo, & plumæ molliculæ iam excedent, hic Christo vexillum iam totaliter & absolutè erigitur, ita vt arcis huius præfectus ad altissimam turrim quodammodo iam ascendere, aut

*Corpus  
fruitur.*



nullo sustolli videatur, ad illic vexillum Deo erigendum; atque inde  
 conspicit eos qui inferne constituti sunt, utpote, qui iam intuto versar-  
 eam nulla pericula exhorrescit, sed ea potius desiderat, tamquam qui  
 certo quodam modo ibi de victoria redditus est securus. Hic  
 liquido etiam patet, quam parui facienda sint omnia quæ in terra  
 hic habentur, quamque ea ex se nihil sint. Qui enim alto in loco est con-  
 stitutus multa oculis consequitur. Tam nihil aliud desiderare, aut aliam  
 voluntatem habere vult, quam quam ei Dominus dat, quod etiam supplex  
 eum rogat, suæque voluntatis claves ei consignat. Vide quæso, quomodo  
 boetianus iam factus sit præfectus arcis; aliud facere non vult, quam  
 Domini voluntatem, nec sui ipsius, aut alterius cuiuspiam, imò ne qui-  
 dem patet vnius huius horti Dominus esse cupit; sed si in horto aliquid  
 boni sit hoc Maiestatem eius vult distribuere, nam iam inde ex hoc tem-  
 pore nihil proptij habere vult, sed ut Dominus de omnibus, prout vo-  
 luerit, & ad gloriam suam expedire iudicauerit, disponat & faciat. Et  
 de facto, & in veritate omnia ita fiunt, si modo raptus veri sint,  
 quod scilicet in anima maneat: effectus & profectus, quem iam com-  
 memoravi: qui si non sequantur, quam maximè dubitarem vtrum à  
 Deo illi proficiantur, vereretur potius ne illa furoris sint species de  
 qua S. Vincentius scribit. Hoc porro ipsa scio, & per experientiam ex-  
 ploraui, scilicet, animam hic absolutam omnium Dominam manere  
 & horæ, atque etiam minori spatio talem acquirere libertatem, ut se  
 ipsa cognoscere nequeat. Vnde quidem intelligit tantum bonum ex se  
 non proficisci, quomodo tamen id sibi obuenerit, nescit; sed apertissi-  
 me perspicit magnum sibi ex vnoquoque horum raptuum emolumentum  
 & commodum provenire. Nemo hoc crediderit nisi qui expertus  
 id fuerit; atque hæc est causa, cur miscellæ animæ tam facile non credatur,  
 dum eam antea irâ improbam, tam cito ad res tam sublimes & ge-  
 nerosas aspirantem vident: statim quippe non contenta Domino  
 in paruis rebus seruire, ei in, quam potest maximis seruire gestit.  
 Vnde qui id vident, aut tentationem id esse putant, aut delirium;  
 sed hoc non tam ab ipsa, quam à Domino, cui voluntatis suæ claves  
 iam tradidit, proficisci scirent, nequaquam mirarentur. Credo equidem  
 animam, quæ ad hunc statum iam peruenit, nihil iam ex se ipsa aut  
 loqui, aut tacere. Sed supremum hanc Regem curare & deponere om-  
 nia quæ ei agenda sunt. Quam hic, Deus bone, liquido patet genuina  
 veritatis illius Davidici expositio, & quam intelligitur, non sine  
 ratione cum Prophetam illum perijisse, tum nos omnes posse petere pen-  
 nas columbæ! facile hinc perspicere est hoc volatum & librationem  
 quandam spiritus esse, qua is se super omnia creata, at-

S.  
heresia

Opera

N. VI  
131



primis super seipsum elibrare conatur; sed volatam suam iucundam ac sine vlllo strepitu ac tumultu. Quam autem amplum & potens animam illa habet dominium, quæ à Domino eo euehitur, vt sic omnia possit tueri, vt ipsam nullatenus irretiat: quam ipsam pœnitet, quod olim se passa sit inescari, quam suam iam obstupescit cœcitatem: quam de qua illam miseret illorum, qui in eadem adhuc hærent, præsertim si illi qui in oratione se exercent, & in ea à Deo consolationibus perfunduntur. Illis alium inclamare vellet, quo ipsis ostendat, quantopere errant, quin etiam interdum de facto eos commonet; tum verò mille in caput eius ingruunt persecutiones: dicunt quippè ipsam parum humilem esse, & docere velle eos, à quibus ipsa doceri deberet; præsertim si mulier sit. Hinc eam condemnant, nec immeritò; nesciunt enim quo illa impetragatur; etiam quiescere aut continere se nequit, quo minus eos, quod dicitur, & quos libenter ab vitæ huius carcere (qui sanè non est minor, ceteram minor illi esse videtur eo, in quo ipsa hæsit) solutos videre vellet, errore suo reuocet. Crux quoque illi est temporis illius recordari, quæ anxie de punctulis honoris sollicita fuit, quodque ita decepta fuerit, honorem id esse credendo, quod mundus honorem nominat: videt quod eum maximum mendacium esse, & nos omnes, quos quos sumus adambulare. Sed hoc nouit, verum honorem mendacem non esse, sed verum, quique nos faciat id vt aliquid reputare quod est aliquid, & vt nihilum ducere, quod mere nihilum est, cum omnia quæ præterunt Deoque non placent, nihil sint, ac minus quam nihil. Rati secum ipsa, quod pecunias aliquando magni fecit, & earum concupiscendarum cupiditate laborauit: esto me credam (& est verissimum) numquam quoad hoc culpam confessam esse, quamquam satis culpam eas aliquo in numero ac pretio habere, si quidem coemiiis hoc posset comparari debere. Quid quæso est quod his, quas ita desideramus per se ipsas comparatur? aliquid preciosum? numquid durabile? ad quid eas tantopere sectamur? egregiam scilicet requiem per ipsas quaerimus, vt pote quæ tam caro constat: imo verò per eas sæpe nobis infernum paramus, ignem inextinguibilem, & pœnam, quæ finem nesciat, eumque omnes aurum vt terram inutilem reputarent, quam mundus patitur procederet ac regeretur, quam citò omnis negotiatio concideret, quæ inter homines passim vigeret amicitia atque amor; si honoris, in quo ac pecuniæ nulla haberetur ratio, ipsa mihi persuadeo fore, vt omnibus, qui hic in mûdo sunt, defectibus facile remedium adhiberetur. Vnde præterea anima, quanta in voluptatibus sita sit cœcitas, & quantum

*Volatus  
anima su-  
auis est &  
quieta.*

*Huius a-  
nima per-  
secutiones.*

*Idiæ ho-  
noris mera  
impositura.*

*Numquam  
S. M. pe-  
cunias ali-  
qua fuit.*

*Quantum  
malorum  
amor po-  
tencia ho-  
minibus  
adferat.*



hac vita per eandem homo comparet laborem & inquietem. Ah quanta  
 hic est inquietudo: quam parua delectatio: quam inanis & frustraneus  
 labor: hic non solum maiores animæ suæ sordes & defectus, tamquam  
 apparentes araneorum telas videt homo, sed & minimum puluisculum;  
 per solis quippè radios ibi omnia clarissima sunt, vnde quantumcumque  
 anima se perticere allaborat, si è sole hoc semel, verè, serioque irradietur,  
 se prorsus obscuram, turbidamque esse videt. Itaque perinde se res hic  
 habet, atque aqua in vase vitreo contenta, quæ sole absente valde lym-  
 pida & pellucida esse videtur; sed mox vt sol suis vas radijs ferit, tur-  
 bida, & atomis plena apparet. Hæc similitudo valde ad propositum  
 nostrum facit, & quod dicere volo, scite satis ostendit. Antequam e-  
 nim anima ad hanc extasin perueniat, valde accuratè ac studiose ca-  
 nere se putat, ne qua in re Deum suum offendant, seque viribus suis a-  
 gere, quidquid potest: sed mox vt hoc peruenit, vt ab hoc Iustitiæ sole  
 irradiari incipiat, qui oculos ei aperiat, tantos in se puluiscales & atomos  
 conspicit, vt oculos denuo vellet occludere: nondum enim generose  
 huius aquilæ in tantum pullus est, vt solem hunc irretorto queat oculo,  
 & non coniuente intueri; sed quantumlibet parum oculos suos aper-  
 tos teneat, videt se totam turbidam esse, & recordatur illius scripturæ,  
 dicentis: *Quis iustificabitur in conspectu tuo?* Cum ergo diuinum hunc solem  
 intuetur, à claritate eius & fulgore ipsa inobscuratur; cum autem se-  
 ipsam intuetur, à luto, & cæno oculi eius occluduntur: itaque misera  
 hæc columba penitus excæcatur. Vnde non rarè fit, vt præ magnitu-  
 dine magnalium quæ videt, planè cæca, absorpta, confternata, & extra  
 se rapta maneat. Hic denique vera comparatur humilitas, vt sci-  
 licet homo parum curet vel ipse loqui, quæ in sui laudem tendant,  
 vel ab alijs laudari. Non ipsa fructum distribuere cupit, sed horti  
 Dominum id facere mauult: itaque nihil ex illo manibus eius adhæret,  
 omne quoque quod habet bonum, ad Deum dirigit ac refert; hinc si  
 quid de se ipsa narrat, hoc ad gloriam ipsius tendit. Nouit quippè se ni-  
 hil omnino hichabere, & tamen vellet, id ignorare nequit; hoc si qui-  
 dem oculis videt, qui ei quantumuis inuitæ & reluctanti ad res huius  
 mundi intuendas occluduntur, ad veritatem verò in-  
 tuendam & intelligendam, apertos eos  
 tenere compellitur.

*Hic acqui-  
 ritur vera  
 humilitas.*

R 3

CAPVT

S.  
 Heresia

Opera

N III  
 136



## CAPITULUM XXI.

**NUNC VLTIMUM ORATIONIS GRADUM PROSEQVITVA**  
*& absolvit. Ostendit quam grane sit anima, quæ ad hunc pervenit, iterum iterum  
 homines in mundo vivere, & quantam ei lucem Dominus det ad civitate-  
 chnas & imposturas perspicendas salutarem caput  
 hoc doctrinam continet.*

**V**T ergo quod exponere cœperam, iam absoluam, dico Deum huius  
 consensu animæ huius opus non habere: ipsa namque hunc  
 sibi iam consignavit; & novit se illam ultra & voluntariè in potestatem  
 eius tradidisse, & se decipere illum non posse, quod cognitio sit opus  
 nium. Non ita se hic habet res sicut in terra, ubi qui vivunt, dolis  
 duplicitatibus, & fraudibus pleni sunt: cum enim alicuius te tibi pa-  
 ras amicitiam, & voluntatem conciliasse, secundum id quod tibi  
 exterius demonstrat, postea intelligis omnia non nisi meram fraude-  
 dem & mendacium esse. Vix iam aliquis inter talia tantaque me-  
 cimoniam tutò agere potest, præsertim cum vel minimæ spes affu-  
 get commodi. Næ felix illa est, anima, quam **DOMINVS** ad ve-  
 ritatis cognitionem & intelligentiam perducit. Quam hic status pro  
 Principibus, & Regibus bonus esset! quanto magis ipsis expediret  
 hunc statum sibi quam multa, ac longè latèque potentia imperia  
 comparare? quanta in regnis illorum vigeret iustitia, & æqui-  
 tas? quot mala impedirentur, & hæcenus impedita essent? hinc  
 mo nec vitam, nec honorem propter **DEVM** perdere veretur. Quam  
 magnum hoc bonum est ei, qui de honore **DEI** magis sollicitus esse  
 debet, quam reliqui, qui ipso minores sunt? Reges quippè esse  
 debent tales, quos alij velut exemplaria sequantur, & imitentur.  
 Equidem ità me dispositam sentio, ut si fidem vel paululum propage-  
 re, & adaugere, & hæreticis vel parum lucis præferre possem, mi-  
 le parata sum regna amittere. Et meritò: nam longè maius lucrum  
 est, lucrari regnum quod numquam terminatur, & finem non ha-  
 bet, & cuius aquæ vel vnica gutta tantæ potentæ est, & efficacæ,  
 ut animæ, quæ eam gustavit, desipiant, & nauseam moueant, nostras  
 quæ hic in terra sunt. Quid erit ergo, cum totam è cœlesti illo Oceano  
 se absorptam videbit! si tibi, ò **DOMINE**, ad eum me statum  
 vocare placuisset, in quo hoc plena voce ad omnes proclamare possem,  
 mihi quidem hoc clamanti, scio non crederent (uti non credunt  
 multis, qui meliøre modo quam ego, id dicere sciunt) verum-  
 tamè



tamen mihi ipsa satisfacerem. Equidem vitam mihi videor meam libentissime discrimini expositura, quo vel harum veritatum vnam alijs declarem; nescio tamen, quid, si daretur occasio, factura essem, non est enim quod quis multum mihi fidat. His tamen non obstantibus, esto sim quæ sum, talem in me ipsa ad hæc ijs, qui superiores aliorum constituti sunt dicenda, impetum sentio, vt me penitus consumat, & annihilat, sed quia plura hic à parte mea non possum, ad te me, O DOMINE; conuerto, tibi supplicans, vt omnibus malis remedium adhibeas; nosti quippè quod me libenter omnibus, quas de te accepi, gratis exspoliarem, vt Regibus eas darem dummodo in statu manere queam, in quo te non possem offendere. Scio enim impossibile fore, vt tunc permitterent ea, quæ modo passim permittuntur, & maxima inde bona sequutura. Da ijs, Deus meus, nosse & intelligere, ad quid obligati sint, etiam tum, cum eos in terra designari, & apparentes esse volueris, vt etiam, ( prout quidem ab alijs audiui, ) si quando eorum aliquem, ex hac vita auferis, signa in Cælo appareant, interitum eorum præsignantia. Nam profecto quotiescumque hoc mecum ipsa recogito, nouam quandam in me deuotionem excitat, quod tu, O mi Rex, etiam hæc ex re illos intelligere velis, se ad te in vita sua imitandum obligatos esse, quod scilicet illis demerentibus aliquo modo in Cælo signa sint, sicut & se morientè apparere.

Nimis quam procul mea me auerhit audacia: si quid in eo R.º V.º displicet, dilaceret, sibi que persuadeat, me illis, si quidem eos præferres haberem melius ( si possum, aut fore putarem vt mihi crederent ) dicturam esse; quia DEO illos identidem ex animo commendo, & vnam aliquid orando proficerem! omnia autem in eo sita sunt, vt vita discrimini exponatur: nam sæpè illà carere desidero, nihil enim id esset aliud, quam paruum quid discrimini exponere, & impendere, vt indè magnum sequeretur emolumentum. Vix enim quis iam viuatur, cum magnas, in quibus agimus fraudes, & cæcitatem, in qua hæremus, ad oculum, & apertissimè videat. Anima autem, quæ huc peruenit, non modo propter DEVM sancta piaque habet desideria, sed diuina eius Maiestas ei etiam dat vires ad eadem opere exequenda. Nihil enim ei occurrit, in quo quidem ei obsequium præstare se posse putet, quin libenter id suscipiat: & tamen nihil præstat; nam sicuti dixi, ad oculum videt, omnia nihil esse, & præterire, præterquam DEO seruire & placere. Omnis difficultas in eo est, quod nihil faciendum occurrat, pro ijs, qui aded inuites sunt, atque ego. Vtinam Domine, aliquando veniat tempus, quo

S.  
heresia

Opera

Nihil

est



*Prodesse  
publico S.  
M. gessit.*

quo vel obolum perfoluere queam magni illius debiti, quod tibi debeo.  
Tu id dispone, Domine, prout tibi placuerit, dummodo hæc ancilla tua  
tibi in aliquo seruiat. fuerit & aliarum mulierum, & hæroica propter te factio-  
ra fecerunt; ego ad aliud non sum utilis, quam ad loquendum, atque  
hæc est causa, Deus meus, cur me operi applicare nolis: In multis  
verbis & solis desiderijs situm est obsequium meum; & ne ad hoc que-  
dem libertatē habeo, fortassis quia in omnibus errarem, Tu, ô bone lesu  
animam meam corrobora; & primo ei de omnibus bonorum genere bene  
prospice, deinde mox media ac modos præpara, quibus aliquid pro  
præstem: intolerabile quippè est, aliqua tot ac tanta beneficia recipere,  
nihil pro ijs benefactori rependere. Constet, quanti constare velit, Domine,  
ne, ne permittas, obsecro, ut tam vacuis in conspectu tuo manibus appa-  
ream, cum pro operis magnitudine vel exiguitate dandum sit præmium.  
Hic mea est vita, honor, & voluntas, omnia tibi dedi, tua sum, de me dis-  
pone prout volueris. Video equidem, Domine, quam parum possit  
te iuxta te consistens, & consensu illâ speculâ, ubi veritates cernere et  
dummodo tu à me non abeas, omnia poterò; at si à me abieris, ac me de-  
seras, quantumlibet parum, ad eum redibo locum, in quo antè agebam,  
ad infernum, inquam, quam igitur animæ, quæ huc peruenit, graue  
quod iterum cum omni hominum genere conuersari, ludicrum vitæ he-  
ius ita dissolutæ, & in compositâ scenam inueniri, ac tempus corporis  
somnia & cibum curationi impendere debeat! omnia ei tædio inu-  
scit quomodo aut quonam fugiat; sese constrictam, captiuam, ac vel  
vinculis compe ditam cernit; ac tum corporum captiuitatem, quæ semper  
oppressi incedimus, & vitæ huius miseriam, longè verius sentit: agnoscit  
item, quam meritò Apostolus Paulus Dominum obsecraret, ut se  
liberaret. Vnde cum eo clamat, ac Deo pro libertate, vti iam aliàs  
supplicat. At hoc hic sæpè tanto cum insperu fit, ac vehementia, ut animus  
etiam è corpore suo erumpere, quò libertatem inueniat, velle videtur.  
at, quia retinetur, ac libera abire non sinitur, hinc incedit quasi vendit  
in terra aliena. Quod verò magis illam cruciat, est, quod paucos in terra  
qui cum ipsa eadem de re conquerantur, & idem postulent; eo quod pa-  
rumque omnes vivere desideramus: si nulli rei adhereremus, & in ter-  
ra re terrena consolationem nostram constitueremus, quam ipse mor-  
metus per tædium, quod inde enasceretur, quod semper nobis sine Deo  
uiuendum sit, nec non per intensum verâ vitâ fruendi desiderium  
nueretur! sub inde mecum ipsa cogito, cum mihi, eò quod hanc mihi De-  
minus lucem dedit, cum ramen charitas mea ita tepida sit, & quæ de  
na veraque quiete adeo incerta sum (quod meis eam operibus prome-  
ta non sum) triste hoc exilium vitæ sæpè ita amarum & graue sit, cog-  
in qua

*Quid mor-  
tis metum  
imminuat.*



inquam, equis sanctorum hac ipsa in re sensus fuerit. Quem fuisse putas sensum & afflictionem S. Pauli, Mariæ Magdalena, & aliorum his similitum, in quibus hic amoris diuini ignis adeo aestuabat: In continuo eos martyrio vixisse sit verisimile. Qui porro aliquantulum me alienant, consolantur, & quorum conuersatio me delectat, videntur esse illi in quibus huiusmodi desideria aduerto; desideria inquam cum operibus coniecta, operibus, inquam, eò quod nonnulli sunt, qui sibi videntur ab omnibus rebus affectum abstraxisse, quod etiam alijs dicere non verentur, & ita quidem id esse oporteret, cum & ipsorum status id per se exigat, & nonnulli eorum ad multos iam annos per viam perfectionis incedere inceperint. At hæc anima, etiam valde eminus, facile dignoscit eos qui verbis solum id iactitant, ab ijs, qui verba hæc opere & factis ipsis confirmarunt, nouit enim & intelligit per exiguum fructum, quem priores faciunt, & permagnam, quem posteriores. Est autem res hæc eiusmodi, vt eam omnes qui vel aliquam habent experientiam, euidentissime videre possint.

Hæc ergo de effectibus quos ecclæsies & raptus à Spiritu Dei prouocantes causantur, dicta sufficiant. In quibus, vt verum fatear, datur magis & minus: minus inquam; nam in primum incipientibus, licet huiusmodi effectus operentur, non sunt tamen hi per opera probati, nec satis sic intelligi potest, quod quis eos habeat. Ipsa etiam perfectio semper crescit, cum quotidie & identidem quis operam dat, ne qua vel minimarum imperfectionum in se memoria susperfit, & ad hoc aliqua temporis mora requiritur: quo autem amor & humilitas magis in anima crescunt, eo hi virtutum flores maiorem dant fragrantiam, tam pro eo qui ipsas possidet, quam pro alijs. Esto per vnum horum aptum, ita in anima possit Deus operari, vt postea ei, ad perfectionem acquirendam, parum laboris sit subeundum: nemo enim, nisi qui expertus fuerit, credere poterit, quid ei Dominus hic det; nulla enim diligentia nostra tanta est, quæ, vt mihi quidem videtur, huc queat pertinere. Non dico, quod quis cum Dei auxilio, per multos annos sese iuxta præcepta quæ traduntur, qui de oratione eiusque principijs & medijs scripserunt, dirigendo ad perfectionem, magnamque rerum omnium abnegationem, magno adhibito labore, non possit pertinere; sed id non fit tam breui tempore sicut in raptu, sine vllò nostro labore, Dominus operatur; in quo datâ operâ, & vltro animam à terra auellit, eique super quidquid terrenum est, potestatem & imperium dat, esto etiam non plus ipsa meritorum habere, quam habebat ræca, neque enim quid amplius hic dicere possem, quod nullum propè meritum ego haberem. Ratio autem, cur Maieestas eius hoc faciat, est, quod id ita velit; & sicut vult, ita facit; & esto nulla ad

S. Mariæ Teresa Opera.

S

hoc

*Quæ sanctorum suorum afflictio quod se ad huc in mundo viderent.*

*S. M. cognoscebas eos qui vultu à rebus terrenis auulserunt, id est, à fructu quædam adhibens.*

*Deus per vnum horum raptuum, cum vult animam ad summam perfectionem auellit.*

S. Heresia

Opera

N. III



*Ratio cur  
Deus ani-  
mam iam  
breuitem-  
pore ad  
perfectio-  
nem su-  
scollat.*

hoc in ea sit dispositio, ipse tamen eam ad bonum quod ei dat, recipiendi disponit. Ad eò ut non semper id det, quod id ipsi, hortum bene excolendo promeruerunt (quamquam certissimum sit, eum non neglecturam consolari ac recreare eos, qui id bene præstabant, & omnis rei creatæ affectum exuere allaborabunt) sed quia (ut dixi) subinde ei placet, & vult magnitudinem suam erga terram quæ pessima est, ostendere, eaque ad omne bonum disponere: ad eò ut iam quomodo in animæ potestate non sit denuo in vitia, in qua incidere solebat, incidere: cuiusque intellectus ita iam vni verissimæ veritati intelligendæ assuevit, & habitum velut contraxit, ut cætera omnia esse ludicra ei & pueriles nugæ videantur. Subinde intra se ipsa rider, cum viros aliquos graues, orationi ac religioni addictissimos, de minutis & punctulis quibusdam honoris, quem hæc anima iam penitus proculcauit, tantopere videborare. Dicunt id discretionem esse, & ad status sui auctoritatem tueri, sed ipsa optima fieri quo maiorem in proximo, fructum faciant; sed ipsa optima nouit, plus eos fructus vna die, qui hanc status sui auctoritatem ex animæ Dei postponerent ac non curarent, facturos, quam cum illa per decennium.

*Fructus  
qui sequi-  
tur ex ho-  
noris ne-  
glectu.*

Viuit erga hæc anima vitam permolestam, & perpetua in curæ sed interim insignem progressum facit; & dum qui cum ea agunt, eam iam in summo laboris gradu esse putant, tunc quam breuissimo temporis spatio quam maximè progreditur; Deus quippè semper magis & magis ipsi succurrit. Deus namque eius est anima, ipse curam eius iam gerit, unde qua potest eam illustrat: videtur quippè semper ei assistere & continuo eam tueri, ne ipsum offendat, nec non gratias ei communicare, & velut excitare, quo ei seruiat. Mox namque ut magnam hanc animæ gratiam, raptum inquam, Deus præstitit, omnia mea mala celserrunt, Dominusque mihi robur ab eisdem egrediendum dedit; nec magis mihi nocebat, in medijs peccandi occasionibus, & inter eos quibus distractionum mihi occasio esse solebant, agere, quam si inter eos non fuisset; quin imo, quod ante mihi obsessè solebat, iam proderat; omniaque quoddam mihi medium erant, ad Deum & cognoscendum & amandum, & videndum quid ei deberem ac dolendum quod fuisset, quæ fuerant. Satis equidem intelligebam, hoc à me ipsa non prouenire, nec mea diligentia ac studio id comparasse, nondum enim tempus ad hoc ipsum habueram, sed ad hoc mihi eius Maiestas ex sola sua bonitate, robur dederat. Ab eo autem tempore, quo mihi Dominus hanc raptum gratiam dedit, incepit, vsq; in præsentem diem, hæc fortitudo semper magis & magis me creuit, & quæ eius bonitas est, sua me manu velut retinuit, ne ad terram redirem, ac retrospicerè; & vix aliquid aut potius nihil fere ipsa mea parte mea agere video, nec etiam ago, nisi quod ad oculum perspiciam.

*Perfectio  
eius ani-  
ma quam  
in suam  
protectionem  
Deus  
sapis.*



cognoscant Dominum esse, qui operatur. Vnde mihi videtur, animā quæ  
 has à Domino gratias recipit, si modo cū humilitate & timore procedat,  
 sibi persuadēdo, ipsummet Dominū omnia, & nos ipsos penē nihil agere,  
 inter quoslibet homines, quantumuis dissolutos & sceleratos, agere  
 posse: nihil ab illis ei dāni accedet, nihil distractionis & turbationis orie-  
 tur: imo vero, sicut ante dixi, hoc ipsam iuuabit, maiorisq; ei profectus fa-  
 ciendi erit occasio. Tales animæ sunt iam tum fortes, quas, quo alijs pro-  
 fectus sibi Dominus seligit, etsi hanc ipsæ fortitudinem à se ipsis non habeāt:  
 sed, quando Dominus paulatim aliquam animam huc conducit, maxima  
 est secreta communicat. Deniq; in hac exstasi veras reperire est reuelatio-  
 nes, magnas quoque gratias & visiones: omnia vero eo ducunt; vt hinc  
 anima magis humilietur & corroboretur, vitæ huius res minoris faciat, ac  
 præmiū, quod sibi seruientibus Dominus præparauit, dignitatem ac ma-  
 gnitudinem clarius perspiciat, faxit Maiestas eius vt singularis & eminenti-  
 ssima illa liberalitas, qua erga miseram hanc peccatricem vsus est, aliquo  
 modo occasio sit, vt qui hæc legent contendant, & animentur, ad penitus  
 amore Dei deserendum quidquid hic haberi potest, cum hanc illius Ma-  
 iestatis renuntiationem tam abundè compenseat, cum etiam in hac vita li-  
 quido pateat, quale præmiū ac lucrū recipiant ij, qui ipsi seruiunt, quid  
 ergo erit in altera?

## CAPVT XXII.

OSTENDIT QUAM SECVRVM AC TVTVM PRO CONTEM-  
 platione sit spiritum ad res alias non sustollere: si is à Domino nō sustollatur, & quod ad al-  
 tiſsimam contemplationem, ipsa Christi Domini humanitas viam ster-  
 nat. Declarat quoque, quo in errore ipsa ad aliquod tempus  
 haesit. Est porro caput hoc in primis vtile.

VNum adhuc dicere volo, quod, meo quidem iudicio permagni mo-  
 menti est & si quidem R<sup>a</sup>. V<sup>a</sup>. ita videatur, ad instructionem aliorum  
 spectabit: fieri enim potest, vt eo opus habeant. In quibusdam enim libris  
 de orationis exercendæ arte conscriptis legere est, quod, licet anima per se  
 ad hunc statum peruenire nequeat ( quod plane supernaturale opus sit,  
 quodque Dominus in illa operatur ) ipsa se nihilominus ad hoc iuuare  
 possit, spiritum suum super omnem rem creatam sustollendo, & per hu-  
 militatem eleuando; idque non quamprimum, sed postquam se iam ad  
 multos annos in via purgatiua exercuerit, & in illuminatiua aliquousque  
 prouecta sit. Nō scio autē bene, quidnam auctores illi viam illuminatiuā  
 nominent; crediderim iam proficientes in illa ab ijs poni. Docēt præterea  
 compunctis, vt contemptantes, omnem corpoream imaginationem à se  
 quam longissimè repellāt, & ad diuinitatē contemplandā sese applicent;  
 dicitur enim Christi humanitatem eos qui etiam huc vsq; iā peruenērūt in-  
 tricare,

S.  
heresia

Opera

N. M.  
139Deus in S.  
M. opera-  
batur.Quando  
anima  
Deus ma-  
gna secre-  
ta commu-  
nicat.



*Loquitur  
de fide in  
Christum  
quo nullū  
humani  
organi  
Christum  
mixturam  
contineat.  
Expedit  
vobis ut e-  
go vadam:  
si enim non  
abiero, pa-  
raclerus nō  
veniet ad  
vos.*

tricare, & perfectissimam etiā cōtemplationē eā impediri, Ad quod adhe-  
endum adferunt id quod Christus Dominus ad Apostolos ait, ante quam  
Spiritus Sanctum ipsis daret, videlicet cum iam ad cœlos ascendere vel-  
let ( sed puto quod si fidem hunc talem habuissent, qualem habuerem  
postquam spiritus paracletus iam venit; si credidissent inquam illum, Dei  
simul & hominem esse, hæc verba illos non impediissent, cum Sanctissi-  
mæ Dei matri dicta non sint, cum tamen plus eum ipsa quam omnia  
simul diligeret: ) Adferunt inquam id quod Christus Dominus ad Apo-  
stolos suos cum in cœlos ascendere vellet dixit. Putant namque quando-  
quidem opus hoc penitus spirituale est, ipsum à qualibet re corporeata  
bari & impediri posse; & ideo hominem se velut in quadro constitutum  
Deumque vnde quaque circum se esse, se autem ab eo velut absorptum  
esse considerare debere. Hæc quidem doctrina mihi placet, si aliquis  
tantum se ab humanitate Christi homo sequestret; sed intolerabile pro-  
fus est & indignum, eum se totaliter à Christo Domino alienare, ac ob-  
uinum illud corpus miserij nostris, aut cuiuslibet rei creatæ, æquipa-  
rari.

Det mihi Dominus vt commodè me ipsam queam exponere. Etenim  
dem ipsis non contradico (sunt enim docti & spirituales & sciunt que do-  
cant; adhuc per varias & diuersas vias Dominus animas con ducit) sed in  
præsentiarum tantum ostendere volo, quali meam ipse viâ deduxerit  
de ceteris nihil laboro) & quali me periculo exposuerim, dum sequi  
vnguem vellem id quod legebam. Crediderim equidem, eum qui ad om-  
tionem vnionis iam peruenit, & vterius non progreditur (ad raptum  
quam, visiones & alias gratias, quas animabus Deus elargitur) id quod  
ctum est, tanquam melius existimaturum, vti & ego bonum esse id iu-  
bam; sed, si illo contenta fuisset, numquam (vti quidem arbitrator) per-  
nissim ad id quod iam peruenit; est namque euident, vt mihi videtur, con-  
quamquam fieri potest, vt egomet hic errem & fallar; sed referam si  
quid mihi in hoc contigerit.

*Ante expe-  
rientiam  
quia se pu-  
tas intelli-  
gere quod  
nomen non  
intelligit.*

Quod enim instructore & direttore carerem, legebam id genus  
bros, quorum lectione paulatim me aliquam harum rerum notitiam ad-  
pturam sperabam, sed postea intellexi fore, vt, nisi Dominus me docere  
parum è libris addiscerem: quod enim intelligebam, propè nihil erat, do-  
nec id mihi Maiestas eius per experientiam declararet; imo nesciebam  
minimo quid agerem. Statim vero ac paululum orationis supernaturalis  
quietis inquam cœpi habere, operam dabam, vt omne quod corporeum  
erat à me amouerem; attamen spiritum sustollere non audebam, nam  
quia semper adeo improba eram, idcirco id mihi præsumptionis quæ  
species esse videbatur: veruntamen Dei mihi præsentiam sentire videbatur  
(viti)



(vni reuera sentiebam) & dabam operam vt cum illo recollecta & vnita  
 essem. Hic autem orandi modus valde est sapiens, si Deus adhuc coope-  
 rerur magnamque delectationem & consolationem causatur. Et quia hic  
 fructus & gustus eius satis euidenter percipitur, hinc nemo tam fuit po-  
 tens, qui me, vt ad sacram Christi humanitatem recogitandam redirem,  
 posset compellere; imo vero putabam illam mihi impedimento esse.  
 Quocirca, Christe Iesu Domine animæ meæ, & vnicum bonum  
 meum, opinionis illius meæ recordor, insignem in animo dolorem fen-  
 tio, & mihi insignem quandam prodicionem tunc molita esse, videor, ta-  
 mensi ex ignorantia. Toto autem vitæ meæ tempore erga Christum Do-  
 minum valde deuota fueram: hoc enim quod dico iam ad extremum ce-  
 rat, paulo scilicet antequam has raptuum ac visionem gratias Dominus  
 mihi faceret. At paruo admodum tempore in hac opinione hæsi; itaque  
 semper ad pristinam meam cum hoc Domino meo Christo deliciandi cō-  
 suetudinem redibam; imo, cum ad sacram communionem accedebam  
 semper eius speciem & imaginem præ oculis meis habere voluissem, cum  
 cum ita in anima mea exculptum & expressum habere non possem, vt  
 quidem volebam. Sed fieri ne potest, Domine, vt in me vel ad horam illa  
 manserit cogitatio, te mihi impedimento esse, quo minus ad maius bo-  
 num, peruenirem? Et vndenam obsecro, omnia ad me bona venerunt,  
 nisi à te? Sed nolo cogitare me aliquam in eo culpam admisisse; nam mirè  
 hoc me iam cruciat, & certè quædam fuit ignorantia: vnde etiam bonitati  
 tuæ placuit, illam à me tollere; primo, subministrando aliquem, qui ex  
 hoc me errore educeret; deinde, toties te mihi, vt postea dicam, videndū  
 exhibendo, vt scilicet, euidentius perspicerem, quam grauis hic error ef-  
 fet, & alijs multis ipsum declarare (vti etiam declaravi) denique eum hoc  
 loco nunc referrem. Hanc esse causam opinor, cur multæ animæ non ma-  
 gis proficiant; & ad magnum quandam spiritus libertatem per oratio-  
 nem vnionis, minimè perueniant. Duæ mihi videntur esse rationes, ob  
 quas dicere possum, quod dico (& forsitan nihil prorsus dico, sed quod  
 dicam didici per experientiam, scilicet animam meam valde malè se ha-  
 buisse, quoad usque eam Dominus illuminaret; nam fruitiones & recrea-  
 tiones ei dabantur non nisi per interualla, & illis iam transactis non se in-  
 ueniebat apud tales, qui eam in difficultatibus, & tentationibus superân-  
 dis adiuuaret, vt postea inuenit.) Prima ratio est, quod hic paruus aliquis  
 humilitatis defectus locum habeat, sed is ita tectus, subtilis & abscondi-  
 tus, vt vix percipiatur; quis autem ita superbus & miserabilis erit, vt ego,  
 qui postquam totum vitæ suæ tempus pœnitentijs, orationibus, & perse-  
 cutionibus, quæ fingi dariuè possint, tolerandis iam impenderit, non se  
 dicitissimum existimet, atque abundantissimè sibi satisfactum putet, quod

S 3

Dominus

S.  
heresia

Opera

N. VII

156

Erat S. M.  
 erga redē-  
 pōrē Chri-  
 stum Iesū  
 vniū affe-  
 ctū.



*Cum quis  
lassus est  
cogitando  
Christū in  
passione cō-  
stitutum,  
consideret  
eū post re-  
surrectionē  
iā glorifi-  
catum.*

Dominus se cum S. Iohanne sub cruce consistere patiatur? Nescio sine  
cui id demum non sufficiat, nisi forsitan mihi, quæ in omni eo semper  
detrimentum feci, in quo lucrifacere debebam. Si ergo quis vel ob con-  
plexionem naturalem vel inualitudinem semper de passione Domini  
ni nequeat cogitare, eò quod hæc cogitatio pœnosa est; quid impedi-  
quo minus apud eum iam resuscitatū maneamus, cum eum in Venerabi-  
li Sacramento Eucharistiæ tam vicinum habeamus, ubi ipse est iam glori-  
ficatus, & ubi eum non iam sudantem, concisum, excruciatum, sanguine  
fluido conspersum, è viarum labore defatigatum, ab ijs quibus tanta be-  
neficia conferebat exagitatum, ab Apostolis denique suis derelictum vi-  
debimus. Nam reuera nullus est, qui tot tamque grauibz laboribus  
cruciatibus, quos Dominus subiit, semper recogitâdis par sit. Post resur-  
rectionē autē eum videmus extra pœnas, ac plenum gloriæ, hos quidē  
roborantē, illos animantem, antequam in cœlum ascenderet; denique  
strum in sanctissimo altaris Sacramento Socium; ita vt ne ad momentū  
quidē à nobis diuelli potuisse videatur. Et me, Deus meus, à te separantē  
te relinquere potuisse, vt tibi magis seruire: quia cū te offendebā, tū cœ-  
cognoscebam; sed quod, cum te iā nossem, mihi persuadere poterim.

*Malā viā  
inquit qui  
Christum  
deseruit.*

viā plus me posse lucrari? Ah, quā malam viam inibam Domine! imo ve-  
prorsus sine viā fuisse mihi videor, nisi tu iterum me in eandem redum-  
ses: nam cum te iuxta me viderem, omnia simul bona vidi; & nihil  
mihi labor superuenit, qui mihi non reddatur facilis, cum qualiter con-  
ram Iudicibus constiteris, considero. Qui tam amicum ac tam generosum  
ducem, qui in patiendis se velut in prima acie collocavit, apud se habet  
omnia ferre potest: ipse enim nos iuuat, corroborat, neminem desinat  
ac verus & sincerus amicus est. Manifestē enim video, vt & vidi potest  
si Deo placere & magnas ab illo gratias accipere velimus, ipsum ve-  
le, vt per Sacratissimæ illius humanitatis, in qua Maiestas eius  
complacere dixit, manus illæ nobis obuenant. Sæpissimè hoc per expe-  
rientiam aduertit; quin & Dominus ipse hoc mihi dixit; ad oculum  
quam vidi, per hanc nos portam ingredi debere, si magna quædam à  
prema Maiestate arcana & secreta pandi nobis velimus. Reuerentia  
gitur V<sup>a</sup>. aliam viam non quærat; etiamsi ad contemplationis apertu-  
iam pertigeris: hac quippè viā tutò & securè incedes. Dominus hic  
ster est is, à quo, & per quem omnia nobis bona obueniunt: hic te docu-  
bit; & illius vitam si intuearis, melius ac perfectius, quod imitari  
emplum non inuenies. Quid volumus amplius, quam tam fidum  
latus nostrum amicum habere, qui in laboribus & difficultatibus nos  
amici mundani faciunt, non deseret. Beatus ille, qui cum sincerè  
verè amabit, & iuxta se semper tenebit. Intueamur gloriosum Apostolum  
Paulum

*Cōstempla-  
tioni nun-  
quam hu-  
manitatis  
Christi de-  
serere de-  
bet.*



Paulum, qui assidue in ore habebat Iesum, ut qui illum cordi suo profunde  
 insculptum & impressum habebat. Diligenter etiam ex quo hoc intellexi & di-  
 cti, sanctos quosdam mirè contemplativos consideravi, & comperi non  
 alii quàm illos viam ingressos esse: exemplo sit Sanctus Fraciscus in suis  
 signatibus, Sanctus Anthonius de Padua in puerulo Iesu; Sanctus Bernar-  
 dus sacra Christi humanitate mirè capiebatur, nec non S. Catharina Senen-  
 sis, & alij plurimi sancti, quorum R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> nomina melius quam ego  
 noverit. Illud alterum, se ipsum scilicet ab omni eo quod corporeum  
 est abstrahere, bonum hand dubiè sit oportet, cum viri ita spiri-  
 tuales id asserant; sed meo iudicio, tunc primum id fieri debet, cum  
 anima iam multum profecit: nam ad illud vsque tempus, certum est  
 Creatorem quærendum esse per creaturas. Nihil autem certi hic sta-  
 tuti potest sed pro ratione gratiæ, quam unicuique animæ in particula-  
 ri Deus elargitur; de quo loqui non præsumo, sed quod libenter do-  
 cere vellem, hoc est, scilicet sacratissimam humanitatem Christi inter  
 talia corporea non debere numerari. Hoc autem punctum benè velim  
 intelligi, & utinam me commodè possem declarare. Cum omnes po-  
 tentias Deus suspendere vult (sicut ex orandi modis, quos hæcenus de-  
 clarauimus, perspicuè videre fuit eas suspendi) tunc certum est, etiam no-  
 bis iniuriis & reluctantiis, corpoream hanc præsentiam tolli, sed tol-  
 latur parum refert: felix & optanda est huiusmodi iactura, cum per  
 eam magis fruamur eo, quod videbatur amitti; tunc quippè anima  
 totam se impendit, amando, quem intellectus cognoscere tam o-  
 perose studuit, & amat id quod minimè potuit comprehendere, &  
 haurire eo quo tam benè frui non posset, nisi se ipsa perderet, ut se  
 (ut dixi) magis lucrifaceret. Sed ut datâ operâ & studio assuescere-  
 mus, ex omnibus nostris viribus non conari sanctissimam hanc hu-  
 manitatem semper præ oculis habere (& faxit Deus, semper eam præ  
 oculis haberemus) hoc inquam, mihi profus non placet; atque hoc  
 est animam velut in aëre suspensam (ut vulgo dicitur) tenere: Videtur  
 quippè omni fulmine & adminiculo carere, quantumvis Deo, se  
 putet plenam esse. Magnum quid est, interim dum viuimus, & ho-  
 mines sumus, ipsum ut hominem præ oculis habere: nam hoc secun-  
 dum incommodum est, quod hæc in re situm esse dico: nam primum,  
 vti iam dicere cœperam, est, quod hic aliquis sit defectus humilitatis,  
 cum scilicet se anima sustollere cupit, antequam à Domino sustollatur,  
 nec satis illi est tam pretiosam rem meditari, ac esse Maria vult, ante-  
 quam cum Martha laborarit: At, cum DOMINVS eam MA-  
 RIAM esse vult, esto esset iam inde à prima die, non est  
 quod timeamus; verum nos, à nostra parte ciuiles, restricti, &  
 non nimis

Quando nō  
 sit bonum  
 humani-  
 tati Christi  
 relin-  
 quere.

Defectus  
 humilita-  
 tis est se vel  
 se sustollere  
 antequam  
 Dominus  
 sustollat.

S.  
 heresia

Opera  
 N. VII  
 158



non minus audaces esse debemus, uti iam alias me monuisse credo. Hæ defectus humilitatis festuca, etsi nihil esse videatur, & parum referre, tamen ut quis profectum in contemplatione faciat, maxime per se retinetur & impedit.

Iam ergo ad secundum punctum veniamus: non sumus Angeli in corpore conuestiti sumus; ac proinde magna foret dementia velle nos Angelos facere, quam diu in terra viuimus, & quidem ita in terra infirma ac ego infixi eram; sed necesse est, ut aliquod cogitatio nostra ut plurimum fulcimen habeat, quo innitatur: etsi enim anima subinde à se ipsa grediatur, aut sapè ita Deo plena sit, ut nullâ re creatâ ad totam tantam collectionem opus habeat; hoc tamen non ita ordinarium ac frequens est: verum in negotiorum tractatione, in persecutionibus, in laboribus quando nimirum tanta non potest haberi quies, & in tempore ariditate.

*Christus optimus Amicus in persecutionibus & ariditate.* Christus Dominus optimus amicus est. Tunc quippè eum consideramus ut hominem, ac videmus eum plenum infirmitate ac laboribus, tunc nos noster velut socius & collega est. Cui rei dum quis assuevit, valde facilius eum apud se habere potest; quanquam subinde venient tempora, quibus nec vnum, nec alterum facere poterit. Ad hoc autem non parum nos adiuuabit, id quod iam dixi, quod scilicet non ostendamus, quod spirituales consolationes consecemur; veniat quod venire velit: sed magnum quantum est, crucem amplecti. Dominus ipse ab omni cōsolatione desitit ut scilicet laborum torcular calcavit solus, ab omnibus derelictus; quare nos ipsi non deseramus; ita namque nobis ad altius ascendendum melius minime porriget, quam nostra ipsi diligentia illud assequamur; & tunc à nobis subducet, cum hoc expediri iudicauerit, & cum animam extra se trahere volet, sicut dictum est. Pergnatum Deo Patri est videre animam, quam filium eius magna cum humilitate in mediatorem assumit, quæque ita eum diligit, ut etiam cum ipsam Maiestas eius ad sublime quoddam contemplationis genus euehere volet, se ea (vix dixi) indignam reputer, cum apostolo Petro dicendo: *exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Hoc ego peccata sum, & hac arte & viâ anima meam Deus conduxit. Alij, sicut etiam illi, viâ incedent compendiosiore: sed ipsa intellexi omne hoc orationis officium super humilitatem fundatum esse, & quo se anima magis in oratione humiliat ac deijciat, eo ipsam à Deo altius euehi. Et sanè non mihi me vnquam singularem aliquam gratiam (quales sunt eæ quas postea narrauo) ab eo accepisse, nisi cum me ipsa, vix meâ improbitate, nihil abam; imo vero tales mihi tunc cogitationes Maiestas eius in me satagebat, quæ nimirum me in me ipsius cognitione adiuuant, quæ ipsa ne imaginari aut concipere potuissem. Credo firmiter, animam, quæ quid ex se ipsa, quò in hac oratione vnionis progressum faciat.

*Expectare animam debet quo ad usque se Dominus subtrahit.*

*Deus diligit animam qua se consolatione reputat indignam.*



(esto etiam sibi videatur statim per illud proficere) quamprimum ab eo excisuram, ut potè quia id bene fundatum non erat: imò vereor, ut nunquam ad veram Spiritus veniat paupertatem, quæ in eo sita, ut nullam in oratione consolationem aut gustum (nam consolationes terrenas iam dudum abdicavit) sed duntaxat in laboribus & doloribus, idque ex amore eius, qui perpetuo in ijsdem vixit, quærat: deinde ut in ijsdem & in spiritibus ariditatibus quæta sit; esto ea ipsum aliquo modo afficiant, id ita tamen fit, ut ad inquietudinem ipsam non perducant; & se propterea non affligat, ut faciunt nonnulli, qui nisi per intellectum semper operentur & sensualem deuotionem habeant, se pessimè habere arbitrantur, perinde ac si suo ipsi labore tantum bonum promerentur. Non dico autè hoc procurari non oportere, & magna cum sollicitudine coram Deo ipsos consistere non debere; hoc dico, si ita dispositi sint, ut ne vanam quidem bonam habere cogitationem possint (vti iam antea dixi) non esse ut propterea se torqueant vel crucient; serui inutiles sumus, quid putamus nos posse? Vult autem nos Deus hanc inutilitatem intelligere, & asinorum instar in orbita aquæ (quam descripsimus) vertenda laborare: ita namque etiam clausis oculis, ac non attendendo, ad ea que agunt, plus aquæ haurient, quam hortulanus per omnem suam diligentiam & operam. Magna cum libertate per hanc nos viam ambulare oportet, in Dei manus totos nos resignantes. Si nos Maiestas eius inter cubicularios & secretarios suos referre, itaque euehere velit, libenter obsequamur; sin minus, vilibus & humilibus officijs contenti sumus, nec ad prima loca aspiremus, sicut alias dixisse memini. **DEVS** maiorem nostri curam gerit, quam nos ipsi, & nouit ad quid quisque aptus sit. Quid est, quod seipsum is regere velit, qui iam omnem voluntatem suam in Dei manus resignauit? Hoc autem meo iudicio multo minus licitum & tolerabile est hic, plusque nocet, quam in primo orationis gradu: sunt enim bona supernaturalia: si quis absouam vocem habeat, quantumlibet conetur canere, eam non emendabit, aut commodam reddet, at si **DEVS** hanc ei dare velit, non est quod ipse vocem ante experiendo intendat. **DEVM** ergo identidem oremus, suam vt nobis gratiam donec, animam illi nostram penitus subijciantes, semper tamen de eius magnitudine confidentes. Cum ergo potestas ei sit, secus pedes Christi sedendi, det operam & conetur ab ijs non abscedere, & quomodocumque potest, illic maneat, & Mariam Magdalenam imiteretur; nam quando satis virium iam habebit, Deus eam ad solitudinem conduceret.

Vestra igitur **R.** quoadusque inuenerit aliquem, qui maiore sit experien-

S. M. Terse Opera.

T

perien-

*Ut qui ad paupertatem spiritus perueniat non quærat gustus in oratione.*

*Deus vult nos agnoscere esse inutiles.*

S.  
Heresia

Opera

N. VII

145



perientiâ meliusque quam ego rem hanc nouerit, hæc sequatur. Non credat autem primum gustare incipientibus quam DEVS sibi uis sit; putant enim se inde proficere, & magis ipsis placet, quod sibi ipsis prodesse possint. Cum Deus venire uult & se intermiscere, quam aperte uenit & perceptibiliter, etiam sine paruis his adminiculis! quantumcunque obluemur & resistamus, ipse spiritum nostrum non aliter arripit quam gigas aliquis festucam arriperet; ut nihil in contrarium resistentia prosit. Quis credat, Deum, cum iam uult expectare quoadusque bufo per se euolet? Imò uerò, adhuc difficilius & molestius mihi esse uidetur, spiritum nostrum se sustollere, si Deus eum non sustollat; est enim terrâ & mille alijs impedimentis grauatus, parumque ei prodest quod per se ipse euolare uelit; nam esto per naturam ad euolandum sit aptior quam bufo, tamen iam tam profunde cœno inhæret, ut sua culpa hoc perdidit. Concludere ergo uolo, monere ut, quotiescumque de Christo Domino cogitamus, semper in amorem simus amoris illius, quo ipse motus tantas nobis gratias & beneficia præstitit; & quantum Deus amorem nobis ostenderit, cum nobis amoris illius, quo nos prosequitur, pignus dederit: philtrum enim amoris est amor, & amor vnus prouocat alterum. Quam obrem uerperam demus, esto etiam iam tum in ipso principio, & dum adhuc uide improbi sumus, ut hoc semper præ oculis habeamus, itaque nos amorem prouocemus: nam si semel hanc nobis gratiam Deus faciat, amor hic cordi nostro profundè imprimatur, omnia nobis quam cillima erunt, & breuissimo tempore & paruo labore permultum præstabit. Hoc nobis Maiestas illius concedat, cum norit, quare illi nostra interfit; idque ex amore, quo nos prosecutus est, & propter illius suum gloriosum, cuius graui impendio & sumptu illum nobis ostendit. Amen.

Vnam hoc Reuer. am. V. am. rogare uelim, cur, cum tam singulari & eximias gratias (qualis est, eam ad perfectam quandam contemplationem euehere) Deus anima facere incipit, ut merito fructus perfectæ usquequaq; manere & esse deberet (merito inquam; nam quantumcunque tam singulare bonum recipit, terrenas consolationes amplexus consecrari & querere non deberet) ipsa statim non reddatur perfecta? nam anima quæ ad raptum peruenit, & iam consequitur gratias insignes accipere, effectus illarum maiores habere uidetur; quo plures habet, eo magis à creaturis reddi aliena; cum tamen in illo puncto & momento, quo DOMINVS uenit, illam in sanctitate perfectam relinquere possit, sicut eam postea cum tempore paulatim in uirtutibus planè perfectam reddit? Hoc scire per uelim, quæ



Non, quia id ignoro: scio quidem magnam differentiam esse, in-  
 ter robur quod DEVS in anima relinquit, cum raptus in princi-  
 pio non nisi ad momentum durat, ita vt is vix percipiatur, nisi in  
 effectibus quos post relinquit; & inter robur quod relinquit hæc  
 gratia cum diutius durat. Sæpius quoque mecum ipsa considero  
 an non propterea id accidat quod anima se statim penitus non dis-  
 ponat, quoadusque DOMINVS, paulatim eam enutriat, ac firmum  
 tandem propositum eam habere faciat, virileque ei robur submini-  
 stre, vt omne creaturarum impedimentum à se penitus abijciat:  
 quod tam breui tempore in MARIA MAGDALENA fecit, hoc  
 & in alijs faciat, prout quidem ipsi à parte sua operantur, sinendo  
 Maiestatem ipsius agere quod vult. Aut forsitan vix credimus, DE-  
 VM, etiam in hac, centam posse pro vno persolvere. Hæc quo-  
 que similitudo mihi in mentem venit (posito scilicet vnum quid  
 esse, & quod datur ijs qui iam longius prouecti sunt, & quod  
 penitenti incipientibus) esse id videlicet, sicut cibus è quo diversi  
 comedant; è quo quidem in parum indè sumentibus solum bo-  
 nus aliquis sapor manet ad modicum tempus durans; plus verò in-  
 de lumentes, eo etiam aliquo modo sustentantur; denique mul-  
 tum illius capientes, ex eo & vitam sustentant, & robur acqui-  
 rant. Et posset quis toties & tam abundanter de hoc vitæ cibo co-  
 medere, nullus vt exindè cibus ei saperet, quam solus hic; vi-  
 det quippe quantum sibi inde boni obueniât: & suum palatum  
 ita huic dulcedini iam assuefecit, vt malit non viuere, quam  
 ex alijs rebus compelli comedere, vt quæ ad nihil aliud profunt,  
 quam ad bonum illum saporem, qui ex dono illo cibo relictus est,  
 penitus auferendum. Adhæc sancti alicuius contubernium & con-  
 uersatio non tantum fructus facit die vna, quantum pluribus: &  
 fieri posset, tot diebus nos cum illo conuersari, vt, cum Dei  
 gratia, ei tandem per omnia similes reddi possemus, sed omnia  
 in eo posita sunt vt Maiestas eius velit, eique is det cui ipsum da-  
 re vult. Multum vero in eo situm est, vt nimirum is, cui hæc  
 gratia iam dari cæpta est, firmiter apud se statuat, ab omni-  
 bus se rebus abstrahere, tantique eam facere, quanti eam fie-  
 ri ratio exigit. Videtur mihi quoque Maiestas eius explorare,  
 quis ipsum diligit, modo hunc, modo illum per consolatio-  
 nem & voluptatem hanc tam singularem ostendens quisnam ip-  
 se sit, quò fidem, si emorua iam sit, eius quod aliquando  
 daturus est, redanimet, dicens: Vide hoc non nisi vna est gurgis  
 profunditas illius omnium bonorum maris, idque, vt nihil à parte  
 sua fa-

Anima nõ  
 tatum red  
 boru ac-  
 quirit, cū  
 gratia illi  
 cooperans  
 seuit, quā-  
 tū cū dia-  
 tibus ma-  
 nent.

S.  
 Heresia

Opera  
 N. VII  
 156

Sancti cõ-  
 tubernium  
 tantū nobis  
 boni non  
 facit vno  
 die quan-  
 tum pluri-  
 bus.





sua facere omittat, pro ijs quos diligit: & prout se ab illis suscipi videt, in  
& dat, imo & se ipsum. Ipse diligentes se, diligit. Et quam ardens ipse dilec-  
tor, quam fidus amicus est! Vtinam Domine animæ meæ nō decederent me  
hi verba, ad declarandum quānā in te fiduciam habentibus des, & quan-  
tum ijs amittant, qui cum ad hunc statum peruenerunt apud seipos reman-  
nere, nec a se egredi volunt. Ne hoc permittas, obsecro Domine, cum  
plura facias quam hoc, ut porē ad tam incommodum diuersorium, qui  
le hoc meum est, diuertens. Esto igitur in sæcula sæculorum benedictus.

Iterum ergo R<sup>am</sup> V<sup>am</sup> rogo, ut, si hæc, quæ de oratione scripti, cum  
aliquibus viris spiritualibus conferre velis, hi saltem tales sint: si enim  
non nisi vnicam viam norint, aut in medio viæ hæserint, progredi nec  
si, nec valentes, non rectè de his ferre sententiam ac iudicare poterunt. Et  
sane reperire aliquando est, quos Deus iam inde à principio per viam vobis  
de sublimem conduxit, qui putant & alios sic pari modo posse proficere  
& intellectum sine vllis corporearum rerum adminiculis ad quietem  
posse perducere: hi interim pumicis in modum aridi manebunt; alij vero  
qui iam ad aliqualem quietem peruenerunt, quia vnum habent, etiam  
mox se aliud facere posse existimant, & tamen hi adeo non proficient, et  
etiam quemadmodum iam suprā dixi retrocessuri sint, adeo ut in oratione  
bus magna opus sit discretione & experientia. Hanc nobis Domine  
(quæ eius est bonitas) concedere dignetur.

*Viri non-  
nulli spi-  
rituales  
quantum  
docent.*

## CAPVT XXIII.

IN VITÆ SVÆ NARRATIONE PERGIT ET QVOMODO  
maiori perfectioni, & quibus medijs hære caperit. Perutile est animarum in oratione  
exercitium regimen habentes scire, quomodo hæc se in princi-  
pio gerere debeant: atque quantum sibi pro-  
fuerit hoc sciuisse.

**I**am narrationis vitæ meæ filum, quod abruperam, resumere volo: ve-  
reor enim ne in præcedentibus æquo fuerim prolixior, quo possent  
quæ subiungentur melius intelligi. Sequentia ergo velut nouus sumus  
sunt liber, noua inquam & alia vita: quam enim hæcenus vixi mea vobis  
fuit; quam vero vixi iam inde ab eo, quo hanc orationis materiam capere  
declarare, est illa quam in me Deus (ut mihi quidem videbatur) viuere  
credo enim impossibile planè mihi fuisse, tam breui tempore, tam præ-  
conseruandis & opera ita deserere. Benedictus sit Deus, quod me à mor-  
tali liberarit.

Mox ergo ut occasiones peccandi relinquere, & orationi magis  
dare capere, Dominus etiam mihi suas incipiebat gratias dare, ut qui



aliquid quætere videbatur, quam vt ego eas vellem suscipere. Capite ergo  
 Maiestas eius valde frequenter mihi orationem quietis dare ac sæpè  
 etiam visionis; quæ satis diu durabat. Ego vero quoniam illa tempe-  
 state, multa femina turpiter illusionibus variis à diabolo decepta e-  
 rant, & in fraudem pertractæ, timere cæpi, quod ea quam sentie-  
 bant, voluptas & suauitas nimis quam magna esset; & sæpè tanta, vt eam  
 ipsa impedire non possem. Verum ex alia parte magnam intra memeri-  
 plam securitatem sentiebam, hæc non nisi à Deo venire ( præsertim cum  
 iam orationi incumbere) & magnam inde in vita mea emendationem  
 sequi, meque in spiritu magis corroborari videbam. At si quando vel  
 modica me distractio subinde abripiebat, rursus metuere & cogitare  
 incipiebam, an non fortè dæmon sic intellectum meum suspenderet,  
 mihi persuadendo id bonum esse, quo me sic orationem mentalem  
 faceret deserere, & de passione dominica meditari, aut intellectu meo  
 vt non possem: quod mihi vt potè non intelligenti, maior longè ia-  
 ctura & damnum esse videbatur. Sed quia maiestas eius iam mihi dare  
 lumen volebat, ad scilicet ipsam non offendendam, & quantum ei  
 deberem agnoscendum, hinc cità in me timor hic crescebat, vt is me vi-  
 ros quosdam spirituales quibuscum de hisce rebus conferrem quam  
 diligentissimè conquerere compelleret. Nam iam tum è nonnullis  
 intellexeram, Patres Societatis IESV huc nuperrimè venisse, erga  
 quos ipsa, tamen neminem eorum in particulari nossem, mirificè  
 affecta eram, solum quod eorum & viuendi & orandi modum intel-  
 lexissem, sed indignam me reputabam, quæ eos alloquerer, nec va-  
 lidam satis ad illis obediendum. Atque hoc magis me timere facie-  
 batur: nam graue mihi & durum erat, talis ego cum essem, illos alloqui,  
 & cum ipsis conferre. In hac ergo contentione & conflictu ad tempus  
 aliquid hæsi, quoadusque sine magna repugnatione quam in me sensi,  
 & timoribus, necum ipsa statui, cum viro aliquo spirituali de rebus  
 meis conferre, vt ex ipso sciscitando scirem, quale orandi genus ipsa fe-  
 cerat & haberem; vtque is me, si qua in re errarem, edoceret, & fa-  
 cere e, vid quid possem ad Deum non offendendum. Nam fortitudinis  
 & roboris defectus, quem in me ipsa notabam, ita me, vt dixi, timidam  
 reddebat. Quam grauis & intolerabilis, Deus bone, error erat, quod, vt  
 bona essem à bono me subducebam! Haud dubie diabolus hanc in-  
 rem in ipso virtutis principio quam maximè debet incumbere, neque  
 enim impetrare hoc à me ipsa poteram; nouit ipse namque omne animæ  
 bonum ac salutem in eo consistere, vt cum viris bonis & amicis Dei com-  
 municet; itaque nullatenus ad hoc faciendam poteram animum in-  
 ducere. Exspectabam donec me prius emendassem, vt & alias feceram

*M ora-  
 tionem  
 quietis &  
 visionis  
 sæpè sen-  
 tiebnt.*

*Patres So-  
 ciet. Iesu  
 alloqui  
 volebat,  
 sed non  
 audebat.*

*Salutare  
 est anima  
 cum bonis  
 viris con-  
 ferre.*

I 3 tum cura

S.  
 Heresia

Opera  
 N. VII  
 158



eum, cum orationem intermiseram, & forsitan id nunquam fecissem, tamen enim tam profundè quædam malæ consuetudines, tamen si exigua, mihi insidebant, vt vix possem credere ipsas malas esse, ad eò vltimos me iuuare, & manum mihi quo resurgerem, porrigere necesse esset. Benedictus sit **DOMINVS**, qui primus tandem mihi manum porrexit. Vt vero vidi, timorem hunc meum ita increfcere (quod in dies crederet oratio) videbatur mihi hic aut magnam aliquod bonum, aut maximum malum delitescere; iam tum enim intelligebam, id quod habebam, quid supernaturale esse: nam subinde ei, non poterat resistere, vt nec in mea manu erat id cum vellem, habere. Hinc apud me cogitabam nullum omnino mei iuuandæ remedium esse, nisi conscientia puritati studerem, meque ab omnibus cuiuscunque peccati occasionibus, etiam venialis auocarem: posito enim spiritum Dei euidentem erat inde mihi non nisi bonum venturum; at si id à maligno veniret, me procurante **DOMINO** placere, eumque nequaquam offendere, non multum is mihi poterat nocere, imo potius id in eius detrimentum cessurum certum erat. Hoc itaque apud me constitutum, **DOMINVM QVE** identidem obsecrans, vt mihi ope sua præsto esset, atque hoc ad dies aliquot sedulo obseruans, comperi animam meam fat virium non habere, vt ipsa sola per se ad tantam perfectionem pertingeret, idque ob nimias qualdam erga aliqua affectiones, quæ quamuis ex se valdè mala non essent, satis tamen erant, ad omnia impedienda. Audiui itaque de Sacerdote quodam per docto hac in ciuitate commorante, cuius sanctitatem ac honestam vitam Dominus iam populo patefacere incipiebat. Huius mihi notitiam & accessum vt quidam nobilis etiam huius Ciuitatis conciliauit; vir hic quidem vixit duxit, sed vitæ est adeo honestæ, itaque orationi & operibus charitatis deditus, vt illius bonitas & perfectio omni in re eluceat, nec immerito, eius enim adminiculo & opera multæ sunt animæ in salutis semitam reuocata; idque ob singularia quæ à Deo accepit talenta; quæ eum, quantumuis ratione status hoc facere impediatur, non operari non sinant. Nihil præclaro & præstanti est ingenio, & comis erga omnes; conuersatio eius minime grauis & molesta, sed tam suavis, & omnibus grata (eo quod bene recta sit & sancta) vt omnibus quibuscum tractat, mirifice placeat, omnia vero ad maius animarum quibuscum tractat, bonum dirigit, & omni suo studio & opera aliud nihil spectare videtur, quam vt omnibus, quibus aliquo modo potest, placeat, & gratificetur. Hic ergo bonus & laudatus vir industria sua in causa & inritum fuisse videtur, vt anima mea salutem iniret. Non possum humilitatem illius non summopere mirari, quod ipse me adire & visitare voluerit, cum tamen ipse iam

*Conscientia puritate si studerem*  
*gestis M. Occidendi occasiones relinqueret.*

*Nobilis quidam vir sanctæ vitæ.*

(quantum)



(quantum quidem memini) quadraginta annis (an duo tresue minus sint nescio) orationis studio incubuerit, & omnem vitæ perfectionem quam status eius permittere & pati videtur, semper sectatus sit. Vxorem namque habet, ita pietati addictam & caritatis studiosam, vt hæc ei in perfectione sectanda nullo sit impedimento; talem inquam mulierem, vt eam Deus ei, quem tam singularem & indefessum seruum suum nouerat futurum in vxorem selegisse visus sit. Quidam de eius consanguineis cum meis connubia contraxerant. Habebam præterea notitiam & nonnunquam tractabam cum alio quodam insigni Dei famulo, qui vnam de cognatis meis in vxorem duxerat. Per hos itaque procurans, vt is quem dixi Sacerdos, magnus inquam ille DEI seruus me accederet (nam erat hic ipsis per familiaris & notus) statuens illum mihi & in Confessarium, & in spiritus negotijs directorem deligere. Vt ergo is venit, vt me alloqueretur, magno me rubore perfundi sensi, quod coram viro adeo Sancto apparerem; ac mox ei anima mea & orationis rationem reddidi; Porro confessarius meus esse volebat, quod se alijs negotijs plurimis distentum, ei vacare non posse diceret; reuera occupatissimus erat. Hic ergo me sancta aliqua & generosa resolutione conducere cepit tanquam si fortissima fuisset (& sane talis quidem esse debuisset, pro modo orationis quam me tenere videbat) vt scilicet nullatenus & nulla in re Deum offendere proponerem, vt ergo firmam & festinam eius resolutionem etiam paruis in rebus vidi, ad quas tamen vt dixi tam perfecte vt volebat statim ad implenda satis virium non habebam; non parū contristari cepi quod illum animæ meæ negotium, ita respicere viderem tamquam rem quam vnica vice semel consequi & perficere possem, cum tamen longiore me curatione opus habere cernerem. Videbam itaque me per ea quæ ipse mihi suggerbat media, nullatenus adiuuandam; quod animæ perfectiori magis illa quadarent: ego enim etsi in Dei gratiis vt cunque proepta essem, tamen valde in ipsis virtutum & mortificationis principijs hærebam. Et sane si cum nullo alio quam cum hoc tractassem, numquam aliquem animæ meæ in virtutum studio credo progressum fecisset, quam enim in me sensi, afflictio, quod me nec facere nec posse facere (vt mihi quidem videbatur) viderem ea quæ mihi facienda præscribebat, nimis quam satis erat, ad de progressu faciendo desperandum, & quæ cæperam omnia abrumpenda. Subinde mecum ipsa miror cur, cum singulari vir hic ad animas ad DEVM pertrahendas præditus esset gratia, DOMINO non placuerit, vt meam per nosset, & illius curam in se susciperet; at iam video, id omne ad maius animæ meæ bonum, factum & directum esse, vt scilicet sic in notitiam venirem

virorum

S.  
heresia

Opera

N. VII

151

Anima  
pudet  
ducenda.



virorum ita sanctorum, vti sunt Religiosi Societatis Iesu, & cum illis rebus meis conferrem. Cum ex eo tempore virum illum nobilem rogarem vt aliquoties ad me visitationis causa excurreret, id ipse se facturum promisit. Hic insignis eius relucebat humilitas, quod cum perferretur improba, qualis ego eram, volebat agere. Incepit ergo me subinde visitare, meque animans dicere, nõ debere me cogitare, me die vno simul omnia posse relinquere, sed Deum id paulatim facturum: nam & se, in rebus quibusdam valdè leuibus, ad annos aliquot hasitasse, nec eas etiam conatu adhibito relinquere potuisse. O quantum boni prestas, humilitatis in quibus habitas, nec non omnibus, ad eos qui te possident accumbis: Sanctus hic vir (hoc quippe nomine eum merito donare possideor) quasdam mihi de suis spiritualibus infirmitatibus narrabat, quod quidem ei, quæ erat humilitate, tales esse videbantur (vt earum scilicet narratione, malo ipse meo mederetur) ratione tamè status ipsius, nec defectus erant nec imperfectio; iuxta tamen meum statum, grauissimas habebat, eas habere. Non sine ratione autem hæc huc adfero; esto mihi in referendis plus æquo videar inharere; tanti quippè eorum momenti sunt, quæ anima aliqua in spiritu proficere incipiat, & volare discat, dū (vt dicunt) adhuc implumis est, vt nemo id crederet, nisi qui re ipsa id est experiret, quoniam certa me cum Dei gratia spes teneret, fore vt R. V. alijs plurimum per hæc proficit, idcirco ea hic adferre visum est, scilicet omne meum bene ac salutem in eo sita fuisse, quod is me iuuare sciuerit, tum quod humilitatem simul & caritatem ad mecum manè dum, nec nõ patientiam ad me tolerandam, quod imperfectiones adhuc penitus non rescinderent habuerit. Procebat hic paulatim cum discretione, modos mihi & meo ad dæmonem expugnandum suggerens. Vnde ita eum diligere cepi, nunquam maior mihi esset consolatio, quam die illo quo is me visitatione veniebat, sed raro admodum ad me excurrere. Cum aliquanto diuina visitationem differret, statim non modicè affligebar, idcirco eum ad me non excurrere existimans, quod nimis quam improba foret. Vt ergo me imperfectiones ita graues (& forsitan erant peccata, nihilominus ex quo cum eo agere cœpi, magna vitæ meæ secuta erat emendatio) nec non gratias, quas Dominus mihi conferrebat, me referente, quod aliquam remissam se hic lucem adferret intellexit; duo hæc simul, consistere & bene uenire posse negabat: has quippè gratias ijs solum dari, qui iam longè progressi essent, & passiones omnes subiectas haberent. Vnde non potuit non valdè mihi timere: in nonnullis enim rebus, diabolica id ei videbatur esse illusio & impostura, se tamè non planè id asserere velle aiebatur. Monebat porro vt, quidquid ad orationem meam spectare putabatur, sedulo notarem, & ad ipsum dein referrem, sed in eo diffidens

*Vno die  
meum  
perfectio-  
nes non si-  
mul tolli-  
tur.*

*Gratias  
quas acci-  
piebat non  
respondebat  
vlla.*



omnis erat, quod quæ & qualis oratio mea esset, exponere non possem: nam non nisi nuper admodum hanc mihi Dominus gratiam præstitit, quod intelligere & exponere possem, quale id sit. Vt ergo hoc ipse mihi dixit, simul accedente metu, quem à me ipsa habebam, maximopere intra me ipsam angustiari cœpi, totaque in lachrymas resoluui: nam aliud sanè non quærebam, quam Dei voluntatem implere, mihi que persuadere non poteram à demone hæc venire, subuerebar interim, ne fortè ob mea me peccata Deus excæcasset, vt hoc ipsa non intelligerem. Varios itaque inspiciens libros, vt viderem num quem orandi modum habebam, in ijs expressum viderem; itaque eum alijs de eo sciscitantibus possem exponere, tandem in eo cui nomen est: *Ascensus in montem*, quantum ad vnionem animæ cum Deo spectat, omnia illa legi signa, quæ in me ipsa in illa vnione notabam, quod scilicet nihil penitus cogitarem, hoc quippè erat quod semper dicebam, nimirum me cum hunc orandi modum tenerem, nihil omninò cogitare posse, quamobrem, lineis quibusdam sub ductis, loca illa in libro notauit, eique librum tradidi, vt & ipse & alius ille quem dixi, Sacerdos pius, Deique famulus, ipsum inspicerent, meque docerent, quid factò mihi opus esset, cum animo & proposito, si ita ipsis videretur orationis studium penitus intermittendi. Ad quid enim me in illa pericula conijcerem, cum viginti aut circiter annorum spatio, quibus hanc orationem vsurpauit, nullum aliud indè commodum reuallilem quam illusiones diabolicas? fatius proinde esse, eam prorsus omittere, quamquam & hoc granè mihi videbatur: iam tum quippè experta eram, quis animæ meæ, sine orationis exercitio, esse soleret status. Adeo vt angustia mihi essent vndique, & quamcumque in partem me verterem, quietem non viderem: sicut qui in rapidissimi fluminis medio constitutus, ad quamcumque eius partem accedit, ibi maius & euidentius periculum incurrere timet, & iam iam ab aquarum impetu absorbendus est. Est hæc ingens quædam crux & angustia, & id genus plurimas ipsa sum passa, vt postea dicam: quod scire etli parum referre videatur, forsitan vsu venire poterit ad sciendum quomodo spiritus probari debeat.

Et certè magna est angustia, quam homo ibi patitur; vnde summa hæc opus est circumspectio, præsertim in mulieribus: magna quippè nostra est infirmitas, & ingens inde oriri malum posset, si apertè ipsis diceatur, hæc demone auctore in ipsis fieri: sed res ipsa exactè inspicienda est, & omne succurrens periculum ab ijs auerrendum, ipsæque clam alijs & secreto commonendæ, vt secreta sua celent, quod & ipsi confessari facere debent, ita quippè & expedit. Hoc dico & moneo, quia hac in re passus multa sum, quod quidam, quibuscum de oratione mea contrulacere non potuerunt: nam modò hunc, modò illum consulendo,

*Cum in oratione esset de Deo cogitare non poterat.*

*Magna cum discretionis spiritus probandi sunt, maxime in feminis.*

S.  
Heresia

Opera  
N. VI  
106

S. Mariæ Teresa Opera.

V

ad ed



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



adeo non mihi profuere, vt potius magnopere nocuerint. Hac enim ratione multa diuulgata sunt, quæ satius fuisset taceri & celari, cum hæc non sint omnium & quorumlibet; & ego illa euulgare videbar. Crederim equidem Dominum id, nulla ipsorum cum culpa, permisisse, quæ ego aliquid patiendi materiam haberem. Non dico, eos aperuisse, & reuelasse, ea quæ in confessione acceperant; sed quia erant, quibus ob timorem quem habebam, omnia mea aperiebam, quo hæc mihi præferrent, & benè consulerent, par mihi esse videbatur, & audita tacere debere: interim tamen nihil omnino eorum, quæ mihi occurrerant tales homines celare audebam. Moneo itaque vt circumspectè & magna cum discretione cum mulieribus procedant, semper illas animandos, & tempus expectando, quo ad usque eas Dominus iuuuet, vt me iuuuit: nam alioquin prout quidem metulosa & timida eram, maximopere id mihi nocuisset, accedente præsertim in ordinario meo animi deliquio: vnde & miror me non plus adhuc inde damni accepisse. Postquam ego librum illi tradidi, simul & vitam meam rationem, ac peccata mea in genere, quam poteram optime aperui (non quod confiterer; erat quippè secularis: satis tamen declarauit, quam essem improba) duo hi Dei famuli, magna cum caritate & amore considerabant, & examinabant, quid mihi facto opus esset. Vt ergo secum statuerunt, quid mihi responderent (quod ego respiciens sum magna cum anxietate expectabam, cum per eos dies etiam precorimis, vt negotium meum per preces Deo commendarent, in iunxerunt, & ego id à parte mea per frequentes orationes serio commendaßem magna cum angustia & animi mœrore, eorum alter ad me venit, & de meo nis esse illusionem, sibi ac socio post maturam deliberationem, videri dixit; quocirca sibi consultum videri, vt cum quodam de Societate Iesu super re conferrem, libenter se interfuturum, si quem de Patribus ad necessitatem meam ei declarandam accerferem, illi totius vite mee & status rationem in generali confessione redderem, idque quam poteram apertissimè & sincerissimè: nam per Sacramenti confessionis virtutem sperare se, fore, vt Deus plus ei lucis daret, illos quippè Patres in rebus spiritus esse versatissimos. Monebat præterea, vt omnibus quæ is mihi suggereret, aut cõsuleret, ei quam exactissimè morem gererem; quod mihi haberem qui me dirigeret, in præsentissimo lapsus verlarer periculo.

Tantum porro inde concepi timorem & angorem, vt quid futurum essem, planè nescirem: vnde vbertim flere cœpi; cumque in ordinario meo admodum afflicta sederem, incerta, quid mihi futurum esset, subito quodam (quem mihi Dominus haud dubiè in manus tradidisse videtur) sumpto, in eo legi, Apostolum Paulum scribere: Deum fideles

*Femina  
discretè  
tractanda.*



esse quam maximè, ita vt eos, qui ipsum serio & sincerè amant, nunquam à diabolo decipi sinant & illudi. Hoc autem maximè mihi consolationi fuit. Itaque de generali confessione instituenda cogitare cepi, & omnia mea mala & bona, nec non vniuersam vitam meam sepiam, quam nosse & intelligere poteram clarissimè, nihil vt illius omitterem, scripto committere. Memini autem, me postquam quæ scripturam relegi, tot scilicet mala, & nullum propè bonum, summo maiore & afflictione, oppressam fuisse. Valdè quoque me torisit, quod me domestica cum hominibus tam sanctis, quales Societatis IESV Patres erant, agentem vitam essent: verebar quippè meam improbitatem, & videbatur mihi, quod sic magis obligata manerem ad eandem deponendam, & omnibus recreationibus meis valedicendum, & nisi hoc facerem, inde maiora sequi mala possent. Vnde ædituam & ianitricem rogavi, nemini id significarent, sed parum hoc mihi profuit; nam fortè fortuna factum est, vt cum ad Patres alloquendos euocarer, ad ianuam esset, quæ per totum Monasterium mox id diuulgauit. Ah, quæ demon remoras, impedimenta, & timendi occasiones oggerit ad Deum venire cupientibus! Itaque cum magno hoc seruo Dei (nam talis reuera erat, & magnæ vir prudentiæ) tractauit, vniuersumque vitam meam statum, & animam interiora ei patefeci; ipse autem, vt potè hucus in rebus veracissimus, liquido mihi declarauit, quidnam à parte rei esset, meque ad vterius pergendum animauit, dicens, spiritum Dei euidenter hic operati; sed necesse me esse ad orationis studium de nouo reuerti, quod bene fundata non essem, & necdum intelligere inceptum, quid esset mortificatio (& ita erat; nam ne nomen quidem eius mihi videbar intelligere) ac proinde orationem nullatenus intermitterem, sed animum sumerem, cum tam singulares mihi Deus gratias faceret: quis enim in quiete nouit, an multas operata animas DEVS iuuari velit? Et alia id genus addebat plurima; ita vt velut Propheta mihi prædixerit ea, quæ DOMINVS postea mecum egit. Ad hæc magnæ me culpæ ream fore, si acceptis à Deo gratijs haud responderem. Visus est itaque mihi ipse Spiritus sanctus per omnia per eum loqui, ad animam meam curandam: ita quidem in se cordi meo insinabat & imprimebat. Magno hic gignitur me rubore suffudit, & per eam viam conduxit, vt me in alium planè hominem commutare videretur. Quam magnum porrò bonum est, animam per nosse & intelligere. Monebat is me, vt quotidie aliquod dominicæ passionis mysterium meditando percurrerem, & per hoc me ipsa iuuarem; ac non nisi de humanitate Christi cogitarem, illis autem recollectionibus internis ac gustibus, quoad eius fieri poterat, resisterem, nullumque penitus ijs locum darem,

V 2

S. Heresia

Opera  
N. VI  
186

*Venas illam quod cum viris sanctis agere videretur.*

*Certa reditur orationem suam à Deo venire.*

*Quomodo inssa sit orationem insinuata.*



darem, quoad usque ipse aliud moneret. Is ergo plane me consolatum, ad maiora animatam reliquit, itaque Dominus cum me, tum illum me iuuuit, ut & conditionem meam ac statum, & quomodo me dirigeret, intelligeret, firmiter autem apud memet ipsa statui, ab omnibus quæ mihi iniunxerat, ne latum quidem vnguem, vel in minimo recedere: atque ad hoc vsque tempus, ipsum obseruauit. Benedictus sit Dominus, quia mihi Confessarijs meis obediendi, tametsi satis imperfectè, gratiam dedit. Et hi penè semper fuere è benedictis illis Patribus Societatis Iesu: ceteris, sicuti iam dixi, imperfectè admodum obsecuta & secuta sum. Quod factum est, ut notabiliter melior animæ meæ status redditus sit, vniuersam referam.

## CAPVT XXIV.

EANDEM MATERIAM PROSEQVITVR, ET NARRAT QUOMODO EX QUO OBEDIRE CÆPIT, ANIMA EIUS PROFECERIT; QUAMQUE IPSI PATRIBUS PRODESSET, GRATIJS DEI OBLIŒARI & QUOMODO HAS ET MAIESTAS IPSIUS ETIAM ABUNDANTIUS & MAGIS DARET.

POST generalem illam confessionem, anima mea ita serenata & tranquillata mansit, ut nihil mihi objici & proponi posse visum sit, quod aggrediendum me numquam libentissimè disposuissem: vniuersis multis in rebus me ipsa mutare cæpi, & fui alia, quamuis me Confessarius non vrgeret, imò verò ipse omnia illa etiam parui facere videbatur. Et hoc maximè me mouebat: eò quod iuxta normam & regulam caritatis Dei me ducèbat, & ut qui ad libertatem, non autem ad premium, vocaret, nisi hoc ipsa mihi per amorem promererem. Bimodè penè toto, ita me gessi, omni-modis allaborans, ut diuinis consolationibus & gratijs resisterem, quoad exteriora vero, notabilis in me apparatus mutatio: nam incipiebat mihi iam Dominus robur & animos dare, quædam superanda, quæ ipsi, qui me nouerant, atque etiam domestici extrema esse videbantur. Et, ut verum fatear, prout quidem erat quod ante faciebam, bene iudicabant, extrema esse; sed secundum id, ad quod ratione habitus & professionis meæ tenebar, minus æquo præstabant. Per hanc gustuum & suauitatum interiorum reluctantiam, hoc illam assequèbar, quod à Domino instrueret. Antè namque mira mihi, id genus gustus in oratione sentiendos, opus esse videbatur solitudine & abstractione, ita ut me vix mouere auderem; sed postea aduertit, quam parum hoc ad rem faceret, nam quo plus me satagebam distrahere & notitia diuertere; eo me illa suauitate Dominus, & gloria abundantius persequèbatur; adeò ut ab illa circumcingi & obrui, & nullo eam modo effugere possideret.



viderer. Et reuera ita erat: tamen à parte mea in tantum in cōtrarium ob-  
 tinere, vt mihi etiam id p̄nosum esset. Dominus è contra hoc bimestri,  
 in gratijs mihi subministrandis, & sese patefaciēdo, magis effundere visus  
 est, quam antea, vt hac ratione melius intelligerem, non amplius in pote-  
 state mea esse illis resistere. Cæpi ergo nouo quodam erga sacratissimam  
 Christi humanitatem affectu affici, & oratio mea magis stabili, perinde  
 ac domus aut fabrica, cuius iam fundamentum positum est: nec non ma-  
 gis erga austeritatem & afflictionem corporis, quam ob morborum me-  
 orum grauitatem hæctenus neglexeram, studio ferri. Aiebat Sanctus ille  
 vi, vt confessionem meam excipiebat, quædam mihi nullum prorsus  
 detrimentum allatura, ac Deum ideo fortasse, tantas mihi infirmitates ac  
 morbos immittere, quod austerius corpus meum non tractarem, ac pro-  
 inde Maiestatem eius, me in eo deficiēte, illud castigare & affligere velle.  
 Quasdam ergo, me mortificationes iubebat subire, qui mihi parum grata  
 & moleste erant nihilominus eas omnes exactissimè implebam, quod &  
 mihi à Domino iniunctas, & ei ab illo ad illas mihi præscribendas, gratiam  
 dari existimarem, vt hac ratione ei obsequens forem.

*Erga  
Christi  
humani-  
tatem af-  
feci denus  
incipit.*

*Per mor-  
tificationes exerce-  
tur, qua  
parum ei  
suscipiebant.*

Iam ergo anima & conscientia mea, angis scrupulis incipiebat, si quod  
 equantilibet exiguum, aduersus Deum peccatum admitterem; adeo vt,  
 si quid superflui haberem, non prius me in oratione recolligere & atten-  
 tionem habere possem, quam ipsum à me abdicassem. Sæpius quoque  
 tunc ad hoc orationem meam direxi, vt in sua me Dominus protectio-  
 ne habere dignarerur, nec me, quandoquidem cum seruis eius commu-  
 nicabam, retroflectere sineret; hoc enim mihi magnum & intolerabile  
 crimen fore, & illos insignem, mea occasione, boni, quod apud omnes  
 habebant, nominis iacturam facturos arbitrabar. Hoc ipso tempore, ad  
 hoc oppidum appulit P. Franciscus, qui, Gandiæ Dux cum fuisset, ab hinc  
 annis aliquod, omnibus, quæ possidebat relictis, Societatis IESV se dedi-  
 carat. Operam dedit Confessarius ille meus, vt hic me semel alloqueretur  
 (& vir ille nobilis quem dixi, hac etiam de causa ad me venit) vt orationis  
 quem habebam modum illi declararem: sciebat enim multas illum à Deo  
 gratias, & singulares fauores accepisse, vt qui, quoniam multa propter  
 eum reliquerat, iam tum in hac vita, aliqualem ab eo propterea compen-  
 sationem accipiebat. Is ergo postquam me loquentem audiuit, Dei spiri-  
 tum hunc esse, dicere non dubitauit, sibi que nefas videri, iam diutius &  
 magis ei oblectari, quamuis in ei hæctenus resistendo non peccassem,  
 nec malè egissem. Suadebat autem, vt orationem meam semper ab  
 aliquo passionis mysterio inchoarem, ac, si deinde Dominus mentem  
 meam suspenderet aut raperet, ei neutiquam resisterem, sed Ma-  
 iestatem eius illam sustollere sinerem, sic vt ipsa raptum minimè  
 procurarem

*P. Fran-  
ciscus Bor-  
gia ei dixit  
Spiritus  
Dei in ipsa  
operari*

V 3

S.  
Heresia

Opera  
N. VI  
156



procurarem. Hic itaque salutare mihi consilium & remedium suggestit, utpotè qui hac in re veratissimus erat. Multum quippè hic tua experientia. Addebat præterea, grauissimè me delicturam, si post hæc amplius spiritui Dei refragari cuperem. Vnde magnam in animo meo hinc consolationem sensi, uti & vir ille nobilis; qui etiam magnopere lætabatur, audito Spiritum Dei hic operari, mihiq; semper quæ poterat ( poterat autem plurimum ) tum verbis tum re subditum fuit.

Hoc autem tempore, iussus est Confessarius meus ex hac ciuitate in aliam commigrare; quod sanè, pro eo ac debuit, mihi permolebat accidit, & graue fuit: verebar enim, ne rursus retrospicerem, & ad præteritas meas consuetudines redirem, mihiq; impossibile videbatur huic patri inuenire. Vnde anima velut in deserta quâdam solitudine sola relicta, valdè anxia & timida mansit, ut quid mihi facerem, planè ignorarem. Quo circa quâdam de cognatis meis tantum fecit, ut me domum suam abduxerit, ubi ego me quamprimum ad Patres Societatis contuli, vbi mihi ex illis Confessarium deligerem. Placuit autem hic Domino, vni cuiusdam familiaritatem, cum vidua quâdam nobili sanctæque pietatis, quæ cum Patribus illis sæpè tractabat, contrahere inciperem. Hæc me Confessario fecit confiteri, & ad dies aliquot illius in ædibus egredi gratata mihi erat, quod non procul ab eorum Collegio habitaret, quo melior esset cum ipsis identidem agendi occasio: magnum siquidem amorem meæ etiam è nuda sanctitatis, quam in omni conuersatione sua præstabant, fama & commemoratione, commodum accedebat. Hic porro poterat ad maiorem cœpit me promouere perfectionem: aiebat enim, mihi omnino me prætermittere debere, quo Deo penitus & per omnia præterirem; quam etiam in rem magna fatis industria & suauitate vrebatur vix nimis anima mea utcunq; fortis erat & valens, sed admodum tendens præsertim ad particulares quosdam, erga nonnullas personas affectus habendos, nam etsi per illos Deum minimè offenderem, magnus tamen meus erga eas erat affectus; vnde insignis mihi futuræ ingrati tudinis nota videbatur, easdem amicitias rescindere. quare ab eo petebam, cur, cum Deum per eas nõ offenderem, ingrata esse vellem? Suasit ergo mihi ut aliquot dies negotium hoc Deo commendarem, hymnumque: *Pentecostor spiritus &c.* recitarem, ut is mentem meam illuminare dignaretur, quod factu optimum esset, possem perspicere. Cum ergo die quâdam tentius, & ardentius orationi institissem, Dominumque, ut me, tam penitus placendo adiuuaret, rogassem, hymnum prædictum recitare coepi; in quo cum aliquousque progressa essem, tam subitus me raptus coepit, ut propè tota extra me ipsa essem: ita ut de eo nullatenus dubitare

*Ingrat & se fore iustas, si amicitias quorundam relinqueret.*



possem; nam nimis quam manifesta res erat. Hic primis fuit raptus, quem Dominus mihi dedit, in quo aperte verba hæc ex eo audiui: *Nolo post hæc cum hominibus conuerseri, sed cum Angelis.* Maximopere hoc me consternauit: magna quippe animæ meæ erat turbatio & commotio; & verba hæc mihi valde profunde in spiritu dicebantur. Vnde magnus me timor accessit, sed ex alia parte mirabili sum consolatione perfusa: quæ, postquã accessit, (ut potè quam, ut quidem censeo, ipsa rei nouitas causabat) iam ab ipso accessit: & intra me mansit. Quod autem ad me tunc ore dictum est, et in de re ipsa completum est: ex eo enim tempore nunquam amplius firmam cum quopiam necessitudinem contrahere, cõsolationem ex eo capere, aut amore prosequi aliquem in particulari potui, nisi eos quos Deũ amare, ac seriõ velle ei seruire, noui. nec in manu aut potestate mea fuit, secus agere; nec plus moueor, sint consanguinei, aut amici, nec ne; nisi hoc quod dixi iam, de eo intelligam; aut nisi sit aliquis, qui se in oratione exercet: alioquin grauissimum mihi est, cum alio quopiam agere. Verè hoc ita est, ut mihi quidem videtur, & nullum de eo dubium est. Ab eo tempore ita ad omnia ex amore Dei, ut cui ancillam suam vnico momento (neque enim diutius id mihi visum & durasse) in alium hominem cõmutare placuit, relinquenda animata mansi, ut necesse non fuerit mihi id amplius speciali aliquo præcepto iniungere. Quod enim Confessarius ita me his implicatam videret & affixam, hinc non fuit ausus, hoc mihi aperte, & expressè iniungere. Expectare scilicet debebat, ut Dominus ipse in me operaretur, uti & operatus est, nec ipsa putaram fore, ut hoc à me impetrarem; nam iam aliquoties hoc conata fueram; sed ita id mihi grate & permolestum fuit, ut id quamprimum, tanquam rem, in qua non multum momenti situm esset ommitterem & penitus abijcerem, hoc vero robur mihi, & plenam illius quod volebam opere exequendi libertatem, Dominus dedit, quare hoc Confessario meo aperui, & prout quidem is mihi iniunxerat, omnia quanto citius reliqui. Vnde qui mecum continuo agebant, hanc in me resolutionem & generositatem videntes, nõ parum inde fructus retulerunt. Benedictus sit Deus in æternum, qui vnico in momento illam mihi libertatem dedit, quam omni diligentia & conatu meo, etiam per tot annos adhibito, per me ipsa consequi non potui; tamen tantam mihi subindè violentiam inferrem, ut sanitati id meæ non parum nocuerit: sed quia opus fuit eius qui potens est, & verus absolutusque omnium Dominus, hinc nullam iam in eo pœnam aut molestiam

sensi.

CAPVT

S. Heresia

Opera

N VII  
155

*Vno momento dei ei Deus omnia posse relinquere.*



EXPONIT QUOMODO DEI AD ANIMAM LOCUTIO, QUAE  
sine strepitu & tacite sit, intelligenda sit, ac quam in ea latere possint illusiones, & a  
de nam cognosci poterit, quando illa vera erit. Est hic tractatus vitæ futuræ  
qui ad hunc orationis gradum peruenerint, nam satis aperte id  
demonstrat, multaque egregia docu-  
menta continet.

**N**ON abs re futurum mihi videtur declarare, quo Deus animam  
do alloquatur, & quid ipsa hac in locutione sentiat; quo hanc  
materiam bene intelligat. Nam ab eo tempore, quo hanc mihi gratia  
Dominum fecisse dixi, valde, vsq; in præsentem diem, mihi illa frequenter  
est & ordinaria, quemadmodum ex illis, quæ adhuc commemorabo, pa-  
rebit. Sunt ergo hæc, verba quædam expressa, & bene formata, ac com-  
ralibus auribus non percipiuntur, esto clarius intelligantur & percipi-  
tur, quam si auribus exciperentur; unde si quis audiens, ea audire recusat  
& nolit, inanem operam sumit, & frustra est, quantumuis obliuiscatur. Cum  
enim hominem aliquem in terris loquentem audire nolumus, aures  
tutare, aut aliò mentem diuertere, aut reflectere possumus, ita vt, etiam  
diamus sonum verborum, sensum tamen eorum non intelligamus: ita  
hac Dei ad animam sermocinatione, nihil est quod impedit, quò minus  
intelligatur: nam, esto quis nolit ac repugnet, ei tamen auscultare, & re-  
flectum ita excitatum & vegetum, ad ea quæ Deus nos audire vult, ac-  
bere debet, vt velle ac nolle hic locum non habeant. Nam qui potentia  
nia, vult nos intelligere, & scire ea quæ fieri vult, fieri prorsus oportet  
atque in hoc se absolutum verumque nostrum ipsum Dominum esse de-  
clarat. Hoc ego sæpius experta sum; nam biennio propè toto, omnino  
potui contentione restiti, quod perpetuo in timore & anxietate versatus  
quin etiam modò subinde id facere tento, sed oleum & omnem operam  
perdo.

Vellem equidem illusiones & fraudes diabolicas, quæ hac in re  
possunt declarare (etsi vt mihi quidè videtur, pro eo qui magnam hanc  
rei experientiam habet, non sit quod timeat, nisi fortassis valde parum  
sed, vt dico, magna hæc experientia sit, oportet) nec non quomodo de-  
dicari debeat, vtrum à bono spiritu sermocinatio hæc fiat, an à maligno  
tem, quando non nisi mera intellectus ipsius sit apprehensio, (id enim  
tingere posset) aut quando se ipsum spiritus alloquatur, hoc autem an  
ri possit, equidem nescio, sed adhuc hodie mihi visum est, fieri id possit  
Quando autem fiat hæc locutio à Deo multis è casibus & rebus cuiusdam  
cognoscitur.

*Interna lo-  
cutio tri-  
plici modo  
fieri potest*



cognouit & didici, quæ biennio triennioque antè mihi præsignificabantur; quæ omnes adimplere sunt, & hæcenus nulla me fefellit: nec non ex alijs tribus, è quibus clarè colligitur spiritum Dei esse, vti postea ostendetur. sic quidem interdum mihi posse videtur, vt aliquis quid magno cum affectu & apprehensione Deo commendans, se aliquo modo intelligere putet, an fieri id possit, an secus; & est hoc valdè possibile: sed qui per primam internæ locutionis modum id cognouit, liquidò perspiciet quid sit; cū magna inter vtrumq; sit differentia: & si res sit, quæ intellectus ipse fabricat, & disponit, quantumlibet id subtiliter fiat, facile est intelligere eam solū ab eo inueniri & dici. Tantum quippè discrimen est, quantum est, dū homo ipse sermonē aliquem concipit, ac dum tantum auscultat sermoni ac verba ab alio prolatis. Porro videbit intellectus, se tum quidem non auscultare, quandoquidē ipsemet operatur; verba quoque quæ ab eo formantur, sunt velut surdum quid, & in phantasia sola efformatū, nec eam claritatem habent, quam habent alia. Et perinde hic in nostra potestate est nos à sermone diuertere, vti est dum loquimur, subito tacere; sed in priorilocatione prorsus id fieri nequit. Omnium autem apertissimum signū, est, quod intellectus locutio nullam prorsus operationem faciat; sed sermo Domini, simul est dicere & operari: & quamuis eius verba non sint verba denotationis, sed reprehensionis & increpationis; tamen in primo instanti animorum disponunt, habilitant, ad teneitudinem excitant, illuminant, debellant, quietant; & si qua eam ariditas, afflictio, aut inquietudo diuerfabat, illa velut manu, aut etiam adhuc melius quococycus detergitur, & aufertur: adeo vt Dominus velle videatur, vt anima intelligat, ipsum potentem esse, & verba ipsius, efficacia opera esse. Tantū porro mihi inter vtrumque esse videtur discrimen, quantum est inter loqui, & audire: cum enim loquor, intellectu (vti dixi) ordino & dispono ea quæ dico; sed, cum alij me alloquuntur, nihil aliud ago, quam audire, idque nullo meo cum labore. Primum illud an sit, aut quid sit, vix scire possumus, perinde ac dum quis semisopitus est: sed hoc, tam clara vox est, vt ne vna quidem syllaba pereat eorum quæ dicuntur: imo & fieri potest, vt hæc locutio tum alicui eueniat, cum & intellectus & anima ita perturbata & distracta sunt, vt ne vnam quidem bonam sententiam & argumentum formare possent; magnas autem sententias, quæ ipsis dicuntur, hic velut coctas & præparatas inueniunt, quas ne quidem in summa quiete, & recollectione, excogitare anima potuisset; cum tamen ad primum verbum, quod hic audit, vti dixi, penitus immutetur, præsertim cum in rapto est; tunc enim potentia suspensa sunt: quomodo enim tunc intelligantur ea, quæ ante nunquam memoriæ occurrerant? & quomodo occurrant tunc, cū ipsa quasi nō operatur, & imaginatio velut obtusa &

S. M. Teresa Opera. X stupida

*Interna  
Dai locutio  
cerid con-  
tingit.*

*Qua signa  
sint cū in-  
terna locu-  
tio est ab  
intellectu.*

*Effectus lo-  
cutionis  
Dai.*

*Alia diffè-  
rentia in-  
ter locutio-  
nē Dai &  
intellectus.*

S.  
Heresia

Opera  
N. VI  
156



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



*Verba Dei  
non audiri  
aut tunc, cum  
anima in  
ipso rapta  
est.*

stupida est? Sciendum autē, vt mihi quidem videtur, animam, cum au-  
dires videt, aut huiusmodi verba audit, eo præcisè tempore illa non  
dicit, vel videt, quæ iam in raptu vnita est: tunc enim (vt supra ostendi-  
scilicet, quantum memini, de secunda aqua agerem) potentia omnes  
nitus perduntur, & anima, vt eo loco monui, nihil omnino vel videt  
vel intelligere, vel audire potest. Tunc quippè tota est in manu &  
testate alterius, nullamq; ei Dominus toto illo tempore (quod san-  
uissimū est) ad quid agendum libertatem videtur relinquere. Sed et  
temporis punctam iā præterijt, & anima nihilominus in raptu adhuc  
net, tunc hinc id quod dico: potentia quippe tunc tali in statu manens  
esto penitus non perdatur, tamen nihil fere operetur, sed velut ablo-  
sint, & ad aliquem discursum, aut argumentum formidam, incepta  
sus. Tot porro sunt ad hanc distinctionem intelligendam modi, vt  
mel quæ decipi contingat, sæpius tamen decipi nequeat. Quinimo  
dicere, si anima in his versata, exercitata, ac circumspècta sit, hanc  
culter ipsam id perspècturam. Nā, vt alia taceā plurimā, è quibus id  
dixi, colligi queat, prorsus nullū, cū id ab ipsa prouenit, effectū operis  
neq; enim id admittit, vt admittit aliud illud, quod etiā inuita ad  
debet, nec ei auscultat, sed quoddā intellectus delictū esse ad oculū  
perinde ac non magni facimus eū, quem phrenesi nouimus laborare  
alterum illud perinde est, ac si virum aliquem sanctissimum, doctissi-  
maxque auctoritatis, quem scimus nobis non mentiturū, loquentem  
audiremus. Et hæc comparatio mihi adhuc nimis vilis & humilis esse  
datur: nam verba hæc quandam subinde maiestatem includunt, &  
nim, si reprehensua sint, hominem faciunt contremiscere, non aduer-  
do quis ea proferat; si autem amoris, in amando liquefcere, & amittit  
Sunt quæ hæc huiusmodi, quæ (vt iam dixi) antè nimis quam præter  
memoria remota erant, & tam cito bruiq; tempore, tam prægnans  
sententiæ dicuntur, vt multo ad eas ordine digerendas opus foret  
pore: actum nullatenus videmur posse ignorare, non esse hoc quid  
genio nostro prouisum & excogitatū. Ad eò vt me necesse non sit  
his exponendis immorari: nam prodigio simile esset, credo, hominem  
his versatum & exercitum, hic decipi & illudi, si ipsemet dedita operi  
studio, se non velit decipere. Sæpenumerò contigit, vt ego subde-  
tans, non crederem id quod mihi dicebatur, & me somnare, aut falsū  
quodam detineri putarem (scilicet postquam id iam præterijt; cum  
nim adhuc durat, id impossibile est) longo tamen post tempore ipsam  
impleri viderim: facit enim Dominus, vt ita id memoriæ insculptum  
neat, vt ex ea eradi penitus nequeat: quod autem ab intellectu præ-  
nit, est velut primus cogitationis motus, qui disperit, & cuius mem-  
oriam

*Cū res di-  
na à Deo  
venit, tam  
profundè  
impressa  
memoria  
manet, vt  
suis homo  
oblivisci  
nequeat.*



liber petrasit. Verum primum illud, est velut opus & operatio; nam, *As*  
 manus aliquid memoria excidat, & tempora multa effluant, nunquam tamē  
 eius homo obliuiscitur, vt non semper meminerit, id sibi aliquādo di-  
 cta esse; excepto, cū valdē longū tēpus intercurrit, aut fauoris, vel doctri-  
 nae verba sunt. Verborū porro prophetias aut pradictiones continētium  
 nullatenus mihi homo videtur posse obliuisci: ego saltē, quāquā angustae  
 sunt memoriae, eorū obliuisci nequeo. Et rursus dico, impossibile mihi vi-  
 detur, vt anima, nisi ira foret maligna, vt id vellent fingere, itaq; mētiri (quod  
 sanē intolerabile malum foret) aut id se intelligere diceret, cū tamen non  
 intelligat; non ad oculum videret, ipsam per se verba ordinare, atq; intra  
 se loqui: hoc inquam non videtur fieri posse, si spiritum Dei loquentem  
 audierit; nam alioquin tota vita sua in hac illusionē manere posset, sibiq;  
 persuaderet id se intelligere: & ne hoc quidem scio quomodo fieri possit.  
 Vel enim anima id vult intelligere, vel non vult: si non vult intelligere, &  
 ipsa quae alioquin posset intelligere obliuiscitur, idque ne mille timendi  
 occasiones habeat, & alias plurimas ob causas quae locum hic habent (vti  
 sunt, quod in oratione quiescere velit, sine hisce rebus) quomodo intel-  
 lectum tantum temporis supererit, vt rationes & discursus formet: ad hoc  
 quippe opus est tempore. Hic verō sine vlla prorsus temporis iactura do-  
 cetur, & intelligimus ea, ad quae ordinanda ac digerenda mensis integer  
 necessarius videbatur. Vnde & ipse intellectus & anima consternata hae-  
 rent, & percussa, pra admiratione quorundam quae audiunt. Verē hae-  
 rente habent, & qui aliquam horum habebit experientiam, videbit omnia  
 quae dixi sic planē se habere. Benedico autē & laudo Deum, quod hoc ita  
 exponendi gratiā mihi dederit. Finem igitur, facio; si addidero videri mi-  
 hi, cum id ab intellectu pronenit, nos id cum volumus, haud difficulter  
 intellecturos, & quotiescunq; orationi insistimus, visurum nobis quod  
 aliquid intelligamus. Sed in prima illa locutione ita non contingit:  
 nam saepe ad multos dies ero, vt, tametsi velim, prorsus mihi  
 impossibile sit quidquam intelligere, & alias, etiam nolens, non possum  
 aliud, vt dixi, non intelligere. Videtur mihi, si quis homines decipere vel-  
 let, dicendo se velut à Deo intelligere, id quod à se ipso prouenit, eum ea-  
 dem ratione etiam dicere posse, id se corporeis auribus audire. Et, vt ve-  
 rum fatear, nunquam putavi, alium audiendū aut intelligendū modum  
 esse, quā cōmunē hunc, quoad usq; id ipsa in me aduertit: atq; ita id mihi,  
 sicam dixi, magno labore & impendio cōstitit. Sed cū hac locutio à Deo  
 prouenit, tūc nō solū, nō bonos post se effectus relinquit, verū etiā  
 malos. Hoc mihi non nisi bis aut ter contigit; & statim tunc Dñs ad-  
 mouit, demonē esse, vt raceā notabile illā ariditatē, quae inde sequitur.

Est hae ingens animae inquietudo, qualem & alias saepe experta  
 sum,

S.  
Heresia

Opera  
N. VI  
158

Signa  
quando lo-  
cutio à di-  
abolo est.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



sciti, cum me Dominus magnis tentationibus, & diuersis animæ  
tationibus exagitari permisit. Et licet hoc me sæpius affligat, vt nati-  
hæcramen inquietudo eiusmodi est, vt vnde ea veniat, sciri nequeat.  
si quod anima illi resistere, eaque turbari & affligi videatur, nesciam  
men quid ipsam affligat: nam quod dicit, non malum est, sed bonum.  
Ipsam mihi persuadeo, siquidem vnus spiritus alium sentiat, gustum  
dulcedinem, quam cacodæ non dat, longè differentem esse ab ea, quæ  
dat Deus. Posset ille his gustibus decipere eum, qui alios illos De-  
stus nondum habet, nec habuit. Gustus inquam veros, suauem  
cer, validam, profundè inhaerentem, delectabilem, & quietam

*Qui nõ ha-  
buit gustus  
diuinos fa-  
cile per gu-  
stus falsos  
decipiuntur.*

tionem: etenim paruas quasdam animæ deuotiunculas, & alios par-  
motus ( quia ad primum persecutionis statum hosculi hi decidit  
deperunt ) deuotionum nomine non appello, esto bona sint per-  
pia, & sancti quidam sensus & motus, sed non tales, vt per eos  
spiritus aut mali effectus distinguantur. Quocirca magna tempe-  
vbique cautela & circumspetione opus est; nam qui non nisi  
que, & non vterius, in via orationis processerunt, facile decipi-  
sent, si quas visiones vel reuelationes haberent. Equidem non am-  
sionem aut reuelationem aliquam habui, quam mihi Dominus  
la bonitate sua, orationem vnionis dedisset; nisi fortè prima vice  
dixi, iam antè multos annos, cum Christum vidi. Et vnam  
sciuissim, veram id visionem fuisse, vt quidam postea id intellexerunt  
non parum id mihi profuisset. Nulla inde in anima manet suauitas,  
teneritudo; sed ipsa manet velut consternata, & nauseabunda & re-  
Certa sum, illam animam à diabolo non decipiendam, nec etiam De-

*Gustus di-  
abolici si-  
gnorum.*

permissurum, vt decipiatur, quæ nulla in re sibi fidit, & ita firmiter  
stabilita est, vt se pro vno eiusdem articulo millies mortem subire  
tam sentiat, quæque cum magno hoc suo erga fidè affectu & zelo,  
Deus statim infundit (qui aliud non est, quàm fides quadam viuâ &  
semper se conformare satagit & procurat ijs, quæ Ecclesia credenda  
ponit, modo hunc, modo illū interrogas, vt quæ in hisce fidei veritatibus  
iam tam firmiter stabilita est, vt omnes, quæ excogitari possent, re-  
tiones, imo ne quidem si cælos apertos videret, vel minimum cam-

*Visiones &  
reuelatio-  
nes fidei cõ-  
traria cu  
vanità non  
sunt.*

quæ Ecclesia credit, dimouere non possent: si se ob cogitationem  
quam, suborientem interdum circa hoc vacillare sentit, vel prop-  
apud se dicere. Cum Deus hoc mihi dicat, tam id verum esse potest,  
quod sanctis dicebat; non dico ipsam id credere, sed, diabolum  
tum per primum motum incipere ipsam tentare ( patet enim ad  
lum, valdè esse malum, diu in illa cogitatione harere; imo læpè  
dem primos illos motus sensuram opinor illam animam, quæ in fidei  
forti



fortis est, atq; est illa, cui Dominus prædictas gratias confert, vt quæ se ita  
 validam credit, vt diabolus omnes ob vel minimam eorum, quæ Ec-  
 clesia credit, veritatem pessundare & conficere se posse existimet) dico,  
 si magnam hoc robur in se non sentiat, & eam quam habet deuotionem  
 ac vñonem huc se non conducere videat, hanc illam vt suspectam tene-  
 re posse: nam esto danum statim non percipiatur, paulatim tamen i-  
 plum posset in crescere, & sensim grauius fieri. Nam, quantum ego quidẽ  
 colligo, & per experientiam noui, tunc demum id homo credit à Deo esse,  
 dum id cum sacra scriptura coincidere, & conforme esse animaduertit,  
 cum enim vel minimum ab ea dessectit, multo sine vlla cõparatione fir-  
 mus mihi videor creditura id à cacodæmone venire, quam modo credã,  
 à Deo id venire, quantũcũq; firmiter etiã id credam, tunc quippè neces-  
 se non est, varia signa inquirere, è quibus colligatur ecquis sit spiritus: cũ  
 hoc signum, quo colligatur, hoc à Diabolo prouenire, ita sit euident, vt licet  
 tunc omnes mudi totius homines mihi assererẽt, Deũ hic agere, id minime  
 crederẽ. Summa, cũ dæmon hic se intermiscet, illico omnia bona abscondi,  
 & ab anima fugere videtur. Ita scilicet illa inquieta, turbata, tædiosa ma-  
 ner, & nullũ omnino bonũ effectũ operatur. Nam etsi aliqua bona desi-  
 deria dare videatur, illa tamẽ nõ sunt solida & firma; & humilitas, quã post  
 se, vt sui effectũ, relinquit, falsa est, inquieta & omnis suauitatis erpers. Qui  
 autẽ aliqua boni spiritus experientiam habebit, facile hoc, quod dico, in-  
 telliget. Nihilominus variis diabolus ipse technas & insidias struere po-  
 test, adeoq; nihil hac in re ita certũ est, quin se per tutius ac securius sit ti-  
 mere, & magna cũ circũspectione & cautela procedere, ac directorẽ quẽ-  
 dam doctum ac peritum, qui errantem audacter corripiat, habere; ita cõ-  
 nim fiet, vt nullum prorsus damnum incurrat; esto ego sæpissimẽ valdẽ  
 sim passa, ob nimios illos timores, quos nõ nulli habẽt. Semel inter alia id  
 mihi contigit, cum scilicet multi, de quibus bonam opinionem, vt pat-  
 erat, habebam, vnum in locum congregati erant (nam esto tunc non nisi  
 cum vno in particulari agerem, & cum alio nullo loquerer, nisi dum hic id  
 mihi præciperet; illi tamen sæpẽ inter se de me iuuanda agebant, quia &  
 me valdẽ diligebant, & metuebãt, ne fortẽ diabolus mihi illuderet; quin  
 & egomet, dum extrã orationem eram, non mediocriter timebam; nam  
 statim atque eidem me applicabam, & aliquam mihi Dominus gratiam  
 dare incipiebat, quam primum omnis à me timor recedebat, & securã red-  
 debar) quinque vel sex eos fuisse crediderim, & omnes insignes, & zelo-  
 sos Dei seruos: affirmabat autem tunc mihi confessarius meus, omnes il-  
 los sibi persuadere, à diabolo mihi illudi; proptereaque illud consultum  
 videri, nec toties Sacramentum venerabilis Eucharistiæ susciperem, meq;  
 in externorũ negotiorũ tractatione distraherẽ ac solitudinẽ cauerem. E-  
 quidem

S.  
Heresia

Opera

N. VII

161

In vñsio-  
 onibus ni-  
 bil ita cer-  
 tum, quin  
 semper se-  
 curius sit,  
 timere.



*Omnes  
putabant  
in quod  
ipsa sen-  
sisset, à  
diabolo  
venire.*

quidem, vt dixi, in magno tunc timore & anxietate versabar; ad quem agendum non parum conferebat continuum meum cordis deliquium; ita vt sæpe per diem, aliquo in loco sola agere non auderem.

Cum ego tales & tam multos id mihi dicere vidi, ego tamen animi inducere penitus non possem, vt hoc de me crederem; grauisimum conscientia scrupulum sensi, quod id ex humilitatis defectu fieri putarem: omnes quippe incomparabiliter multo sanctioris erant vitæ, quam ego, & in super doctrina & litteris eminebant; cur ego eis non crederem? Contabar quam poteram maximè, etiam vi mihi facta, illis credere, & simul sceleratam vitam meam recogitabam, itaque illos verè de me iudicare, cum sic iudicarent. Quare sic anxia & afflictæ me ad templum contuli, in trigonorum oratorium quoddam me abdidì, cum iam ad dies multos sacra communiõne abstinuisssem, & solitudinem cauissem, in qua tamen omnis mea vita erat consolatio & recreatio, ita vt nullum haberem, cum quo confertim possem; nam omnes ad vnum mihi aduersabantur. Nonnulli, dum his de rebus agerem, me videbantur ridere, tanquam si tantum imaginatio & phantasma fuisset; alij Confessarium monebant, sibi vt à me caueret: alij certò & indubitanter asseriebant, diabolum in me operari, solus Confessarius meus (esto cum alijs conspiraret; at duntaxat, vt me, sicut postea intellexi, probaret) semper me consolabatur, dicebatque, tamen si etiam diabolus foret, modo Deum optimum max. peccando non offenderem, nihil penitus mihi damni illum inferre posse; ipsum tandem à me discersurum; vnde hoc ipsam à Domino instantè per preces deposcerem, quod tum ipse, tum omnes, quibus ille in confessione aures dabat, nec non plurimi, serio præstabant. Omnis quoque oratio mea hunc ad scopum dirigebatur; quin & vniuersos Dei seruos, quos nossem, orabam, vt Deum rogarent, alia vt me Maiestas illius via conducere dignaretur. Biennio penè toto hanc ego Deo rem per preces continuo commendaui, idem de hoc ab eo petens. Nihil autem me consolari poterat, cum mecum cogitabam, fieriue posse, vt cacodæmon toties mecum loqueretur. Nam quod nullum amplius mei per orationem in solitudine recolligendæ temporis haberem, Dominus mihi dabat, vt interim dum cum alijs cõuersabar, me introrsum possem recolligere; quin & ipse, frustra me reluctare, loquebatur mihi, quæcunque ei videbantur, egoq; quantumuis id mihi grauisimum ac molestissimum esset, cum tunc loquentem audire cogebat. Sed cum sola essem, nullam amicum habens, cuius alloquio me ipsa solaret, non poteram vel orare, vel in libro legere; sed ob tantam tribulationem, & timorè, ne forte mihi cacodæmon illuderet, tota in quietæ & afflictæ, plane nesciens, quid tandem de me factura essem (& hanc quidem angustiam aliquoties imò sæpè sensi, sed numquam meo iudicio ita grauem & excelsam

*Magna  
eius deso-  
lacio.*



cessitiam ac tūc) quatuor aut quinque horas continuo in hoc statu manebam  
 ut nec a terra mihi vllū, nec è caelo solatiū veniret, aut affulgeret, nisi quod  
 Dominus me, mille inter periculorum timores cōstitutam pati cerneret.

Quā, ô Domine Iesu, verus amicus es tu! & quā potens! quādo enim  
 vis, potes, & nunquā nō vis, si modo nos te velimus, omnia quæ condita  
 sunt, te ô mūdī Domine, laudēt & benedicant. Vtinā plena per vniuersū  
 orbē terrarum voce promulgare possē, quā tu amicis tuis fidelis sis! Om-  
 nia, Domine, creata deficiunt & pertrāsunt, tu illorū omniū Dominus,  
 nunquā deficis aut pertrās. Nimis quā exiguū est, quod pati sinis eum,  
 qui te diligit. Quā, ô Domine mi, tenerē, ciuilitē, blandē, & suauiter tuos  
 tractare & habere nostitō si quis nūquā aliquē, præter vnū te, amare pro-  
 curasset! Videris, ô Domine, virga & rigore probare eū, qui te amat, vt iā  
 in extrema afflictione constitutus, maiorem amoris tui extremitatem &  
 immiteritate intelligat. O si quis, Deus meus, ingeniam simul & doctri-  
 nam, nec non noua verba haberet, ad opera tua magnificanda, & extol-  
 lenda, vt quidem ea anima mea intelligit! Omnia me deserunt & defi-  
 ciunt. Domine mi, sed si tu me non derelinquas, ego à te nullatenus defi-  
 ciam. Omnes viri docti contra me insurgant & impugnent, omnes me  
 creature persequantur, omnes me demones exagitent, tu solus noli à me  
 recedere: experientia quippè noui, quantum sit lucrum, quod referunt ij,  
 qui in te solo confidunt.

Cum ergo in magna illa anxietate constituta essem (nondum enim  
 aliqua mihi vitio haecenus oblata erat) hæc sola verba nimis quam suf-  
 ficientia fuisse ad illam auferendam, mentemque meam, omni nubilo  
 discusso, serenandam: *Filia noli timere: ego enim sum, & non deserā te, noli timere.*  
 Putabā sanē (vt quidem me dispositam vici) valde lōgo tēpore opus esse,  
 ad mihi persuadendum, vt mētem ego meam ad quietem componerē, &  
 meminem sufficientē ad hoc eloquētiā & ingeniū adferre possē; & ecce  
 sola verba hæc, ita me serenant, corroborāt, animāt, securā reddunt, quie-  
 rant & illuminant, vt animā meam in momento planē immutatā viderē,  
 & aliā, & contra vniuersum mundū disputando, rationibus euicisē, Deū  
 esse qui in me operaretur. Quam Deus bonus est, quam bonus & potens  
 Dominus est: nam nō modo bonum consiliū suggerit, sed remediū: Ver-  
 baq; eius sunt opera. Quā, ô Deus bone, fides hominē corroborat, & per  
 eum amor adaugetur! Vt verū fatear, sæpē ad mentem & memoriā reuo-  
 cabā, quomodo Dominus olim orta in mari tēpestate, vētis imperasset, vt  
 cessarent; vnde ita mecum ipsa dicebā, Quis est hic, cui omnes potentia  
 mee ita obediunt, & qui vnico momento tam spissis in tenebris lucē se-  
 renitateque adfert: qui cor, quod saxeam & marmoreū esse videbatur,  
 emollit; qui suauitiam lachrymarum ibi fluente laxat, vbi ariditas dudū &  
 longo

S.  
 Heresia

Opera

N VII

163

*Dominus  
 Deus ipse  
 securā esse  
 inbes: &  
 qui horum  
 verborum  
 fuerit esse  
 Aus.*



longo tēpore futura esse videbatur: Quis hæc desideria subministrat? quis hos suggerit animos? ut sæpè intra me ipsa cogitarem; Quid est quod timo: quid est hoc: huic ego Domino famulari cupio; aliud nolo, quam ei soli placere; aliam recreationem, quietem, bonum non cupio; quam illius voluntatem facere (nam de eo, prout mihi quidem videtur, plane certa eram, ut id hic possim referre) si ergo Dominus tam potens sit, atque eum esse video & scio, & dæmones eius sint mancipia; deque eonefas sit dubitare (cum sit de fidei articulis) ego autem huius Domini & Regis ancilla sim, ecquod illi mihi malum referre possunt: cur non satis virum habeam, ad cum vniuersis inferiorum cohortibus decertandum Crucem itaque in manus sumpsi: & videbatur sanè mihi Dominus robur & animum inspirare; nam breui tempore ita me immutatam vidi, ut cum omnibus dæmonibus etiam manus conferre & luctari non vererer; videbar quippè cruce illa haud difficulter eos in fugam agere, ac debellare posse. Vnde apud memetipsa prouocando dicebam, venire iam omnia quotquot estis; videre volo quid mihi, ancilla Dei cum sim, facere vniuersi possitis. Et sanè, videbantur illi me timere: nam ex eo tempore quæta & sine timore mansi, & ita illos, quotquot sunt, formidare desij, vniuersis, quem hæctenus habueram, timor cessarit: nam tamen eos, ut postea referam, interdum adhuc viderem, non tamen iam amplius eos timebam, quin è contra me ipsis terribilem esse purabam: & quoddam mihi, Daudante, in illos omnes mansit dominium, ut iam non magis eos timebam quam si muscæ forent. Ita porro illi mihi meticulosi & ignaui videntur esse, ut quamprimum se contemni vident, omne robur & potentiam suam amittant. Neminem hi hostes de facto oppugnare norunt, nisi quem vltro semetipsum tradentem conspiciunt, aut quando suos Deuseruos, ad maius ipsorum bonum, tentari vexarique permittit. Vniuersi verò timeremus eum, quem verè timere nos oportet, nobisque pestifera remus, plus nobis damni ab vno peccato veniali, quam ab omni inferna multitudine simul iuncta posse aduenire: cum hoc à parte rei male. Quam porro nos hi maligni spiritus in metu & pauore detinent, sed quod per nostros honoris, auri, ac voluptatum appetitus ipsi nosmetipsos paucos & timidos reddere volumus: nam illi tunc nobiscum committunt, & velut collatis viribus (nam nobismetipsos hostes & inimici sumus, tunc cum diligimus & sectamur ea, quæ odisse deberemus) permulcuntur, tunc dubiè nobis nocebunt: ipsi enim in causa sumus, cur nostris propriis armis illi nos oppugnent, ipsis quodammodo illa in manus dantes, quibus nos ipsos contra eorum vim & impetum defendere deberemus, quod sanè deplorandum est. Sed si propter Deum omnia repudietis, carnis amplectentes, eique sincere & ex corde seruire satagamus; tunc non

Magnus  
eius contra  
dæmones  
animus.

Diaboli  
alijs non  
nocent,  
quam sese  
tradenti-  
bus. Et cū  
Deus id  
permittit.



secus has cacodæmon veritates fugit, quam nos pestem virulentissimam. nam diligit mendacium, in quo ipsum est mendacium; nec vllum cum eo, qui in veritate ambulat, inibit pactum aut commercium: sed, cū mentem & intellectum alicuius obnubilatum cernit, omnimodis collaborat, ut & oculos ei eruat, & planè cæcum reddat. Si quem enim iam ita cæcum videat, ut is se in rebus vanis quietem inuenturū putet. (nam omnes mūdibuius res ita vanæ sunt, ut non nisi puerilia crepundia & nugæ esse videantur) quamprimum aduertit, huiusmodi hominem merum esse puerum, cum nimirum puerorum more viuat; vnde mox audaciam & animos concipit, ad cum eo, non iam semel, sed sæpius luctandum. Faxit Deus, de horum numero ipsa non sim, sed gratiam Maiestas ipsius, quaeso, mihi det, qua mediante, id quietem esse existimem, quod verè quies est; id honorem, quod verè honor est; hoc delectabile, quod verè delectabile est, & non vice versa, ac tum dæmones omnes explodam, & flocci faciam; immo potius ipsi me timebunt. Non intelligo hunc timendi modum, ut dicamus, *diabolus, diabolus*; cum dicere possimus, *Deus, Deus*, acque ita ei timorem incutere: scimus enim iam tum; illum, nisi Dominus id ei permittat, se ne mouere quidem posse. Quid sibi vult hoc: quod fallaciam plus metuum eos, qui Dæmonem ita metuunt, quam ipsum merer: Nam ipse nullum profus inferre mihi damnum potest; at hi, presertim si Confessarij sint, hominem mirè turbant & inquietant. Equidem per multos annos tantas hac in re pertuli molestias, ut etiam nū mecum ipsa miter, quomodo eas ferre potuerim. Benedictus sit Dominus, qui ita me re ipsa fortem reddidit. Amen.

CAPVT XXVI.

EANDEM MATERIAM PROSEQVITVR, ET NARRAT  
 quam sibi hac in re timorè abstulerim, ipsamque credere facerent, non esse nisi bonum spiritum, qui cum ipsa loqueretur.

VNAM de primarijs ac maximis, quas à Deo accepi gratijs hanc esse puto, generositatem & animos, quos mihi contra cacodæmones dedit. Damnosissimum quippè maximeque impertinens est, animi ignauiam & metulosam esse, & aliud quid, præterquam Dei offensam vereri. Nam cum omnipotentem Regem & Dominum ita potentem habeamus, ut omnia possit & omnes sibi subijciat, nullam omnino timendi occasionem habemus, si modo (vti dixi) in veritate & sincerè, & magna cum conscientia puritate coram eius Maiestate ambulemus. Ad hoc vellem (sicuti dixi) omnem quicumque est timorè habere, ne videat.

S. M. Teresa Opera. Y licet

Diabolus  
 audacia  
 cum videt  
 subit  
 Empa-  
 uidum.

Dei nomē  
 Damones  
 percussit,  
 omnemq;  
 nobis timorē  
 auferet.

Magnā  
 Dei gratia  
 est habere  
 robur contra  
 Dæmones.

S.  
 Heresia

Opera  
 N. VI  
 165



licet aliquam in te offendam illam, qui hoc ipso momento nos de-  
 & ad nihilum redigere potest: nam si Maieſtatem eius amicam & pro-  
 tiam habeamus, omnes aduerſarij noſtri, manibus iunctis velut impo-  
 ces coram nobis ſe humiliabunt. Dicit ad hoc quis, id ita quidem  
 ſed quænam anima ita rectè & ſincerè viuet, vt Deo placeat in om-  
 bus, & propterea facta ſecurior, nihil omnino metuat? Certè non  
 nam nimis quam improba, & inutilis eſt, ac mille miſerij, & inſirmi-  
 bus obnoxia, vt Deus Optimus Max. non ita ſe erga reos gerit, vt ho-  
 nes ſolent, nouit quippè imbecillitatem noſtram. Sed anima, cuius  
 bus è ſignis & coniecturis colligere in ſeipſa poteſt, an ipſum ſin-  
 reque diligat: amor enim in illis quæ ad hunc ſtatum peruenerunt,  
 eſt diſſimularus & reſtus, vt in principio, ſed admodum imperuolens  
 ardens hæ Dei videndi deſiderium in ſe ſentiunt, vt infra vberius  
 dam, aut iam ſupra commemorauimus. Hinc omnia hominem cruciant,  
 gunt, torquêt, niſi aut cum Deo, aut propter Deum ferantur; omnia  
 que quies eum inquietat, quod ſe à vera & propria ſua quiete abſe-  
 triat. Proinde res manifeſta eſt, & quæ, ſicuti dictum eſt, diſſimulare  
 que non procedit.

*Status in  
 quo amor  
 non eſt  
 diſſimu-  
 latus.*

Quodam tempore, cum me magnis tribulationibus, atq; varijs  
 rum oblocutionibus, certo quodam in negotio, quod poſtea referam,  
 quo tum vniuerſam ciuitatem in qua imprefentiarum ago, tum vni-  
 ſum Ordinem repugnantem, & aduerſantes habui, oppreſſam ceruicem  
 & magna ſane in anguſtia, nec immeritò, verſarer, factum eſt vt  
 Dominus vocibus compellaret. *Quid times? an nescis me Omnipotentem?*  
 ro tantum in me robur ortum eſt, vt, quo ei poſſem ſeruire, etiam  
 perdifficiles res de nouo aggrediendas animata fuerim, eſto etiam  
 mihi inde ſequi moleſtia, & nouam illæ patien di materiam mihi daret  
 buiſſent. Hoc vero accidit mihi toties vt numerum dicere non poſſim  
 ſæpe quoque me increpauit, quin etiam modo increpat, cum in alijs  
 imperfectiones incido; & quidem verbis tam acerbis, vt ſatis ea  
 animam quandam in nihilum redigendam; tantæ ſaltem ſunt effectus  
 & tam potentia, vt ipſa ſe corrigat: nam, ſicut ſupra dixi, Maieſtas  
 conſilium dat iuxta ac remedium. Aliàs præterita peccata mihi in  
 moriam reducit, ac tum præſertim, cum ſingularem aliquam tribulationem  
 tiam dare vult, adedò vt ſe iam anima verè coram illius tribunali con-  
 te putet: veritas quippè tam clarè & liquidò ei ob oculos ibi ponitur,  
 quo ſe referat, proſus ignoret: ſubinde pericula quædam, tum in  
 tum alijs impendentia, nec non alias res futuras, tribus aut quatuor  
 quam contingerent annis mihi præſignificauit; quæ omnia, exactè  
 & quæ

*Verba Do-  
 mini ad  
 S. M.*

*Nec non  
 reprehen-  
 ſiones.*



hanc euenerunt; quorum nonnulla postea fortassè referam. Adeò vt tam multa signa sint; è quibus queat colligi, an Deus sit qui loquitur, vt neque id ignorare posse putem. Omnium verò tutissimum est, sicuti scripsi mihi Dominus signifi cavit, vt totam animã & omnes quas à Deo accipimus gratias, Confessario aperire non vereamur: is autem doctus sit oportet, nostrum verò est, in omnibus morem gerere. hoc autem ipsa facio, & nisi facerem, quietem non haberem; neque enim consultum est, nos mulieres plenã quiete frui, cum & indocti simus, & nullum omnino hinc commodum, at ingens sequatur commodum. Et hoc valde frequenter mihi contingit. Quodam tempore Confessarium habui, qui vixit me mortificationibus exercebat, & subinde etiam affligebat, & mirum in modum me identidem diuexabat: nullam quippe mihi quietem indagebat, atque hic meo iudicio fuit, qui plus quam alij me in via spiritus admittit; & licet magnoperè eum diligerem, subinde tamen ad eum relinquendum tentabar; credebam namque eas, quas mihi causabat molestias & afflictiones, impedimento esse, quo minus orationi possem insistere. Quotiescunq; autè hoc facere proponebã, statim interius Domino loquente monebar, id ne facerè, idque tam aspera & acri cum reprehensione, vt illius verba magis cor meum discinderent, quã omnes, quas mihi Confessarius inferebat, molestias. Aliquando, graue mihi erat, quod hinc quidè interrogaret, illinc verò reprehenderet. Et sane sic mecum fieri oportet, prout quidè voluntas mea parũ flexa & morigera erat; semel Dñs mihi dixit, me verè obedienter non esse, quam diu non proponerè & paratè esse pati; sed oculos conijcerem in id, qd ipse nostri causa passus esset, & tunc mihi omnia quam facillima visum iri. Alius porro Confessarius, is etiam mihi dixit, qui in initio confessionè meam exceperat mihi quodam tẽpore conuincit, vt, quando quidè iam notissimum erat, spiritum bonũ in me operari non potèssis, id ipsa post hac tacerè, & nemini quidquam de eo dicerem, quod meum in alio silentio premerè & celare. Non displicebat hoc factis esse Confessario mihi: nam quoties Confessario meo hisce de rebus loquebar, tunc effudit in me tantum ruborem, vt maiorem aliam in hisce declarandis, quam in grauib; peccatis aperiendis, diffidentiam sentirem; & maximè, cum singulares quædam gratiæ declarande erant, putabam enim illos mihi non credituros, meque audientiali confessorio in labrio fore. Hoc autè malè me habebat, quod magnaliũ & mirabili ponitur Dei quædam mihi hoc videretur esse irreuerentia & vilipendiũ; ideoq; tum tunc silentio inuoluere maluissimè. Tunc demum intellexi, valdè mihi quatuordecim Confessarium illum meum in hoc consuluisse, neq; vllatenus debere me quidquam celare eum, quo vt Confessario vtor; hoc namque longè tutissimum esse, & secus si agerem, fieri posse, vt illuderet aliquando,

Confessarium se mortificationem desiderat cogitans

Omnia facit totum, qui Dominus labores considerat.

Illusionem quantum sit periculum,

S. Heresia

Opera N. VII. 167

X 2 & deci-



& deciperet. Quotiescunque Dominus mihi in oratione aliquid faciendum mandabat, Confessarius autem id fieri nolebat: Dominus, cum eum postea recurrerem, ut obedirem Confessario, iubebat: ac Mater eius, ipsius deinde mentem immutabat, ut iam id mihi iniungeret, quod Dominus ante fieri iusserat.

Cum quodam tempore multi libri Hispanici nobis iussu Superiorum, auferrentur, legiq; vetarentur; satis hoc mihi graue visum est, quod essent nonnulli erga quorum lectionem maximè afficiebar, & quod amplius legere vetitum erat, quod solum latinè eos legere fas esset. Vnde mihi Dominus ait, *ne hoc te cruciet; nam ego dabo tibi librum viuentem.* Nesciebam cur aut quo fine hoc diceretur: nondum enim vllas tunc viuas habueram: at non multo post, quid sibi id veller facile intellexi, nam tam recogitandi, & ea quæ coram videbam, meditandi materiam habebam.

*Dominus S. Matris librum viuentem promittit.*

& tantum mihi Dominus, in me omnimodis erudienda, amorem habuit, ut, aut valdè parum aut propè nihil opus habuerim libris? Mater ipsius verus ille liber fuit, in quo veritates legi: benedictus autem ille liber, qui, quæ legenda & facienda sunt, ita memoriae imprimi, ut ea non la eradere possit obliuio. Etenim quis, quæso, Dominum plagis ac numeribus coopertum, & persecutionibus vexatum & exagitatum conspiciet, & illas non complectetur, amabit & ambiet? quis item eius præparatam, quam sibi seruientibus præparat, vel aliquam tantum partem videbit, & non simul intelliget, quodcunque aut facere, aut pati potest? nihil penitus esse, cum tam amplum pro eo præmium expectamus? quis tormenta damnatorum conspiciens, sibi non persuadet, omnia quæ in terra sunt tormenta, eum illis comparata delicias potius gaudia esse; nec non simul agnoscat, quot Domino nominibus restrictus sit, quod se toties ab illo loco liberarit? At quoniam pro Deo fauente, de horum nonnullis, pluribus agam, ideo in vitæ serie referenda pergere cupio. Utinam verò in ijs quæ dixi, satis me clarare potuerim: crediderim autem, cum qui vel aliquam horum experientiam habebit, non solum hæc intellecturum, sed & confessurum me aliqua saltem in re veritatem dixisse; ei autem qui experientiam non habebit; si omnia hæc, mera deliramenta & mænia aniles videri minimè mirarer. Satis porro est, quo ille propter iudiciū hoc culpa careat, quod ego sim quæ hæc dico; equidem à parte mea eum qui ita censeat, culpæ non imputabo. Det mihi Deus, ut saltem

voluntate ipsius adimplenda non erem. Amen.



CAPVT XXVII.

ALIVM MODVM QVO DOMINVS ANIMAM DOCEAT, ET  
sua voluntatem ratione quadam admirabili sine vlla prorsus locutione, patefaciat,  
declarat. nec non singularem quandam Domini gratiam, visionem inquam,  
non imaginariam, enarrat. Caput hoc notatu  
dignissimum est.

VT igitur interruptam vitæ meæ narrationem resumam, hac in af-  
flictione & anxietate ipsa tum eram; variæ autem, vt dixi, ad Deum  
passim orationes pro me fundebantur, vt ipse me per aliam viam, quæ  
secutor foret, ducere dignaretur, quod eam per quam ambulabam, sus-  
pectam dicerent, ac periculis plenam. Fateor tamen, quamuis id à Do-  
mino suppliciter peterem, & summopere vellem desiderium in me sen-  
tente ad aliam quandam viam ineundam; quia tamen animam meam ita  
mehoratam videbam (nisi forte interdum, cum ob ea, quæ mihi diceban-  
tur, nec non ob timores, quos mihi incutiebat, mirè angebar) in pote-  
state omnino non fuisse mea, serio id desiderare, esto identidem ipsum à  
Deo peterem. Quod enim me prorsus viderem mutatam, hinc aliud fa-  
cere non poteram, quam me totam in Dei manus resignare, quod ipse  
sciret, quid mihi conueniret; ipsumque ideò rogabam, vt in omnibus san-  
ctissimam voluntatem suam in me adimpleret. Videbam porro, quod  
per hanc viam, rectà in cælum tenderem, ante verò rectà ad inferos pro-  
perassem; vnde à me ipsa impetrare non poteram, vt aut hoc ipsum de-  
siderarem, aut dæmoniacam id illusionem esse crederem, esto quantam-  
cumque possem, cum ad hoc credendum, tam ad illud desiderandum di-  
ligentiam adhiberem; sed nequaquã hoc in manu mea firmum erat. Quid-  
quid agebam (si modo bonum aliquod opus facerem) hunc in finem  
Domino offerebam; adhæc pios quosdam Sanctos mihi in patronos de-  
legebam, vt me hi ab illusionem diabolica eriperent; nouemdiales quoque  
peregrinationes hac intentione suscipiebam; serio præterea S. Hilarioni  
& S. Michaëli Archangelo me commendabam; quem hac potissimum de  
causa, iam recenter mihi in patronum delegeram, serioque inuocare in-  
ceperam; quin & alios non paucos Sanctos importunius inuocabam, vt  
pro illorum intercessionem veritatem Dominus ostendere dignaretur, &  
hæc suis ipsi precibus à diuina Maiestate exposcerent.

Postquam ergo biennio toto, tam ego quam alij plurimi instantif-  
simè orassent, vt Dominus vel per aliam me viam conduceret, aut reuere-  
nter declararet, eò quòd me Dominus eo quo dixi modo sæpè allo-  
queretur; hoc tandem mihi contigit. Cum quodam gloriofi Apostoli Pe-  
tri die

*Orationes  
varia fun-  
debantur  
eo sine ut  
aliã eam  
Dominus  
via dedu-  
ceret.*

*Afficitur  
erga SS.  
Hilarionẽ  
& Mi-  
chaëlem  
Archan-  
gelum.*

S.  
Heresia

Opera  
N. III  
156





*Christum  
Dominum  
apud se esse  
percipit.*

tri die festo in oratione versarer, videbam (aut vt melius dicam, sentiebam: oculis enim corporis aut animæ nihil penitus videbam) atamen videbatur ipse Saluator noster Iesus penes me consistere, & videbam (vt mihi quidem apparebat) ipsum esse, qui mihi loquebatur. Ego, vt quæ penitus ignorabam, similem visionem fieri posse, initio magno concurremōre cœpi, & indefinenter lachrymabar: vt primum tamen, ad me reddendam securam, cœpit loqui, pro more quieta, serenata, & gaudio plena mansi, & omnis mox timor euauit. Videbatur Dominus semper ad latus meum incedere, sed quia non erat visio imaginaria, hinc non videbam, quæ esset forma: nihilominus valde notabiliter percepi & sensi, illum semper ad dextrum meum latus adstare, ac testem oculatū esse omnium quæ agerem: & quamdiu vel minimum recollecta eram, vel non multum aliorum distracta, ignorare non poteram, quod apud me esset. Sine mora valde afflictæ & turbatæ Confessarium meum adij, vt hanc ipsam visionem referrem. Is me rogauit, quæ illum forma viderem: respondi me illum non videre. Intulit, vnde ergo scirem, quod esset Saluator Iesus? dixi, nescire me; nihilominus, non posse me non scire & intelligere, quod apud me esset, & me hoc clarè videre & sentire: quod animæ recollectio in oratione quietis, multo maior esset, & valde continua, & effectus longè alij quam habere solebam; adeo vt res esset euidentissima. Vide alias super alias similitudines adferebam, ad me ipsam declarandam: sed ad hoc visionum genus declarandum, nullam sanè dari posse putem, quæ satis quadret vel apta sit. Nam cum hæc de maximè sublimium visionum genere sit, sicut mihi postea Sanctus quidam vir, magniq; Spiritus, F. Petrus de Alcantara appellatus (de quo postea vberius loquar) alijque viri doctissimi dixerunt, nec nosi de numero earū, in quas se dæmon minus ingerere & iramiscere potest, hinc nobis indoctis verba non suppetunt & occurrunt, ad illas hic in terra declarandas: litterati autem & docti melius eas exponent. Si enim dixerō, me nec corporeis, nec interioribus animæ oculis eum conspicerem, quia imaginaria visio nō est; quomodo ergo scio, & maiore cum claritate & certitudine mihi persuadeo, eum apud me esse, quam si oculis eum meis intuerer? Si enim dico, videri penitus esse, ac dum quis, quia in tenebris est, vel cæcus alium hominem apud se consistentem non videt; non satis hoc conuenit; aliquam quidem similitudinem habet, sed ea satis parua est: ibi namque sensibus suis quis hominem præsentem sentit, vel eum loquentem, incedentemue audit, vel tangit; at hinc nihil tale est, nec vlla hic videtur obscuritas; sed per notitiā quandam, quæ sole sit clarior, Dominus animæ se repræsentat. Non dico, solem aut claritatē hinc videri, sed lucem, quæ sine vlla tamē lucis visione, intellectum illuminat, vt tanto bono anima fruatur. Magna hoc præ-

*Descri-  
ptio huius  
visionis  
pura intel-  
lectualis.*



teta bona secum adfert. Non est autem velut quædam Dei præsentia, qualis sæpè in oratione sentitur; præsertim ab ijs qui orationem vnionis ac quietis habent; sed hîc statim atque orare incipimus, inuenire videmur quicum loquamur, & etiam intelligere quod ipse nos audit, idque ex affectibus, & spiritualibus ardentis amoris ac fidei, & aliorum propositorum cum quadam cordis teneritudine, affectibus sensibusque colligere est. Est hæc singularis & magna Dei gratia, vnde qui eam cælitus accepit, permagni faciat oportet: est quippè valde sublimis orandi modus, sed non est visio; vt scilicet quis intelligat, Deum ibi per effectus, quos, sicut dixi, in anima operatur, adesse: nam per talem modum se Maiestas eius nobis patefacere vult: hinc liquidò videre est, Iesum Christum purissimæ Virginis Mariæ filium, hic præsentem adesse. In alio illo orandi modo quædam duntaxat diuinitatis influentia se exerunt; at hîc, præter illas influentias, etiam sacratissimam humanitatem nos comitari, & benefacere nobis velle videmus. Perijt ergo à me Confessarius: Quis autem tibi dixit, id Iesum Christum fuisse. Respondi, Ipsemet sæpè id mihi dixit: in animo vero, etiam antequam id ipse mihi diceret, menti meæ impressum fuit, quod ipse esset: quin etiam ante hanc impressionem, ipse id mihi significabat, & tamen eum non videbam: perinde ac si quis, quem, nūquam vidissem, sed de quo nonnulla referri in audissem, ad me, cum cæca, vel in obscuro quodam loco conclusa essem, mihi locutum veniret, mihi que diceret, quisnam esset: possem quidem ipsa id credere, non tamen tam indubitatè & certò affirmare, quod esset is quem se esse diceret, ac si eum oculis meis vidissem. Hic tamen illud fieri potest; nam etiam non videndo, tam euidentis & certa menti notitia imprimitur, vt nullum de eo dubium esse posse videatur. Vult siquidem Dominus, id tam firmiter intellectui inculpi, vt non magis de eo dubitare possimus, quam de eo quod ocalis videtur; immò etiam adhuc minus: nam in illo quod videmus, aliquando dubitamus, an id tantum ita nobis visum sit: at hîc, esto ab vna parte talis fortasse de subitò dubitatio & suspicio enascatur, ab altera tamen tanta in anima certitudo manet ac securitas, vt dubitatio nihil possit, sed quamprimum euanescat. Sic ergo & alio quodam modo animam Deus edocet, & non loquendo; alloquitur, eo scilicet pacto quo antè dixi. Est autem isthoc locutionis genus, ita cælestis, vt hominibus mortalibus, quantislibet verbis vteremur, eam exponere vix possimus, nisi id per experientiam Dominus aliquem edoceat. Deus quippe in intimis animæ penetralibus id imprimit; quod eam vult intelligere, ac sine vlla imagine, aut verborum forma, at non nisi per modum visionis illius quam iam descripsi, id ibi ei representat.

Hic

S.  
Heresia

Opera

N. V.  
171

Christus  
Dominus  
se declarat  
S. Mariæ.

In eo quod  
videmus  
oculis, ad-  
huc potest  
esse dubi-  
um.



Hic ergo modus, quo Deus animam intelligere facit id quod videtur nec non magnas veritates & mysteria, imprimis notetur: nam sæpè hoc est, tum cum mihi Dominus aliquam visionem, quam Maiestas eius mihi representare dignatur, exponit, tali modo id fieri solet; & hic modus esse videtur, in quem se cæcæ dæmon minus potest ingerere, idque propter rationes quas subnectam; quæ si bonæ non sint, haud dubie decepta sum. Hæc quippe visionis & locutionis species est, quid ita spirituale, ut nulla, meo iudicio, in potentijs aut sensibus sit concitatio, & quod aliquid ad rem suam spectans dæmon possit elicere. Hoc quidem interdum fit, & quàm citissimè pertransit. nam aliquando ut mihi quidem videtur, nec potentia suspenduntur, nec sensuum usus omnis perditus est, sed multum in seipsis sunt & potentes; quia non semper hoc in contemplatione cõtingit, sed quàm rarissimè; cum tamen id fit, tunc nos non operamur, nec quicquam facimus, sed id totum Domini ipsius videtur opus esse. Perinde hoc fit, ac dum cibus aliquis in stomacho est, quem quidem homo non comederit, nec, quomodo illuc venerit, sciat, non tamen eum ibi esse, esto nesciat qualis sit, aut quis eum stomacho iniecit. Hic autem id noui, sed quomodo illud illuc venerit, nescio (equum non vidi) nec intelligo; immo ne animum quidem vnquam habueram id desiderandi, nec ad notitiam meam peruenerat, tale quid esse posse.

*Visio in  
quam se  
Dæmon  
minus in-  
gerere po-  
tèst.*

*Quomodo  
intellectus  
audiat, &  
attentus  
sit in hac  
visione.*

In locutione vero, de qua supra iam egi, efficit Deus, ut intellectus etiam inuitus, audiat & aduertat, ad ea quæ dicuntur: videtur quippe nimia ibi alias habere aures, quibus audiat, & ad audiendum velut conpellit, & etiam inhiberi, & vitari ne aliò se distrahat; sicut, si quis bene audiens, non permetteretur aures suas obturare, & alij interim plenis verbis de propè eum alloquerentur; hic, tamen si etiam noller, illos loquentes necessariò audire deberet: ita pè demum aliquo modo hic operatur; cum attentus sit ad audiendum, & excipiendum ea quæ dicuntur. Hic autem nihil tale est, nam etiam parum illud, quod hæc anima conferebat (ipsa inquam nuda ad ea quæ dicuntur auscultatio) illi expicitur, & omnia cocta inuenit, & velut masticata, ita ut aliud ei faciendum non restet, quam frui. veluti si quis, qui ante non didicisset, nec, ut quidem legendi artem calleret, elaborasset, neque etiam studuisset, omnino se iam artem ac scientiam cognitam habere aduerteret, nesciret tamen quomodo, aut vnde, hanc ipse nactus esset, cum non laborasset vnquam, ut quidem suum Alphabetum addisceret. Vltima hæc similitudo ecclesiæ hoc donum aliquo modo videtur declarare: anima quippe vnico momento se sapientem factam, & Sanctissimæ Trinitatis, aliorumque superiorum valde sublimium, tam perfectam sibi datam intelligentiam intellegit.



intelligit, vt nullus sit Theologus, cum quo de horum magnalium veritate disputare non audeat. Inde vero ita percussa, & consternata manet, vt harum gratiarum vna nimis quam satis sit, ad animam planè immutandam. & talem ei amorè indendum, vt nihil aliud amet, quam eum, à quo se sine vilo suo labore & studio ad tanta bona recipienda aptam ac capacem fieri videt, qui sua ei secreta communicat, quiq; tam amicè & familiariter cum ipsa agit; vt id describi non possit. Quasdam enim ei dat gratias, quæ illusionè suspectæ sunt; tum, quod ita admirabiles sint, tum quod collata ei, quæ eas tam parum promeruit, vt nullus, nisi fidem valde vnam habeat, ijs sit crediturus; atque ideo illarum, quas Dominus mihi de dit gratiarum, pauca admodum referte constitui (nisi aliter superiores iusserint) nisi fortè quasdã visiones, quæ ad aliquid viles esse possunt, vt ille, cui eas Dominus dabit, non nimis admiretur, atque impossibile id esse non credat, sicut id ipsa initio credebam; tum vt modum & viam, per quam me Dominus conduxit, aperiam; atque hoc est, quod me superiores scripto tradere iubent.

Vergo ad hunc intelligendi modum redeam, quod mihi de eo viderur, hoc est, videlicet Dominum omnimodis velle, vt quandam animam hæc notitiam habeat eorum quæ in cælo fiunt; nam sicut beati ibi se mutuo sine locutione intelligunt (quod nunquam antea sciui, cum tamen res certa sit, quoad usq; me Dominus ex sua bonitate id re ipsa voluit videre, & in raptu quodam mihi ostendit) ita prorsus & hic contingere videntur: Deus quippe & anima se mutuo intelligunt, tantum quod Mattheas eius ipsam id intelligere velit, idque sine vilo alio artificio, vt nimirum sic pateat amor, quo hi duo amici se inuicem prosequuntur. Quem admodum, dum hic in terra duo se inuicem diligunt, statim se mutuo, si quidem boni ingenij sint, sine vilo præsus signo aut indicio intelligere videntur, dum taxat se mutuo aspiciendo: sic omnino hic fieri credamus necesse est. esto quomodo id fiat, ipsi non intelligamus; adeo vt duo hi amantes se inuicem fixè intueantur, sicut sponsa in Canticis sponso suo dicit; & illud, quantum memini de hoc intuitu intelligi debere audiui. O admirabilem Dei benignitatem, qui se tam amicè ab oculis, qui tam male hæctenus viderunt, quales animæ meæ oculi sunt, videri sinit! Hoc saltem velim Domine, vt post hunc intuitum, iam non amplius res viles, & vitiis indignas aspicere assuescant, & in nulla re præterquam te, quietem & faciem inueniant. O hominum ingratitude! quousque se illa extendet! scio sanc per experientiam, hoc quod dico, verissimum esse, & quod quid demum dici possit, minimum esse eorum quæ tu, Domine, animæ, quam ad hunc statum euehere dignaris, præstas. O animæ, quæ vos in oratione exercere cæpistis, quæque veram fidem habetis, quod quætere

*Mirum  
huius vi-  
sionis esse  
aut.*

*Quomodo  
Deus &  
anima se  
mutuo in-  
telligant  
sine locu-  
tione.*

S.  
Heresia

Opera  
N. M.  
156

S. M. Teresa Opera. Z bonum





bonum potestis, etiam in hac vita (vt omittam bonum id, quod in æternitate comparatur) quod cum illorum minimo queat æquiparari: Vnde id verè ita esse, nimirum sic Deum se dare ijs, qui omnia propter ipsum relinquunt: non est acceptor personarum, omnes ex æquo amat, nempe quantumlibet improbus, excipitur, cum sic mecum agat, ad hunc modum euicere. Cogita, quod id quod dico, ne vel apex sit eorum, quæ de hac re possunt: nam ea solum hic dixi, quæ, vt hunc visionis & gratitudinem quam animæ Deus dat, modum exponere & declarare possem, dicere erant: sed quidnã tunc anima sentiat, cum sua ei Dominus secreta & equalia patefacit, dicere & describere non valeo: nam tantam id voluntatem & suauitatem includit, vt omnes quæ haberi hic in mundo & in cælo possunt, tam multis hoc interuallis antecedit, vt hominem non in actione eas contemnere & repudiare faciat, cum hæc simul omnes in mente non nisi meræ sordes sint. Immodò prorsus indignum est, hæcæ voluptates cum illis æquiparare, esto etiam semper & in æternum illis frui quis posset. Omne autem solatium, quod hic in mundo Dominus dat, non nisi aquæ est guttula, vasti illius fluminis, quod nobis præparatum est. Pulchrum id est; & sane pudet me mei, & siquid in cælo locum pudor habere posset, ego merito plus cæteris omnibus ibi erubescerem. Cur tantum in mundo voluptates, & gloriam in æternum duratura, boni Iesus discipulo habere volumus? Annon saltem, vnã cum filiabus Ierusalẽ, flebimus cum illum in cruce sua ferenda, vt Simon Cyrenæus, non adiutus esset? Quid? nũ per voluptates & recreationes fruemur eo, quod ipse pretiosè sanguinis, quæ tam copiosè effudit, pretio nobis cõparauit? Est hoc pro nobis impossibile: nã per vanos mudi honores refarcire nos posse putamus: temptum illud, quæ ipse olim in mundo subiit, vt sic ipsi æternũ regnum impertinens hoc est: non est hæc via; erramus, nunquã illuc pertingemus. Has porrò veritates plenis vocibus R. M<sup>ra</sup> vbiuis locorũ depraedice, & hanc mihi libertatẽ Deus non dederit: vellẽ sanè eas mihi met ipsa idem dẽ & nunquã non in clamare; sed tardè admodũ me audio, & Deũ loquentem audiui, sicut ex his quæ scripsi colligere erit; vnde magna mihi contentio est, hac de re loqui, ac proinde tacere cupio. Hoc vnũ dũtaxat dicam, quando mecum ipsa considero (Dñs eo me faciat peruenire, vt bono frui possim) quod qualis accidentalis gloria & recreatio Beatis hoc iã de fruentibus erit, cũ videbunt, quod (tamet si serius) propter Deũ nihil optulerint facere eorũ; quæ facere potuerunt! & quod omnia, quæ ipsorum & status dare permiserunt, omnimodis ei dederunt! & qui plus fecerunt, etiã voluptatis capiet. Quam is se diuites esse cõperiet, qui diuitias optulit propter Christum reliquit! quæ honoratũ is, qui honorem propter eum contempsit, sed summo opere gaudius est, dũ valdè pfundè deprimeretur! quæ

*Diis non  
potest quid  
anima  
sentiat cũ  
sua ei se-  
creta Deus  
reuelat.*



quente is, qui letatus est, dū velut fatuus & irrisus & habitus est, cū & ipsa  
 Dei sapiētia instar fatui irrisa sit! q̄ hodierna die paucos, peccatis nostris  
 impediētib⁹, tales inuenire est! vt penitus iā defecisse videātur ij, quos  
 mundani idē vt stultos reputabant, q̄ eos heroica & generosa veracium  
 amatorū Christi, opera facientes, cernerent. Quā tuus, o munde, munde,  
 honor indies crescit, ed q̄ paucos qui te pernoctant, inuenire sit! magis et-  
 iā, si ipsi nobis persuadēamus, Deo iam gratius esse ac magis placere, q̄ sa-  
 pientes & discreti passim habeamur. Er ita prorsus se res habere debet, put  
 quidē hodie discretionis haberi rationē video: nām statim alios putamus  
 scandalizandos, & nō edificandos, exteriorē cōpositionem & autoritatē,  
 in suo quisq; statu, non pferat, aduq; Monachū, sacerdotē sēcularē, mo-  
 niale, nemo est cui nō nouitas, & scādalo sum p infirmis, esse videatur, ve-  
 res detritas & rappeccatas ferre; vti & solitudinē sēpē sectari, & orationi  
 insistere, put quidē hodie mundi status est, & iā eorū quæ ad pfectionem  
 spectant, nec nō magni illius, quē olim Sancti pferēbant, feruoris obliuio  
 inuadit. Vnde in ea sentētia sum, vt plus nocere, & dissolutionem sēculi  
 pferens magis promouere existimo, q̄ fortasse quis inde scandalizaretur, si  
 Religiosi ita opere ipso ostenderent, sicut docent verbis, q̄ parui mundus  
 vniuersus facie dus sit: nām tali ē scādalo insignes Dñs fructus colligit, &  
 si forte aliqui inde scandalizentur, alij tamen per hoc ad conscientia re-  
 morum excitantur. Vtinā hodie saltē rudis quādā expressio & imitatio  
 vigeret eorū, q̄ tum Redemptor noster Iesus, tū Apostoli eius passi sunt &  
 fecerant: illa si quidem hodie magis opus est, q̄ vnquam fuit. Talis haud  
 dubiē fuit benedict⁹ ille Fr. Petrus de Alcantara, quē non ita pridem Dñs  
 ad se euocauit: nō is iā mundus est, vt tantā pfectionē ferat. Dicūt nāq;  
 corpora & valetudines hominū iā debiliora esse, nec esse iā sicuci superio-  
 rib⁹ sēculis fuit. Sanctus tamen hic vir, huius temporis fuit; at spiritus eius  
 tā erat validus & potens, ac præcedentibus passim esse solebant; atq; hæc  
 causa est, cur mundū ipse conculcarit. Er esto, nudi, vt ipse, nō incedamus,  
 nec tantā austeritatem pferamus quantā ipse; multa tamen sunt, sicut iam  
 alis dicere memini, ad mundum pculcandum media; & hæc Dñs sugge-  
 rit & edocet, dū generosum aliquem animū videt & reperit. Quā vero eū  
 magnum ac generosum Maiestas eius Sancto huic, quem dico, viro dedit,  
 ad 47 annos, tā (vti nouimus oēs) austerē & seuerē viuendū: de qua auste-  
 ritate aliqd hic dicere volo; quia q̄ de ea dictura sum, verissima fore scio.  
 Ipse mihi & alteri cuidā, à quo non multū sibi cauebat ( mihi quidem, q̄  
 magno me amore prosequeretur; placuit quippē Dño, hunc mihi tempo-  
 re illo angustia, de quo & locuta sum & adhuc loquat mihi defenforem  
 & animatorem dare) dixit, se quadraginta (si benē memini) annorum  
 spatio non plus quam sesquihora per noctem ac diem dormiisse, & maxi-

Discretū  
hodierna  
quam sū  
noxia.

Quantū  
inde se-  
quoritur  
boni, si Re-  
ligiosi ope-  
re exhibe-  
rent, quā  
verbo don-  
cent.

B. F. P. Pe-  
tri de Al-  
cantara  
sanctitas

Penitentia  
eiusdem.

Z 2 mum

S.  
Heresia

Opera  
N. V.  
186



mum austeritatis ac pœnitentię laborem, quem in principio habuit, fuit  
 somnum superare; atque hinc semper aut genua flectebat, aut stabat con-  
 stans: cum autē dormiret, dormiebat sedens, ac paxillo, qui hac de causa  
 pariete fixus erat, capite innitens: nam extensus, quantumvis voluisset  
 dormire non potuisset; cella quippè eius, uti norunt omnes, non nisi qua-  
 tuor & medio pedibus longa erat. Omnibus illis annis nunquam capiti  
 caputio texit quantumlibet sol ferueret, aut cœlo plueret. Semper quæ  
 que nudipes incessit; vestis autem eius alia non fuit, quam quæ dicitur  
 nautico & rudi panno confecta, sine alia interiori ad carnes; & erat tan-  
 tam angusta & arcta quam esse poterat: palliolum quoque, quod ei  
 periniiciebat, eiusdem erat materiæ: & hoc, dum frigus intensum esset,  
 sese, mihi dicebat, solitum deponere, ostium vero & fenestellam cel-  
 lula aperta habere, ut, cum postea palliolum hoc resumebat, & ostium cla-  
 debat, corpus suum recrearet, quod illud maiore calore frueretur &  
 focillaretur. Ut plurimum, non nisi tertio quoque die comedebat; de-  
 bebaturque mihi, non debere id mihi videri: esse quippè id factu facile, ut  
 huic se ieiunio assuefaceret. De socijs eius non nemo mihi narrauit, per-  
 etiam ad octiduum aliquando cibo abstinuisset. Id tum fuisse credo, cum  
 in oratione versabatur; nam subinde magnos raptus, & intensos clamores  
 amoris impetus patiebatur, uti meis ipsa oculis semel vidi. Paupertas  
 extrema fuit; in adolescentia quoque valde se studio mortificationis  
 dixerat; unde mihi retulit, se in quodam ordinis sui Conuentu triennio  
 ipso commemorantem, neminem esse fratribus de facie, sed de voce duma-  
 xat, nouisse: oculos quippe nunquam sustollebat, ita ut nec loca fratrum  
 ad quæ necessario eum ire oportebat, sed alios fratres, eodem pergen-  
 sequeretur. Hoc ei in ipsa via accidebat. Mulieres nunquam intuebat,  
 idque ad multos annos obseruauit: postea vero eò iam se dicebat per-  
 misse, ut non plus moueretur videndo, quam non videndo; sed erat se-  
 admodum, vbi primum eum nosse cæpi, & ita exsuccus & exhaustus,  
 non nisi ex aridis arborum radicibus compactus esse videretur. Ad hanc  
 morum sanctitatem mira accedebat affabilitas; atramen verborum  
 paucorum, nisi cum aliquid interrogaretur: in loquendo autem valde  
 erat lenis & blandus, quod bono esset præditus ingenio. Multa alia  
 hoc vito dicere vellem, nisi vererem, ne R. V. diceret, hæc extra propo-  
 tum meum esse, & nihil ad me pertinere, & sanè ne hæc quidem, sine me  
 tu scripsi: quocirca finem facio, si addidero, talem eius fuisse mortem,  
 qualis vitæ cursus: fratribus enim circumstantibus prædicando, &  
 eidem eos admonendo, vbi mortem iam iam imminetē vidit, Psal-  
 illum Davidis, *Letatus sum in his que dicta sunt mihi*, decucurrit, & genua  
 flectens, spiritum Deo reddidit. Placuit vero Domino, ut iam mortem

*Illius  
 mortis  
 ratio.*

*S. Matris  
 post mortem  
 apparuit.*



maiores mihi opem tulerit, bene mihi pluribus in rebus consulendo, etiam fecerat viuus: sæpè namque eum vidi maxima gloria circumfusum. Cum primum se mihi spectandum daret, dixit, beatam & felicem esse penitentiam, quæ tam amplo remunerata sit præmio; & alia complura. Vno autem antequam vita excederet anno, absens licet, mihi apparuit; Ego autem illum breui demoriturum sciens, id ei significavi, esto aliquot leucis hinc distaret. Cum vero spiritum iam Deo redderet, apprensus mihi dixit, se iam ad requiem abire: ego autem id non credens alijs nonnullis id narrabam: & ecce, octiduo post nuntiatum est, illum iam mortuum esse, vel, vt melius loquar, incepisse in æternum viuere. Hæc igitur vitæ aspectus & rigor, tam luculentum gloriæ præmium recepit; quæ ille iam perfruens, magis ac sæpius me consolari videtur, quam dum inter mortales mortaliter ageret. Quodam tempore mihi Dominus dixit, nihil omnino homines in eius nomine, à se petituros, quod non essent impetraturi: & sane multa quæ ego illi, vt à Domino præfens peteret, commendavi, adimpleta vidi. Sit autem Dominus in æternum benedictus, Amen.

Sed, quam multis equidem hic vsa sum verbis, ad R. V<sup>ram</sup> excitandam, vt, quidquid huius vitæ est, nihili faceret, quasi id ipse nescires, & non iam firmiter proposuisses omnia deferere, & opere ipsum etiam præfisses. Tantam porro in mundo perditionem, & corruptionem video, vt, esto hæc dicendo non proficiam, quàm quod me hæc scribendo defatigem, hoc tamen ipsum mihi recreationi sit; nam quidquid hic dico, cõtra me ipsam est. Ignoscat mihi Dominus, quidquid hac in re cõtra ipsum deliqui, ignoscat mihi quoque R. V<sup>ra</sup>, quod sine vlla necessitate & præter propositum illi molesta sim. videor quippè velle, vt ipsa luat, & præuentiam agat pro omni eo, quod hic ego deliqui.

CAPVT XXVIII.

REFERT SINGVLARES, QVAS EI DOMINVS PRAESTITIT  
*gratias, & quomodo ei prima vice apparuerit, simul declarat, quid sit visio imaginaria; necnon magnos effectus, & signa, quæ ipsa cum à Deo venit, post se relinquit, describit. Caput hoc utile cumprimis est, & notabile.*

VT ergo ad propositum redeã, multos in illa quam dixi visione dies hæsi, vt pote quæ valdè continua fuit, tantumque mihi illa profuit, vt ab oratione non discederem; immò omnia quæ agebam, sic facere allaborarem, vt non displicerem ei, quem eorum testem & inspectorem esse tam apertè videbam: & esto subinde apud memet ipsa timerè, quod tam

Z 3 multa

S.  
 Heresia

Opera  
 N. V.  
 186

Quam  
 Domino  
 sit gratia,  
 quod in  
 nomine  
 Sanctorum  
 innocetur.



*Dominus  
Iesus suas  
ei manus  
ostendit.*

multa mihi in dies dicerentur, timor tamen hic diuturnus non erat, quod me Dominus securā redderet. Cum ergo quadā die in oratione veritate placuit Domino suas dumtaxat manus mihi ostendere, quæ sanè tam excellentis pulchritudinis erant, vt eam verbis satis exprimere non possem. Vnde capi metuere: omnis quippe nouitas semper me initio valdè timorē dā & pauidam reddit, quamcunq; demum supernaturalem gratiam mihi Dñs præster. Paucis post diebus, vidi quoq; diuinam eius faciem, cuius aspectus planè me, vt quidem mihi videtur, absorbit. Intelligere nō poteram, cur se Dñs, quasi per partes, & paulatim magis ac magis ostenderet, cum postea gratiam mihi facturus esset, vt eum totum viderem; quoadusque postea intellexi, Dominum in eo se naturali meæ imbecillitate conformasse & adaptasse. Sit ipse in æternum benedictus: nam tam abjectum & vile subiectum, tantam gloriam simul se exercentem ferre nō potuisset; & Dñs, vt pote qui id benè nouerat, pro sua bonitate id ita disposnebat. Videbor fortassè R. Vestra magno, ad manus & faciem ita formosam aspiciendam, robore opus non habuisse: sed nouerit oportet, corpora gloriosa ita pulchra esse, tantamq; vnde quaq; gloriā spirare, vt rei talis supernaturalis: & ita eminenter pulchræ aspectus hominē velut extra se rapiat, & velut dementem reddat: hinc fiebat, vt ita timerem, vt præ timore turbarer & consternerer; etsi paulò post planè securā redderet & certā eiusmodi in me sentirem effectus, vt omnis mox timor abscederet.

*Corporum  
Beatorum  
pulchritudo.*

*Dominus  
totum ei se  
videndum  
exhibet.*

Quodam die S. Paulo Apostolo sacro, dū Missam audire, sacratissima illa Christi Dñi humanitas, totā se mihi videntem exhibuit ea profectim in forma, quæ è sepulchro gloriosus resurgens depingi solet, talem pulchritudinem & Maiestatem præferens, qualē tūc in particulari R. Vestra descripsi, dū id mihi exactè iniungeret: q̄ sanè satis mihi græce fuit, ne enim quis id dicere potest, nisi magnā sibi pœnam inforat: porro tunc id potui optimè & clarissimè descripsi; quædbrem necesse non est hoc locū q̄ aliàs dicta sunt, repeterere: hoc solū dico, q̄ esto in cælo non aliud oculorū oblectamentum foret, q̄ summa glorioforum corporum pulchritudo, nimis quā magna ea gloria sit, præsertim ipsam humanitatem Saluatoris nostri Iesu Christi videre: Locū hoc habet quoq; etiā cum se Maiestatis eius hic in terra, non nisi secundū imbecillitatis nostræ capacitatem, spectandā dat: quid ergo erit in cælo, vbi tanto bono simul & semel fruetur? Sed licet visio hæc imaginaria sit, nunquā tamen corporeis eū oculis intuita sum, vt nec vllam aliā, sed dūtaxat oculis anime. Qui verò maxime harum rerum peritiam habent, quam ego, dicunt visionē de qua antea locuta sum, perfectiorē esse hac, & hanc perfectiorē esse ijs, q̄ corporeis oculis videntur: tradunt enim hoc visionū genus, inter visiones in hūmānis oculis plus illusionib⁹ diabolicis obnoxiiū: quanquā id tunc quidē mihi peritiam

*Magna in  
cælo gloria  
vel corpora  
in gloria  
sa videre.*



audere nō poterā; sed volebam quā maximē, vt, quoniā huiusmodi mihi gratia fiebat, corporeis eā oculis posse intueri, ne Confessarius mihi diceret, oculos meos fascino detineri & illudi. Quin imō, cū illa iā praterisset, quādam incidēbat mihi cogitatio (& quidē statim, statim) nū forte oculi mei delati fuissent, & me torquebat & angebat, q̄ id Confessario meo significassem, me cū cogitans an nō fortalsē eum decepissem. Erat itaq; hoc nōna lachrymarū ac doloris materia; quare me ad eum cōferebam, & doloris mei occasionē narrabam. Rogabat is me, an id tantum mihi ita videretur, an vero dato studio ipsum decipere voluissē. Ego sincerē ei, q̄ à parte rei erat, dicebā: nā, meo iudicio, non mentiebar, neu mentiri voluerā; imō, ne quidem, p̄pter omnia quę in mundo sunt, vnū pro alio narraſsem. Nouerat hoc ipse, itaq; me ad quietem reducere conabatur. Ita etiā à parte mea mihi graue & permolestum erat, cum id genus nugis, ipsum adire; planē vt nesciam, quomodo suggerere mihi diabolus potuisset, ipsum vt fingerem, quo me ipsa excruciare & torquerem: sed Dñs ipse in hac gratia mihi præstāda, & veritate hac declaranda, ita festinabat, vt quātocyus hæc à me anxietas, & scrupulus an hoc nō nisi mera oculorum illusio esset, abscederet; ac meum ipsa stuporem ac simplicitatem postea nimis quā aperte perspexi. Nā etiā ad multos annos mecum ipsa imaginando cogitāte, quomodo rē tam speciosam effingerē, hoc tamen facere penitus nec possem, nec scirem; longē quippe ea excedit omne id q̄ hic imaginatione cogitandoue potest effingi, imō etiā solus eius candor & splendor: neq; enim splendor est, qui visum p̄stringat; sed suavis quidam cādor, & infusus splendor, qui oculos visumq; maximopere recreet, nō fatiget; vti est & claritas, q̄ ad tam diuinam! hanc pulchritudinē spe & adādam accedit. Est autē lumen, ita diuersum ab eo q̄ hic in terra videtur, vt ipsa solis claritas quam omnes videmus, cum claritate & lumine q̄ hic visui representatur, comparata, ita obscura & obfusca videatur: vt ne oculos suos quidē, ad eā vidēdam, quis semel aperire dignaretur. Perinde namq; est, ac si hinc, aquam limpidissimam, in fundo crystallino, solaris radijs; repercusso, fluitantem cernerēs; & huic aliam valdē turbidam, in tēpore nubilo, & preterea per sordidam terræ superficiem currentem- opponeres. Non quod hicaliquis se sol ostendat, aut lumen ipsum sicuti lumen solare sit; verum tamen hoc naturale quoddam videtur esse lumen, & aliud illud non nisi factitium atque adumbratum. Lumen scilicet est, quod noctem & obscuritatem non habet; sed quia semper lumen est, hinc nihil est quod ipsum queat impedire aut obfuscare. Denique id tale est, vt quantumlibet acuto, & præstanti quis ingenio esset, toto tamen vitæ suæ tempore imaginando concipere non posset, quomodo id sit: Deus tamen id tam repente & subito ostendit, vt, etiā ei cernendo oculos aperire

S. M. mirō  
affligeba-  
tur, cum  
Confessa-  
rio suis  
aperiret  
visiones.

Deseri-  
ptio lumi-  
nis & splē-  
doris Do-  
mini cum  
alicut ap-  
paret.

Quam  
pante tantē  
hoc appa-  
reat.

S.  
heresia

Opera

N. M.

186



aperire necesse foret, illis aperiendis homini ne quidem tempus offerretur, scilicet de repente id affulget. Verum non plus refert, aperiatur illi sine, an clausi, cum id nos Dominus videre voluerit, velimus nolimus id videre debemus. Nulla est distractio, quæ ei impediendo sufficiat; nulla potentia quæ resistat; nulla etiam diligentia ac sollicitudo, quæ ad hoc habendum par sit. Hac ipsa satis reapse experta sum, uti postea declarabo.

Iam verò declarare velim, quo se Dominus modo in hæc visionibus spectandum det: non dico me ostensuram, qua ratione in interioribus sensu, tam vehemens ac forte lumen, & in intellectu tam clara imago, verè ipse illic præsens adesse videatur, possit cõstitui: hæc namq; ad videndum doctos spectat tractatio. Et noluit mihi Dominus modum, quo id fiat, declarare; adhuc aded ipsa ignara, tanquam obtusi ingenij sum, ut hæc id intelligere non potuerim, quantumlibet id mihi alij exponere sum conati. Certum autem id est, quamvis R. V<sup>ta</sup> me felici & acuto esse ingenio opinetur, stupido tamen & obtuso me esse: nam quæ admodum multas rebus experta iam sum, ipsum non aliud aut plus comprehendit, quam quod (vri dici vulgò solet) ei comedendum præberetur. Qui mihi à confessionibus erat, subinde meas mirabatur ignoratias, nec vnquam velis aperiebat, vel ego scire cupiebam, quo Deus hoc vel illud modo fecisset, aut hoc illud esse potuerit: nec etiam id vnquam interrogavi, elio supra dixisse memini, iam à multis annis cum viris doctissimis agere consuevissem. Hoc porro rogabam, num, quid peccatum esset, nec ne, aut reliquo aliud mihi opus non erat, quam cogitare, Deum omnia conosci diisse; ac videbam, me nullam admirandi, ac magnam eius magnificentiam ac laudandi occasionem habere; immò ad deuotionem potius me mouebant res difficiles & sublimes, & quo illæ erant sublimiores, eo mouebamur magis. Dicam ergo, quod re ipsa, & per experientiam vidi; sed quo id Dominus modo faciat. Reu. Vestra melius exponet, & simul quid quid obsecrum erit, & ipsa explicare non potero, apertius declarabit. Nonnullum quidem è rebus videbatur mihi id, quod videbam, imago quædam esse; sed ex alijs multis rebus, non imago quædam, sed ipsemet Christus esse videbatur: idq; colligebam è claritate, in qua is se mihi ostendere dignabatur. Nonnunquam ita in confuso id fiebat, ut non nisi imago mihi videretur; non tamè talis, quales sunt in mundo expressiones hominum in tabula, quantumlibet eæ perfectæ sint; esto viderim per multas quas suum archetypum egregiè referebant. Stultum quippè est, putare, quædam inter vtrumque hoc imaginum genus similitudinem dari posse: parum enim inter vtramque est differentia, quanta inter hominem viuum & spiritantem est & illius picturam: nam quantumuis scitè & ad viuum quæ

*Exponere  
conatur  
quomodo  
hæc visio  
sibi facta  
sit:*



depictus sit. ita tamen propè ad naturam ipsam accedere non potest, quin ad oculum tandem pateat, nō esse nisi quid mortuum & vita destitutum. Sed, esto hoc hic ad propositū mirè faciat, ei tamen diutius inharere nō la. Non dico autem, id similitudinem quādam esse ( quia similitudines nunquam ita exactè per omnia respondent ) sed ipsissimam veritatem: quia tanta est inter hanc & reliquas imagines differentia, quanta inter quid viuum & quid depictum: nam si imago est, est imago viua; non homo mortuus, sed ipsemet Christus viuus, atque satis ostendit, hominem se simul esse ac Deum, non qualis in sepulchro iacebat, sed qualis iam resuscitatus inde surrexit. Et aliquando tanta apparet cum maiestate, vt dubitare nemo possit, quin ipsemet Dominus sit, præsertim post Sacram Communionem: scimus quippe iam tunc indubitanter, illic cum præsentem adesse, ita namque nos fides docet. Ita porro se huius domicilij Dominum esse ostendit, vt anima profus annihilata, in Christum se absorberi & consumi quodammodo videat. Vtinam vero, mi Iesu, indicare verbis possim, quanta sum maiestate te spectandum præbeas, & quam ymensi orbis terrarum, cælorum & aliorum mille mundorum, & infinitorum mundorum ac cælorum quos creare posses, Dominum te esse ostendas: quos omnes anima, pro maiestate quidem qua te videndum das, indignos & nihil profus esse intelligit, vt tu illorum Dominus sis & dicas. Hic quoque clarè apparet, mi Iesu, quam exigua & eneruis diabolorum omnium sit potentia, si cum tua conferatur, & quomodo, qui te amicum habet, vniuersam tartari vim & nequitiam possit proterere. Hinc quoque colligitur, quam merito cacodæmones, te ad limbam patrum descendente, metuerint, & mille alios infernos profundiores optarint in quos se abderent, ne tantam maiestatem coram aspicerent: ac simul ipsa video, declarare te animæ velle quam magna sit sacratissima illa humanitas, diuinitati coniuncta, & quanta eius potentia. Hic item apparet, quid erit, in iudicij extremi die hanc Regis huius Maiestatem, eiusque erga damnatos & reprobos seueritatem intueri. Hic quoque vera est humilitas, quam in anima relinquit, quod scilicet suam ipsa miseriam intueatur: nam non potest eam non intueri. Hic denique confusio, & verus de commissis peccatis dolor, ac pœnitentia: nam, quamuis amicè se animæ à Domino haberi videat, vbi se tamen ab eo abscondat nescit; atque inde est, quod tota annihilatur. Dico itaque, hoc visionum genus, cum scilicet Dominus insignem quādam magnitudinis & maiestatis suæ partem animæ ostendere vult, tam esse efficax, vt mihi profus impossibile videatur, creaturam aliquam ( nisi eam Dominus valdè supernaturaliter, scilicet per raptum quendam & extasin, in quo nimirum visus diuinæ illius præsentis visionem per eiusdem fruitionem amittat, adiuuare vellet )

Quomodo  
ei Domi-  
nus appare-  
ret. Et quam  
maiestatis

S.  
Heresia

Opera

N. VI

181

S. M. Teresa Opera.

A 2

hoc



hoc ferre posse. Verum quidem est, animam postea eius obliuisci: ac maiestas illa & pulchritudo ita illi impressa manent, prorsus ut impossibile sit eam illius obliuisci, nisi forte tunc cum eam Dominus in quadam ariditate, solitudine & desolatione, de qua loquar infra, videri cupit: nam tunc etiã Dei ipsius videtur obliuisci. Alio qui manet hinc quasi tota alia, & semper in Deum absorpta: imò verò vitius quidam amor ei de nouo cõmunicari videtur, & quidẽ (vt mihi videtur) in aliquo quodam gradu: nã quamuis superior illa visio, quæ sine imagine (vt dixi) representat, sublimior sit, vt tamen illius memoria exinde strã imbecillitati conformis maneat, quò sic cogitationem ab illa occupatam vbique circumferamus, hinc magnum quid est, vt tam diu presentia benè representata, & in imaginatione insculpta maneat: inde est, quod duplex illud visionum genus semper simul veniat: reuera ita fit; animæ namque oculis sanctissimæ humanitatis excelsa, pulchritudo, & gloria videtur; & per alium illum modum, quem nobis declaratur, Deum esse, ipsumque potentem esse, omnia possidenda imperare, omnia gubernare, omnia deniq; amore suo adimplere: autem visio permagni faciendã est, & (vt mihi quidem videtur) nullatenus innoxia est periculo; ex effectibus quippe colligi potest, nihil omnino diabolus posse. Ter quaterue (quantum memini) ipsum Saluatõrẽ in istu hoc ille modo mihi representare voluit, in falsa ac mendaci representatione, formam quidem carnalem tunc assumit, at gloriam illã, quam hanc sequitur, cũ à Deo visio hæc venit, imitari nequit: factas hæc representationes, vt veram visionem quã anima habuit, destruat ipsa ita illis resistit, itaq; turbatur, & nauis abunda fit & in quieta, vt quæ antea habebat, deuotionem & suauitatis gustum amittat, itaq; sine oratione maneat. Hoc mihi ter aut quater in principio, incursu contigit. Ea porro inter vtrumq; differentia est, vt eũ etiã qui oratione quietis dumtaxat habebit, facillè id ex effectibus, quos ipsa dũ de in locutionibus agerem, prosecuta sum, putẽ posse intelligere. Res est euidentis & manifesta, & nisi anima spontè & vltro decipi velit & illi vix fieri posse puto, vt, si in humilitate & simplicitate ambulet, à dæmone decipiatur. Nam qui veram aliquam à Deo visionẽ habuit, id ferè statim & quamprimum percipit: esto enim hæc à suauitate & consolatione accipiat, eam tamen anima, quam citissimè à se abijcit: quin & suauitatem quam dæmon dat, longè, meo iudicio, alia esse debet, ut potè quæ puri ac casti amoris signa det. Vnde statim is se prodit, & ostendit quod ad eũ vt ei quã aliquam habet experientiam, nullum dæmon, vt mihi videtur, irrogaturus sit damnum. Vt autem hæc visio non nisi in oratione sit, prorsus est impossibile, & nullam verisimilitudinem habet.

*Ter enim  
aut quater  
diabolus  
per falsam  
representationem  
Christi  
decipere  
conatus  
est.*

*Descriptio  
gustus quẽ  
diabolus  
dat.*



...sola manus vnius pulchritudo & candor, omnem imaginationē no-  
 ...longē excedit. Adhęc, quomodo in momento coram nobis & prę-  
 ...videre possimus illa, quorum nullā omnino habemus memoriā, &  
 ...quibus nunquam cogitauimus, & ad quę per imaginationem conci-  
 ...do longo nobis opus esset tempore? hoc quippe longē, vti dixi, al-  
 ...ascendit, quām quod hic comprehendere possumus: adeo vt hoc im-  
 ...possibile sit; & vtrum hic aliquid possumus, patet etiā ex eo quod mox di-  
 ...sum. Si enim id per intellectum repręsentaretur (vt omittam quod  
 ...magis vtilis nō faceret operationes, quas ille facit, imo nullam profus)  
 ...perinde esset, atque aliquis qui dormire quidem veller, sed tamen adhuc  
 ...manet, eo quod ei somnus nondum aduenerit; sed si eum vel necessi-  
 ...tas, vel capitis grauedo ad somnū inuiter (vt quidem & ipse cupit) spōn-  
 ...in somnum incidit: alioqui, esto ipse ad hoc connitatur, aliquid quidē  
 ...facere putabit; si tamen sopor verus nō sit, ipsum ille nec reficit, nec  
 ...confortat, quin imō illud nonnunquam adhuc inanius reddit. Ita  
 ...quoque ex parte hic fit; vt scilicet anima inanis & vacua maneat, minimē  
 ...nutriatur, aut corroboretur, sed ē contra defatigetur ac fastidio  
 ...laboret; sed ex eo quod dico, vix verbis exprimi queat, quantum boni v-  
 ...que sequatur, vt etiā corpus inde reddatur salubrius, & vegetius  
 ...maneat.

Hoc ergo argumentū, vti & alia id genus, opponebam, me à damo-  
 ...illi & fascino (quod sane per frequenter mihi obieciatur) dicen-  
 ...bus, nec non similitudines quasdam, prout poteram, & prout eas mihi  
 ...Dominus suggereret, adferebam: sed parum per hęc omnia euincere po-  
 ...nam quod hoc in oppido multi viri Sancti essent, quibus ego col-  
 ...nō nisi mera corruptio erā & putredo, quos Deus tamen per hanc viā  
 ...conducebat, statim ipsi mali quid dē me suspicabatur; & peccata mea  
 ...causa fuisse videntur, vt hęc de me fama & suspicio, velut in orbem, ab  
 ...ad alium, obambulare; ita vt, esto id nemini pręterquam Confessa-  
 ...meo soli, aut ijs quibus id ipse me declarare iubebat, aperirem, omni-  
 ...tamen passim res hęc innoresceret. Inter alia semel ijs dixi, si, qui de  
 ...hoc dicebant, mihi iamiam ab alloquio cuiuspiam, quē optimē nos-  
 ...venienti dixissent, hunc ipsum non esse reuera illum quem putarem,  
 ...id mihi dītaxat ita videri, & hoc ipsis sole meridiano clarius esse, me  
 ...hanc dubiē potius credituram fuisse, quam id quod videram: at si hic  
 ...pręterea quędam mihi monilia, velut amoris sui pignora, in  
 ...signasset, quę ante non habuissem, meque iam diuitem vi-  
 ...cum antē pauperula fuissem, non posse me id, tamen forte  
 ...credere. Addebam autem, hęc me monilia etiamnum posse  
 ...quę: quorū enim me nouerant, ad oculum videbant, animam

*Boni esse  
 Aus vera  
 visionis,*

S.  
 Heresia

Opera

N. VI

183



meam penitus immutatam esse: vt taceam! idem quoque mei Confessarij de me fuisse iudicium. Hæc quippe mei muratio omnibus in rebus manifesta & euidentis erat, vt omnium in oculos passim incurreret. Dicebam namque, cum initio ita improba & peccatis assueta fuisset, credere planè non posse, dæmonem, si hoc ad me decipiendam, & peccata in tarrara deturbandam, faceret, tam contrarium ad hoc medium viam vsurpaturum, vti erat, meas à me imperfectiones auferre, & eorum loco virtutes, & robur spiritus suggerere; videbam namque sole meridiano clarius, me in momento, hisce rebus in planè alium hominem mutaram esse. Confessarius meus, qui (vti dixi) erat vir apprime sanctus, & Societate Iesu, idem, prout postea intellexi, respondebat: erat namque vir mirè discretus, magnæque humilitatis: hæc autem magna eius humilitas multarum mihi molestiarum causa fuit; esto enim orationi esset diuotissimus, & satis doctus, sibi ipsi tamen non confidebat, quod se minus per hanc viam non duceret: vnde ipse mea causa satis per omnem modum angebatur & torquebatur. Intellexi itaque, dictum illi quodquam esse, vt sibi à me caueret, ne à dæmone, si quid eorum quæ ei dicebam crederet, deciperetur: afferebant ei ad hoc aliorum exempla: quæ vt & alia omnia, maximopere me cruciabat; adè vt viderer, vt tantum inuenire non possem aliquem, qui mihi confitenti aures dare veller, & omnes à me, velut profana fugerent: itaque in lachrymas tota relinquebar: sed Dei prouidentia ita eum permouit, vt me patienter ferre, & aures confitenti dare voluerit: erat quippe tam zelosus Dei seruus, vt causa nihil non tentasset: quare ipse mihi consuluit, ne Deum peccatis offenderem, nec ab ijs quæ mihi suggererat monitis & consilijs vultum vnguem desisterem; & hoc si facerem, non esse quod vereretur ne ipso desererem. Semper is me animabat & quietabat; nec non mandabat vt nihil eorum quæ mihi accidebant, ipsum celarem: quod & exactè obseruabam. Dicebat autem, me, si hæc facerem, quamuis dæmonis esset illusio, nullum ab ea damnum accepturam esse, quin imò forte Dominus è malo, quod animæ meæ is intentare veller, bonum ingerat liceret: vnde eam ipse omni qua poterat ratione perficere allaborabat. Ego vero, quia valde anxia & timida eram, ei in omnibus, quamuis imperfectè, obsequabar. Triennio & amplius, quo mihi, durantibus illis anxietatibus, confitenti aures dedit, satis molestiarum mea causa & peccatis passus est: nam in summis persecutionibus quas habui, & alijs plurimis in rebus, in quibus permittente Domino, sinistrè de me sentiebant & dicebant (in quarum plerisque innoxia eram) semper ad ipsum recurrebatur; vnde ipse nullà suà culpâ, mea causa diuersimodè insimulabatur. Et sanè, nisi tantæ viri sanctitatis fuisset, & eum Dominus corroborasset,

*Confessarius  
vius, illum  
occasione  
multas  
molestias  
perulit*



tantis molestijs & obloquijs perferendis impar fuisset: hinc quippe pro  
 me respondere debebat ijs, qui me in interitum ruere censebant, eique  
 fecus dicenti minimè credebant; illinc verò me securam reddere, & qua  
 laborabam anxietatem & timorem, alio maiori timore mihi iniecto, si-  
 mul etiam me quietando, dispellere. Nam post singulas visiones, maximè  
 cum quid noui in ijs intercurreret, permittebat Dominus, vt magnis ti-  
 moribus & anxietatibus angerer; quod haud dubiè inde procedebat,  
 quod tot peccata committerem, & alias commisissem. Ipse autem quam  
 cordialissimè & pijssimè me consolabatur: & si sibi ipse credere voluif-  
 set, equidem non tam multa passa essem: dabat enim ei Deus, vt verita-  
 tem in omnibus cognosceret; nam & Sacramentum ipsum, quantum cre-  
 do, ei lucem suggererat. Serui Dei, quibus suspecta eram, sæpè mecum  
 agebant; & quoniam ego quædam simpliciter & inconsideratè effutie-  
 bam, hinc hæc ipsa secus quàm ego illa protuleram, interpretabantur.  
 Egga horum vnum mirè afficiebar; multis quippe nominibus anima mea  
 ei obligata erat, eratque magna vitæ sanctimoniam: vnde summopere me  
 torquebat, quod ab ipso me viderem non intelligi; ipse autem de profe-  
 cto meo valdè sollicitus erat, & vt Dominus me illuminare dignaretur:  
 atque ita fiebat, vt quod (vti iam dixi) inaduerter & sine reflexione di-  
 cebam, id ex humilitatis defectu proficisci arbitrantur; & mox vt ali-  
 quam in me imperfectionem notabant (quæ sanè non pauca erant) quam-  
 primum omnia mea vt mala interpretarentur. Proinde nonnulla me ro-  
 gabant, ad quæ cum simpliciter & sine vlla reflexione responderem, sta-  
 tim me putabant ipsos docere velle, meque ipsam vt doctam & versatam  
 reputare. Quæ omnia mox ad Confessarium meum referebantur: nam  
 reuera de bono & progressu meo illorum nemo non laborabat: ipse autè  
 equam primum me obiurgabat. Et hoc satis diu durauit, vt multis ex parti-  
 bus afflicta essem; verum gratijs, quas mihi Dominus faciebat, corrobora-  
 ta, omnia peruiucebam. Hoc idèd refero, vt pateat quàm difficile, & mo-  
 lestum sit, cum homo neminem habet, qui in hac via spiritus sit versatus:  
 nisi enim suo me Dominus auxilio in tantum suffulisset, nescio profecto  
 quid mihi futurum fuisset. Erant sanè nonnulla, quæ nimis quam satis e-  
 rant ad me ad insaniam redigendam: imò subinde eo me redactam sensi,  
 vt quid agerem penitus ignorarem, quam oculos meos ad Dominum  
 sustollere: nam bonorù virorum contradictio, improba & imbecilli mu-  
 lterculæ (qualis ego sum) vt meticulosæ, nihil (vt ita dicam) esse videtur;  
 inter omnes tamen afflictiones ac molestias, quas in vita mea habui ma-  
 ximas, hanc sanè reputo grauissimam: faxit Deus vt Maicstati eius aliquod  
 hac in re obsequium præstiterim: certa quippe sum, eos, qui me condem-  
 nabant, & aduersabantur, in signe hac in re ei obsequium præstitisse, om-  
 nemque

Aa 3

S.  
heresia

Opera

N. VI  
186

Quomodo  
timorem  
eius Con-  
fessarium  
curaret.

Vndiq. S.  
M. afflicta  
fuit.





nemque hanc operam ad utilitatem & bonum meum assumpsisse & direxisse.

## CAPUT XXIX.

MATERIAM QUAM CAEPIT, PROSEQVITVR, ET SINGVLARIS  
*res quasdam, quas à Deo accepit, gratias refert; & quid sibi Dominus, ad se fecerant reddendam, & sibi contradicentibus respondendum, dixerit.*

AEQVO longius à proposita mihi via deflexi; decreueram quippe rationes tradere, è quibus colligi posset, visionem illam priorem imaginationem non esse; quomodo enim ipsi per operationem & consilium intellectus, ipsam Christi humanitatem nobis representare, & exitum eius pulchritudinem per imaginationem concipere possemus? multo sane tempore opus foret, etiam ad imaginandum aliquid quod ei aliquatenus assimileretur. Possumus quidem eam imaginationi nostræ obijcere & representare, & aliquamdiu in eam intuenti hæerere, figuræque quas habet & albedinem eius considerare, & hanc ipsam paulatim magis & magis perficere, hancque imaginem memoriæ consignare: quis enim hoc impediatur cum intellectu meo eam fabricare & formare possim. Verum in eo de quo hic agimus, hoc fieri prorsus nequit: sed, cum Dominus eam representare placuerit, eam nos necessariò intueri oportet, & sicut ipse volet, & quodcumque volet, ut in nostra manu non sit, quidquam de eo aut demere, aut ei addere, quantumlibet conitatur; aut, cum volumus, ipsum videre, aut cum nolumus, non videre: quin imò, statim & particulare aliquid videre cupimus, Christi visio amittitur. Duobus annis & medio duravit, quod hanc mihi Dominus gratiam ut plurimum præstitit; sed iam ab hinc triennio & amplius, illam mihi hoc modo, per aliam longè sublimiorem (uti fortasse infra dicam) valde cōtinuò abstinuit: & licet viderem quod me alloqueretur, & ego summam illā pulchritudinem, & qua suavitate verba illa ore illo pulcherrimo & diuino eloquatur (etsi interdum etiam rigorem præferat) considerarem; ac summo opere desiderarem scire qualis oculorum eius esset color, quæ eorum magnitudo, quod hoc alijs possem referre; nunquam tamen id videre merui, & quomodo cumque id coner, semper frustra sum; in eò, ipsa visio potius penitus mihi deperit. Interdum quidem, fateor, video, quod me blandè & amicè intueatur; sed aspectus hic tam est potens & efficax, ut eum anima perferre nequeat, tamque repentinus mox eum raptus sequitur, ut, quo ipso toto ea fruatur, pulchrum hunc aspectum amittat. A deo ut vellet & nolle locum hic prorsus non habeat, & liquido appareat, Dominum

*Duobus  
 annis &  
 medio hinc  
 ei gratiam  
 Deus præ  
 stitit, &  
 eam  
 abstulerit.*



aliud non velle, quam vt humilitatem ac nostri ipsorum confusionem  
hic exerceamus, & fruamur eo quod nobis datur, & laudemus cum qui  
id dat. Habet hoc in omnibus visionibus, nulla prorsus excepta, locum,  
enim scilicet nos à parte nostra hic posse, & omnem quam adhibemus  
diligentiam, nihil omnino prodesse, vel obesse, ad plus minusue videndū.  
Vult Dominus nos ad oculum videre, non esse hoc opus nostrum, sed à  
sua Maiestate id prouenire. Vnde tantū abest, vt inde superbire possimus,  
vt potius propterea nos humiliari, & timorosos reddi oporteat, dum ni-  
mirum cernimus, quod sicut Dominus liberam nobis potestatem eripit  
videndi id quod cupimus, ita hæc beneficia & gratias nobis auferre pos-  
sit, & prorsus perire sinere queat; itaque semper cum metu & tremore  
procedamus, quandiu in hoc exilij loco agimus.

Quoties se Dominus mihi spectandum dabat, in ea penè semper  
forma apparebat, quam habuit dum sepulchro gloriosus resurrexit: sic  
quoque in sacra hostia se spectandum exhibebat; nisi quod interdum, ad  
mea aliqua tribulatione positam animandam & corroborandam, sua  
mihi exhibebat vulnera, modò quidem in cruce positus, modò in horto  
cõstitutus, rarò spineam coronam gestas, aliquãdo etiam crucè baiulans,  
idq; (vt dixi) ob meas & aliorum necessitates: vt semper corpus & car-  
nem glorificatam preferens. In hoc autem alijs declarando multa oppro-  
bria, infamiam & molestias pertuli; sæpè etiam propterea mihi metipso ti-  
mui, & ab alijs exagitata sum. Tam enim certò me putabant à dæmone  
infectam, vt nonnulli eum etiam exorcifinis pellere à me vellent: sed pa-  
rum hæc morabar: cæterum graue mihi erat, quod viderem Confessarios  
meos à mea confessione audiendâ deterreri, aut cum aliquid de me ad  
eos delatum sciebam. Ceteroquin nunquam me penitere poterit, q̄ cœ-  
lestes has visiones viderim, & ne vnã quidem illarum cum omnibus  
mundi huius bonis & delicijs commutassẽ: semper quippe id vt singu-  
larem & magnam Dei gratiam interpretabar; & sane id maximus qui-  
dam thesaurus mihi esse videtur; quin & Dominus ipse sæpè me securam  
esse iubebat. Videbam me in eo amando plurimum proficere: vnde  
has omnes afflictiones meas illi queritabunda in oratione exponẽ-  
bam; neue ab ea vnquam surgebam, nisi consolatione ac nouis viribus  
acceptis. Illis autem me oppouere non audebam; quia videbam contra-  
dictionem meam adedò non prodesse, vt obesset potius; nam illam ex  
humilitatis defectu oriri censebant: sed cum Confessario meo tracta-  
bam, qui dum me afflictam & mestam videret, identidem me consolaba-  
tur. Cum autem visiones incretuerent, vnus illorum qui antea me iu-  
uare solebat (vtique is, cui subinde, P. Ministro impedito, constitebat) in-  
cipiebat dicere, certum & euidentem esse, illusionem diabolicã esse. Is me iu-  
bebat,

*Humili-  
tate ex cõ-  
fusione in  
visionibus  
opus est.*

S.  
heresia

Opera

N. V.  
186



*S. M. in li-  
bra suo, cui  
Castellum  
anima no-  
men, hanc  
spiritus  
explora-  
tionem no-  
probat, id  
que ob bo-  
nas ratio-  
nes: quia  
ne factus  
est, ad sei-  
psum in-  
trogradi,  
vis S. M.  
fecit, quæ  
hanc Deo  
iniuriam  
facere.*

bebat, cum iam nulla resistendi esset ratio aut modus, quoties aliquam visionem viderem crucis signum formare, dæmonemque exhibentem irridere, quod certo crederet, dæmonis illusionem esse, itaque forte vix amplius ad me veniret; cæterum non timerem, Deum enim mihi auxilium futurum, & ab illusionem liberaturum. Graue hoc mihi erat & periculosum: quod enim credere non possem, quin esset Deus, idcirco hoc facere mihi horrendum & impium erat; nec, ut dixi, desiderare aut velle poteram, ut hoc à me auferretur: nihilominus faciebam quod faciendum mihi visum fuerat. Deum itaque instantè orabam, ut me, ne à dæmone deciperer, conservaret. Hoc assidue & identidem orabam, idque multis cum lachrymis nec non SS. Apostolorum Petri & Pauli (quos Dominus, cum ipsorum die natali primum se mihi spectandum daret, me promisit servaturos, ut per vitionem imaginariam. Erant ergo hi gloriosi Sancti singulares domini ac patroni. Illa autem per sannas explosio mihi erat quam periculosissima, cum hanc Domini visionem videbam: quando enim eum presentem videbam, nullatenus mihi persuadere potuissem, hunc esse dæmonium, esto me in frustra concidissent. Itaque erat hoc mihi graue tormentum & mortificatio; ac ne me toties signo crucis consignarem, crucifixum aliquem in manus sumebam. Hoc propè semper agebam; sed exhibentem illam, non tam frequenter usurpabam: erat hæc quippe mihi ingrata & permolesta. Siquidem in mentem mihi veniebant iniuriæ & contumelias, quas olim Iudæi illi irrogarant, orabamque supplex, ut hanc mihi exhibitionem ignoscere, cum eam non aliter usurparem, quam quod obediens ei quem in illius locum delegeram, mihi que eam ad culpam non imputaret, cum hi ipsius essent ministri, quos sua in Ecclesia constituisset. Sed autem aiebat, ut parum hoc morarer, adeo enim id culpam non esse bene agerem, illis obediendo; se vero effecturum, ut rei veritas tanquam palam pateret. Dum autem orationem mihi inhibebant, videbatur ad me moleste tulisse: proinde dicebat, responderem ijs, id meram esse tyrannidem. Ad hæc, argumenta & rationes mihi suggerebat, è quibus intellegerem, non esse diabolicam illusionem: quarum aliquas postea referam. Quodam tempore crucem, quæ de rosario pendebat, in manu habentem sua ipse manu eam meæ eripuit; cumque eam mihi deinde redderet, quatuor ingentibus compacta erat gemmis, quæ multo sine ulla comparatione adamantibus erant pretiosiores, & quantum videre est, perennaturnaturales; immò adamantes fictitium & imperfectum quid esse videntur, comparati cum gemmis in cruce illa apparentibus: præferenda autem hæc quinque Domini vulnera, quam scitissimè expressa. Ali-

*Dominus  
irascetur  
cum  
orare ve-  
tabatur  
S. M.*

*Crucem  
gemmeam  
ei Domi-  
nus dat.*



...rem, deinceps me crucem hanc vt gemmeam visuram; & ita reuera factum est, vt scilicet non lignum, è quo confecta erat, sed hæc gemmas viderem: at illas nullus videbat, quam ego.

Mox vt has spiritus explorationes facere iussa sum, & apparitionibus resistere, gratiæ mihi vberius & copiosius indies dabatur; cumque me distrahere conaret, nullatenus me poteram ab oratione diuertere, adeo vt etiam inter dormiendum orare viderer: hîc quippe amoris erat instrumentum, & mea cum Domino ex postulatio, & quod id ferre non possem, nec in mea manu erat (etsi id & vellem, & ad hoc maximè conniterer, se eo non cogitaret; nihilominus, quantum poteram, obtemperabam; sed in hoc parum, aut certè profus nihil poteram. Et Dominus ipse nūquam hoc à me abstulit; sed, esto vt id facerem suaderet, ab alia tamen parte reddebat me securam, docebatque quid ipsis responderem (vti & modo facti) tamq; sufficientes & prægnantes mihi dabat rationes, vt plane me conuincerent & securam redderent.

Non multò post incepit Maiestas eius (vt mihi promiserat) euidentius ostendere, se esse qui mihi apparebat: etenim tam ingens & ardens Dei amor in me crescebat, vt quis eum mihi inderet profus ignorarem; erat namque quam maximè supernaturalis, nec ego ad eum vllatenus conueneram. Emoriebar præ desiderio videndi Deum, & nesciebam quonam ad hanc vitam modo peruenirem, nisi per mortem. Magni itaque quidam huius amoris impetus me occupabant; qui quamuis adeò intolerabiles non essent, atque ij de quibus aliàs locuta sum, nec tam potentes, nesciebam tamen quid mihi ipsa facerem: nihil enim me delectabat, aut crecabar; sed anima iam inde ab intimis fibris mihi euelli verè videbatur. O summum & eximium Domini artificium! quam subtili & suauitate, cum misella ancilla tua, vtebaris industria! faciem ipse tuam abscondebas, & interim tuo me amore vrgebas, tamque dulcem mihi mortem vrgebas, vt anima perpetuò in ea agere, & nunquam eà carere voluisset. Vix hæc quisquam intelligat, nisi qui ingentes hosce impetus est expertus, neque enim quædam pectoris est inquietudo, aut quædam deuotionis macula, quæ hominem subinde ita commouent, vt spiritum illius quodammodo suffocare, ita vt in se ipse durare & respirare nequeat, videantur. Hoc orationis genus vtilius est & humilior; & anhelationes tollendæ sunt, eas cum suauitate quadam intra nos retinere & cohibere & animam quietare conando: perinde enim id est, ac quidam pueri, qui tam præcipitanter & anhelè flent, vt statim suffocandi videantur; quibus statim ac potus datur, omnis ille impetus & vehementia quiescit: huiusmodi & hic ratio refrenare impetum debet: fieri enim posset, vt hoc etiam naturaliter contingeret, ideoque hoc per quandam considerationem,

S.M. Teresa Opera.

B b

tionem,

S.  
heresia

Opera

N. VI

189

Impetus  
amoris  
intolerabilis.



tionem, & timorem ne forte planè perfectum non sit, sed maxime parte sensuale esse possit, debet cohiberi; & puer hic per quædam amara signa & delicias, quæ eum ad suauiter, non autem violenter per pagas (vt dicitur) amandum impellant, quietandus est. Aded vt amor huiusmodi trorsum cohibendus sit, nec extra ferri sinendus, instar ollæ quæ nimis ebullit, & sursum deorsumque inuertitur, quod plus quam oportet ligni ei subijciatur; sed ignis causâ imminuenda est, & flammæ suauis, non per molestas lachrymas (quales sunt, quæ hos sensus & affectus comitantur, plurimumque damni inferunt) extinguenda. Hæc subinde in principio habui, & caput illæ meum facis perturbabant, spiritum ita defatigabant, vt postmodum, & etiam multo post, inepta esset vt ad orationem reuerterer. Aded vt magna initio opus sit discreti quò omnia cum suauitate procedant, spiritusque addiscat interius rari; quæ autem exteriora sunt, remis velisque videntur. Alij porro motus ab his nimis quam diuersi sunt: neque enim ipsi lignum hic fugimus, sed, igne iam exstructo, quamprimum in eum nos rapi & conijdemur, vt ardeamus. Non dat hic anima operam, vt hæcce absentia mini plaga ipsum afficiat & lædat; sed in viuacissimas interiorum cordis partes aliquando sagitta inijcitur, vt anima, quid habeat, non velit, nesciat; intelligat tamen se velle Deum, & sagittam hanc velim hanc cuiusdam succo infectam esse, quæ ipsam, ad se propter Domini ius amorem penitus abnegandam, immò & vitam pro ipso quam beatissimè exponendam moueat. Satis exprimi dicique non possit, vt Deus modo ad animam veniat, & quam ingentem ei ponam in hanc vt efficiat, vt nihil de se ipsa sciat: sed pœna hæc ita sapida & suauis nulla vt in mundo delectatio aut voluptas sit, quæ plus suauitatis parat. Vellet, vt dixi, anima semper ex hoc languore mori. Hæc autem non intelligere non possem, quomodo hoc esse posset. Ah, quid est, quod faciatam videre, quæ nimirum ita se affectam sentiat, vt se propter excellentem causam vulneratam esse verè dicere queat; & quæ clamat, se in causa non fuisse cur hic ad eam amor perueniret, sed sentiam hanc, qua tota iam inardescit, à magno illo amore, quo ipsam Dominus prosequitur, in ipsam subito decidisse & dimanasse videri! Ah, quæ me ita affectam sentio, recordor versiculi illius Dauidici; *Quæ desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus!* hoc quæ ad litteram in me experire videor: sed cum hic ardor & impetus tam hemens non est, anima non nihil placari videtur (aliquid saltem ad remedium quarit; nescit enim quid agat) quasdam austeritates subitudo; quas tum non magis sentit, nec plus eam afficit sanguinem suum

*Lachryma  
coacta non  
sunt bona,  
& multū  
damni af-  
ferunt.*

*Initio ma-  
gna opus  
discretio-  
nis, vt om-  
nia suauiter  
procedant,  
& exteriora  
serio ca-  
mendā.*

*Psalm. 41.*



dece, quam si corpus planè emortuum esset. Modos ergo & media con-  
 quare ad faciendum aliquid, quo corpus propter Deum ex crucietur; sed  
 primus ille dolor tam intensus est, vt nesciam ecquod corporale tormen-  
 tum eum possit auferre: quod autem remedium ibi fitum non sit, hinc  
 hinc medicinæ tam sublimi malo curando impares & ineptæ sunt; tum ve-  
 ro non nihil ferenatur & placatur, seque aliquo modo sustentat, cum  
 Deum orat vt sibi in suo languore & malo remedium suggerat: at nul-  
 lum aliud remedium videt, præter solam mortem, qua suo se bono pe-  
 nitenti frui, & persui posse censet. Aliquando vero impetus hic, ita est  
 vitiosus, itaque animam occupat, vt nec hoc ipsum, nec quid aliud fa-  
 cere possit, atque adeò totum corpus occupet, ita vt nec pedes, nec bra-  
 chia mouere possit: imò verò si antè erectum stabat, ilico velut obrepti-  
 tum quid, subsidit, & nec spiritum quidem attrahere potest, sed quosdã  
 dæmoniacos dat gemitus, & eos non graues (quia nequit) sed qui introrsum  
 sunt. Voluit autem Dominus, hanc me visionem aliquoties hinc videre:  
 videbam scilicet mihi ad latus sinistrum corporea in forma astantem An-  
 gelum quendam; quod, non nisi admodum rarò, videre soleo, etsi alioqui  
 sæpe mihi Angeli appareant; sed cum hi apparent, eos non video, nisi ad-  
 iudicium superioris illius visionis, de qua primò locuta sum. In hac verò vi-  
 sione voluit Dominus eum sic viderem: non eratis magnus, sed paruus  
 formæque pulcherrima, ac vultu ira ardenti & flagranti, vt de supremis  
 ac primarijs esse Angelis videretur, qui toti ardere videntur; hoc credo  
 esse eos qui Seraphini dicuntur: sua quippe nomina mihi non declarant:  
 video tamen, tantum in cælis inter vnum Angelum & alium, & inter hos  
 & illos discrimen esse, vt ipsum non possem verbis exponere. Videbam  
 illum, longum quoddam iaculum aureum, sed ad ferri cuspidem pauxil-  
 lo igne inflammatum, in manu habere: hoc ipso ille cor meum subinde  
 ad iunimas vsq; fibras transuerberare, & dum illud rursus educeret qua-  
 si eorum frustra simul educere videbatur: quo facto, ingenti Deiamore  
 me totam æstantem & inflammatam reliquit. Tam vehemens porro  
 hæc pœna erat, vt in hos me gemitus & expostulationes faceret proiùpe-  
 re, sed suauitas, quã summus hic dolor mihi adfert, tam excessiua est, vt eum  
 mihi auferri proflus nolim, nec anima minorem voluptatem ac delecta-  
 tionem quaerant, quam ipsummet Deum. Non est autem hæc pœna, cor-  
 poralis, sed spiritualis, etsi corpus ab ea planè immune non sit, sed eam  
 minus quàm multum sentiat. Est hæc tam suavis inter animam & Deum  
 amoris reciprocatio, vt eius ego bonitatem rogem, eam vt gustare fa-  
 ciat illum, qui me fortè censebit mentiri. Omnibus diebus quibus hoc  
 accipit, eram quasi mentis inops; voluisssem neminem videre aut allo-  
 qui, ac dumtaxat me ipsam cum pœna mea amplecti; quam ego maiorem  
 esse

Magna dolor vultus  
veris anti-  
ma.

Vides S.  
M. Sera-  
phinum.

Angelorum  
in celo  
magna  
differentia  
est.

Magna  
suauitas  
doloris spi-  
ritualis.

S.  
Heresia

Opera  
N. VII  
198



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



esse gloriam putabam, quàm esse posset omnis quæ à rebus creari  
venire posset. Hoc interdum mihi etiam contingebat, cum volebat De-  
minus, ut hi tam magni raptus mihi superuenirent, ut etiam, cum  
homines versabar, ijs resistere non possem, unde magno meo cum do-  
re, & inuità me, in hominum notitiam hi venire & divulgari capere-  
re, ex quo hocce raptus habere incepi, hanc pœnam tam intensam non  
tuo, sed aliam illam, de qua antè quodam in loco (capitis enim non  
mini) locuta sum; quæ tanè multis in rebus diuersa, & longè digniore  
Imò cum hæc pœna, de qua iam ago, me occupare incipit, tum Domini  
animam sustollere, & in extasi collocare videtur; atque ita nulla est  
pœnæ sentiendæ, aut aliquid patiendi occasio; nam statim ipsa sequitur  
fruitio. Sit ipse in æternum benedictus, qui tot tantasque gratias præ-  
ei quæ tantis beneficijs ipsius tam malè responderet.

*Cum do-  
lor hic in-  
cipit, ani-  
ma à Deo  
in extasi  
sua rapi-  
tur.*

## CAPVT XXX.

AD VITAE SVÆ NARRATIONEM REDIT, AC REFERT  
quomodo Dominus labores eius multum imminuit, ad civitatem in qua ipse  
sanctum virum F. Petrum de Alcantara Ordinis S. Francisci, destinando.

*Narrat quoque quas aliquando tentationes, & interiores af-  
flictiones passa sit.*

**C**VM ergo viderem quam parum aut nihil impedire possem ingru-  
entibus cilios, quos sentiebam, impetus; vereri capillos habere; quod mo-  
ligere non possem, quomodo pœna simul & gaudium simul vno in  
ie & eo esse possent: nam sciebam quidem corporalem pœnam & spirituale  
gaudium, & delectationem simul consistere posse; sed haud capiebam  
& impotem me mentis penè reddebat, quomodo tam immensa pœna  
spiritualis cum tam excessiva suauitate consistere possent: & quam  
omnimodis ei resistere laborabam, tam parum tamen proficiebam,  
subinde defatigaber. Armis ergo crucis me defendebam, me que ex  
volebam aduersus eum, qui nos omnes per eandem liberauit & de-  
dit. Videbam porro, à nemine me intelligi: ego verò id quam clarè  
intelligebam, sed nemini id indicare audebam, præterquam Confes-  
sario meo: nam hoc alijs indicando satis ostendissem, humilitate me  
re. Placuit autem Domino, magnam laborum meorum partem, ac  
quidem omnem penitus, mihi auferre, benedictum virum F. Petrum  
Alcantara, cuius iam supra memini, & de cuius austeritatibus  
narravi, hoc ad oppidum perducendo. Nam inter alia mihi certò  
matum est, eum viginti ipsis annis continuò cilicium ex albi fer-  
mellis contextum gestasse. Ipse quorundam libellorum de oratione  
lingua patria conscriptorum, qui iam omnium manibus terantur,  
ed: ta

*Pœna spi-  
ritualis,  
& gau-  
dium spi-  
rituale,  
excessivè  
simul in  
vno sub-  
iecto.*

*Petrus de  
Alcantara  
vixit  
annis sex-  
tantis ei-  
dicium.*



Denam quia eam benè exereuerat, & optimè in ea versatus erat, hinc de  
 ea scripsit quàm vtilissimè ijs, qui eandem exercent. Primam S. Francisci  
 regulam ad vnguem, & in rigore seruauit, & alia permulta præstitit, de  
 quibus iam supra actum est. Vt ergo vidua illa, magna Dei ancilla, mea-  
 que amica, de qua supra egi, virum tam eximium huc venisse intellexit,  
 sciretque quantis in necessitatibus versaret (vt que meorum afflictionum  
 & artuum testis & conscia erat, & identidem me consolabatur: tan-  
 tum que eius erat fides, vt aliud sibi persuadere nõ posset, quam quod  
 spiritus esset Dei, quem ceteri omnes malignum & diabolicum esse ac-  
 cebant; & quia boni ingenij, mire que taciturna est, & multas à Domino in  
 oratione gratias solita erat accipere, hinc ipsius Maiestas eam illuminare  
 dignata est in eo, quod viri docti intelligere non valebant: hinc mihi  
 Confessarij mei copiam faciebant, vt nonnullis quæ ipsa mihi diceret,  
 acquiescerem: nam multas ob causas satis eorum erat capax: interdum  
 quoque gratiarum, quas Dominus mihi concedebat, particeps reddeba-  
 tur, accedentibus quibusdam monitis & consilijs, in magnam animæ  
 eius vtilitatem tendentibus) vt inquam hoc intellexit, quo melius cum  
 eo & liberius agere possem, me insciã, à Prouinciali meo licentiam mihi  
 impetrauit, vt ad octiduum illius in domo agere liceret: vbi, sicut & in  
 quibusdam templis, sapius eum conueni, pro prima vice quã hic fuit,  
 nam postea diuersis vicibus ac temporibus cum eo de meis rebus com-  
 municauit. Vt ergo ei vitæ meæ seriem, & meum in oratione procedendi  
 modum summam, ea qua potui perspicuitate (hoc quippe semper mi-  
 hi solenne fuit, vt cum ijs, quibus animam meam declaro & aperio, omni  
 quoque possum claritate & veritate agam; imò vellem, vt & motus mei pri-  
 mo primi illis paterent & innotescerent, in rebus dubijs quoque; & suspe-  
 ctis ego contra memetipsam argumenta & rationes producebam) de-  
 clarauit, ita vt sine vlla duplicitate, nihilque celando, animæ ei meæ sta-  
 tum patefecerim. Tam inde penè ab initio intellexi & vidi, eum me per  
 experientiam intelligere, quod imprimis mihi erat necessarium: tunc  
 quippe ipsa me, sicut & iam, intelligere non poteram, ad illud declaran-  
 dum (postea enim gratiam mihi Deus dedit intelligendi & exponendi  
 gratias, quas eius Maiestas mihi elargitur) quod vt quis benè intelligen-  
 ret, & quid sit exponere posset, opus sanè foret, vt hoc creipsa expertus  
 esset. Is me non parum illustrauit & enubilauit; nam saltem in visioni-  
 bus, quæ imaginariæ non erant, omnino intelligere non poteram, quid  
 hoc esse posset: quin & in ijs quas animæ oculis intuebar, æquè parum  
 mihi videbar intelligere quomodo hoc fieri posset; sed dumtaxat eas  
 quæ corporis oculis videntur, vt dixi, magni me facere debere puta-  
 bam, & has ipsa non habebam. Sanctus hic vir magnam mihi in omnibus  
 lucem

Bb 3

S.  
heresia

Opera

N. VII  
156

Deus ei  
 dedit gra-  
 tiam in-  
 telligendi  
 & decla-  
 randi gra-  
 tias quas  
 recipiebat.



*Et Petrus  
de Alcan-  
tara red-  
dit eam sa-  
cramen-  
tum,  
quod spiri-  
tus Dei in  
eo opera-  
tur.*

*Loquitur  
is cum is,  
qui ipsum  
voxabat.*

lucem dabat, singulaque declarabat, ac ne me affligerem & torquem monebat, sed Deum laudarem, tamque certa essem, spiritum illius operari, ut, vna excepta fide, nihil maioris esse posset veritatis, aut quod certius credere possem. Magnopere potius se mecum oblectabat, & omnem quem poterat, fauorem & opem mihi exhibebat, atque ex tempore semper singularem mei curam gessit, meque rerum etiam laurum ac negotiorum participem reddidit: & quia me mirè desiderare videbat, quæ ea quæ ipse iam de facto & re ipsa possidebat (nam desiderium Dominus valdè firmum & solidum mihi dabat) & simul tam bene animatam, hinc quam libentissimè mecum tractabat. Nam ei quæ Dominus ad hunc statum perduxit, nulla voluptas aut consolatio accidere maior potest, quam in aliquem incidere, cui aliqua huius rei principia communicasse Dominus videtur: nam tunc temporis quibus (quantum quidem mihi videtur) non multò amplius habere poteram, faxit autem Deus, ut id vel modò habeam. Magnopere autem is mihi compatiēbatur; dicebatque, id, quod passa eram, de maximis, qui in terra haberi possunt, laboribus & afflictionibus esse, contradictionem scilicet bonorum; & adhuc multa mihi subeunda restare (semper quippe opus habebam aliquo, qui eum conferrem; hoc in opido nullus erat, qui me intelligeret) sed acturum se cum Confessario meo, & cum aliquo eorum, qui me maximè affligebat, qualis erat vir ille nobilis coniugatus, de quo iam egi supra: nam quia me mirificè diligebat, hinc mihi omne bellum mouebat: est porro vir Deum timens, & sanctus; sed quia me non ita pridem, ita sceleratam & improbam viderat, non poterat non timere, meque ut suspectam tenere. Sanctus vir Petrus, uti promissum & re ipsa præstitit, & ambos conuenit, multasque apud eos rationes & causas, protulit, quibus ab omni eos timore liberaret & liberatos redderet, ac me posthac non amplius inquietarent. Porro Confessarius monitione hac non valdè opus habebat; sed benè vir ille nobilis; cui tamen ea satis non fuit, nec planè satisfecit, sed ex parte tantum iuuuit, ut me posthac in tantum non intimidaret. Pactum inijimus, ut ego ei perscriberem, quidquid iam inde ab hoc tempore mihi hoc in genere accideret, utque alter alterum Deo per preces commendarentur: tanta scilicet eius erat humilitas, ut mei miserabilis orationes aliquo haberet loco: quod sanè non mediocris mea fuit confusio. Discedens ergo, magna me consolatione & gaudio perfusam reliquit, monens ut non timore, sed summa cum securitate in oratione mea pergerem, neu dubitarem quin Dei Spiritus hic operaretur; omne verò id, de quo aliquo modo dubitabam, quin & (ad maiorem meam securitatem & quietem) quidquid demum mihi eueniret, ad Confessarium meum referret.



& sic post hæc quiete viuerem. Ad hanc tamen ego securitatem peruenire priorius non potui. Dominus namque me per viam timoris deducebat, vt erat, credere diabolum in me operari, cum cum alijs in me operari dicebant: adeò vt nec timor, nec securitas quidquam possent, quo ad securitatem peruenirem, ita vt illis non possem vterius credere, quã quam cum Dominus mihi inspiraret, & cordi immitteret. Vnde, etsi ipse me cõsolatus sit & quietarit, tamen non tantum ei credidi, vt omni prorsus timore vacarem & plane secura essem, præsertim cum me Dominus in illis spiritibus angustijs, quas iam commemorabo, adhuc agere volebat: nihilominus, vt dixi, magnã consolatione delibata mansi. Non poteram proinde Deo, & gloriofo Patri meo S. Iosepho gratijs agendis satiari, qui, vt mihi videbatur, bonum hunc Patrem ad me destinarat: erat hic quippe Cõmissarius Generalis Custodiæ S. Iosephi, cui Sancto vt & gloriofissimæ Mariæ me identidem commendabam.

Aliquando tunc (vti & modo, etsi non tam frequenter) ingentibus animæ opprimebar angustijs & pressuris; ad quas præterea excessiui quidam corporis cruciatus & tormenta accedebant, ita quidem graues, vt ijs ferendis par vix essem. Interdum verò dolor ipse corporalis intensior erat, quem quia tunc à pressura spiritus libera eram, æquissimo & hilariori animo perferēbam: sed cum & corporis & spiritus mala simul ingruerēt, tam grauis pœna & pressura erat, vt me velut opprimeret. Vnde omnes quas à Deo acceperam gratias, prorsus obliuiscēbar, ita vt sola eorum memoria, velut rei cuiusdam, quam per somnium videram, mihi maneret, quod mihi in pœnam cedebat: intellectus quippe ita torpidus & soporatus redditur, vt mille mihi dubitationes & suspensiones suboriri faceret, meq; id non benè intelligere potuisse, & forsitan ita dütaxat mihi vilius fuisse, & velut somniasse putarē: ac proinde satis esse debere, qd ego sola deciperer, ac proinde bonos in errorem non pertraherem. Ita porro me malam & sceleratam esse putabã, vt vniversa mala, & etiam hæreses quæ extortæ erant, ob mea peccata enata esse crederē. Est hæc falsa quædam humilitas, quam idcirco in me excitare diabolus conabatur, vt me turbaret & inquietaret, & videret, num sic in desperationis abyssum animam meam posset pertrahere. Equidem iam tantam experientiam habeo, illud non nisi à diabolo prouenire, vt quoad hoc iam toties me non oppugnet ac solebat; videt enim me iam artes suas & technas percallere. Colligere autem hoc clarè est ex inquiete & perturbatione quam initio adfert, nec non ex tumultu, quem in anima, quamdiu id durat, excitat; adhæc ex obscuritate & afflictione quam in ipsa operatur; denique ex ariditate, & ad orandum & omne bonum opus inæptitudine & indispositione: adeò vt animam præfocare, & corpus velut

*Via hæc necessaria est qd quis magnas reuelationes habet, ne foris se extollat.*

*Interdum corporali- bus & spiritalibus malis simul premebatur S.M.*

*Falsa humilitas per quam se putabat esse omnium malorum mundi.*

S.  
Heresia

Opera  
IN VII  
186



*Vera hu-  
militas  
animam  
non in-  
quietat.*

velut constringere videatur, quo ad nihil omnino sit vtile. Vera enim hu-  
militas (esto anima se, vt improbam agnoscat, nobisque graue sit videri  
id quod sumus, nostramque improbitatem nimium quantum extollimus,  
eo modo quo dixi, & id verè de nobis ipsis sentiamus) non cum  
perturbatione, animam non inquietat; nec obscuram aut aridam  
reddit; quin immò planè è contra, mira eam quiete, suauitate, & luce  
creat ac perfundit. Hæc autem pœna animam alia ex parte consolans  
dum nimirum videt, quantam sibi Deus gratiam faciat, cum hac se  
affligi sinit, & quam ea benè veniat; hinc dolet quod Deum offendit  
ex alia autem parte ipsius misericordia ipsam dilatat & consolatur: ac  
dic & lumen quoddam, tum ad sui ipsius confusionem excitandam, tum  
ad Maiestatem eius, quod tam diu se sustinuerit, deprecandam. At  
alia illa humilitate, quæ à diabolo prouenit, nullum hominis ad aliquod  
bonum faciendum, lumen datur, ad eò vt Deus omnia ferro & igne de-  
staturus videatur: hæc namque solam iustitiam ei ob oculos ponit,  
esto etiam misericordiam credat (neque enim tanta dæmonis potentia  
est, vt fidem ipsi auferat) hæc tamen fides & consideratio nullam ei  
fert consolationem; quin imò tantam misericordiam videns, magis in-  
cruciat & affligitur, quod propterea se ad plura bona præstanda ten-  
putet. Hæc dæmonis techna & artificium, inter alias quas in eo nota-  
granissima est, & subtilissima, & maxime tectæ: id eoque Reuerentiæ vo-  
stre hanc indicare & aperire mihi visum fuit, vt, si fortè te hac machi-  
nâ demon oppugnet, aliquod ad eam dignoscendam lumen habeas, si-  
do tibi intellectum ad eam intelligendam & perspicendam relinquas.  
Cogites enim velim, non omnia in doctrina & scientia sita esse: nam  
mibi desunt omnia, tamen, cum hoc iam præterijt, id non nisi meras  
inanias ac stultitiam intelligo. Hoc autem intellexi, nimirum Dominum  
Deum id velle & permittere, diaboloque velut potestatem facere, vt  
olim ei dedit, vt Iob virum sanctissimum tentaret, esto mecum. quæ  
misera & improba sum, tam durè & immaniter non agat. Contigit mihi  
&c, quantum recordeo, pridie vigiliæ festi Ven. Sacramenti (erga quod  
stium mirè, esto non pro eo ac quidem oporteret, afflictor) & tunc quid  
id mihi non nisi vsque ad festum durauit, nam alias integrâ id hebdoma-  
dâ, aut duabus, & interdum etiam tribus, & nescio an etiam diutius,  
præsertim circa hebdomadas sanctas, cum me magis in deuotionem  
pietatem effundere solebam, durabat. Videtur ergo is in momento  
tellectum occupare, & aliquando ob res ita leues & exiguas, vt alibi  
viderem & exploderem; ipsumque tunc quocumque alluuerit, rotas  
versat; & anima tunc ceu compedibus ferreis ita constricta est, vt  
inquietat. compos & domina non sit, & præter nugas & inanias, quas ipse ei ob-  
trahit.

*Tentatio  
diaboli,  
quam mentis  
turbat &  
inquietat.*



nihil omnino cogitare possit, & ita quidem vanas, vt vix vllius  
 momenti, & ad nihil profint, quam vt animam ita constringant  
 & suffocent, vt ipsa sibi nimis quam angusta sit. Ita portò me subinde  
 conuicturam sensi, vt mihi dæmones animam ceu pilam, iactare, ver-  
 tare & reuertare viderentur, ipsaque interim ita impotens esse, vt ex  
 illorum manibus sese eximere non posset. Dici non potest aut exponi,  
 quid anima hoc in genere patiatur, vellet quidem iuuari, at, Deo per-  
 mittere, sit, vt iuuantem non inueniat; solum liberi arbitrij lumen sem-  
 per ei adest, id tamen non vsque aded clarum est, sed perinde ac si oculi  
 ei relati essent, vel sicut aliquis, qui sæpius per certum aliquem locum  
 transiit, qui quamuis de nocte & in tenebris per eum ambulet, nouit  
 tamen per frequentem anteriorem reflexionem, ad quæ offendicula ces-  
 sare posset, eò quod de die illa notauit, itaque ab eo sibi periculo ca-  
 uet; ita quoque se res hic habet, in Deo non offendendo, quod id tum  
 ex consuetudine quadam, fieri videatur: vt taceam interim (quod sanè  
 præcipuum hic est) Deum nos conseruare & tueri solere: fides quoque  
 tum in emortua & soporata videtur, simul & reliquæ virtutes, ta-  
 men non omnino perdita (nam credit quidem anima quod Ecclesia  
 credendum proponit ac docet, sed tantum velut quid ore exterius pro-  
 munitur) vt ab alia parte velut vrgeri, premi, ac torpida reddi vi-  
 deatur, & Deum non aliter nosse, quam velut rem quam eminus & à lon-  
 ge tantum audiuit. Amor quoque eius ita tepidus & vapidus est, vt, si  
 quando de eo loqui audit, non secus auscultet, quam quasi ad rem quam  
 credit esse id quod est, quod Ecclesia idita credendum doceat; sed non  
 meminit eius, quod aliàs in se ipsa experta est: si se orationi vocali appli-  
 care velit, aut intrâ solitudinem abdere, maiorem adhuc afflictionem &  
 pressuram sentit: quod enim in se sentit tormentum, vt tamen causam e-  
 us nesciat, est penè intolerabile, & tormentorum infernaliù, mihi quo-  
 modo imago & typus videtur esse. Et verù dico, vt mihi Dominus ipse  
 in quadam visione declarauit, anima enim in se ipsa ardet, vt tamen nesciat  
 a quo aut vndenam ignis sibi subdatur, aut quomodo eum e-  
 uitet, aut denique qua eum ratione exstinguat: velle autem à lectione re-  
 medium aliquod inuenire, tantum dè est, ac si legere omnino non posset:  
 semel mihi contigit, vt, cum vitâ alicuius Sancti legere inciperet, vt vide-  
 rem, num illâ possem imbibere, meq; consolaret eo quod ille passus erat;  
 itaq; quater aut quinies totidè lineas legissem, minus tamen lecta intelli-  
 gessem in fine quam initio, tamen si linguâ maternâ illa conscripta essent, i-  
 taq; lectionem abrui. Id quidem sæpè mihi contigit, sed illius quâ dixi  
 vicis particularius recordor. Deterius etiâ multò est, cù aliquo colloqui  
 vellet: dæmon quippe tam amarulentum & fastidiosum iræ spiritû homini  
 infun-

Hanc tam  
 rationem  
 Psalm ista  
 exprimit  
 videtur in  
 Psalmo 60.

Anima in  
 se ipsa ar-  
 det.

S.  
 Heresia

Opera  
 N. VII  
 106

S. M. Teresa Opera.

Cc

infun-



in fundit, ut si omnes deuorare etiam velle videatur, ut tamē id impossibile omnino non valeat, quamquam sibi aliquid facere videtur dum ei obicitur & contra pugnat, vel potius ipse Dominus facit, dum eum qui in statu est protegit & defendit, ne quid proximo damnosum, ac noxium vel per quod Deum ipsemet offendat, dicat aut faciat. Ad Confessarium autem recurrere nihil iuuat: quod autem iam dicam, certum est id sapius contigisse; scilicet illos, esto tam sancti essent, ac sunt tamen ij quos tunc habui, quam quos modò habeo, talia tamen mihi verba dixisse, itaque asperere me obiurgasse, ut ipsemet, cum hæc apud eum inde verba repeterem, mirarentur, dicerentque in sua potestate non esse mihi loqui; nam quantumuis firmum ab ijs verbis abstinenti positum facerent, imò etiam postea cum mei miseratione tacti, tunc conscientia scrupulis cõpuncti, apud se statuerent, suauiter me, cum in tantum modum corporis tum animi pressura degerẽ, consolari, impossibilitatem illis erat aliter facere. Non dicebant quidem verba aliqua malis, sed scilicet Deum offenderent, ea tamen tam amarulenta & aspera, & acerbiore à Confessario aliquo proferri non possent. Erat, credo, illis positum me mortificare & humiliare; & quamuis alias talibus quæderem, & omnia ferre parata essem, hoc tamen tempore omnia cruci erant & tormentum. Videbatur adhuc mihi quod illos deciperem, unde eos adibam, serioque illos pramonebam, sibi ut à me cauerem fieri enim posset ut illos deciperem: videbam quidem, quòd sponte datã operã eos non deciperem, aut illis mentiret, in omnibus tamen erat quod timerem. Vnus illorum auditã meã tentatione semel inuadit, non esse quod me propterea cruciarem aut affligerem; esse enim ipsum decipere vellem, satis se ingenij habere ad se non sinendum decipi. Hoc aliquoties, imò penè semper, me magnopere consolabatur: tamen saltem ut plurimum aliquod alleuiamentum sentiebam, cum à huiusmodi communionẽ surgebam; & interdum etiam, cum ad eam accedebam, de repente in anima & corpore vegetabar & serenabar, vel satis id quæam admirari: perinde ac si omnes animæ meæ tenebræ in momento dispellerentur; & sole iam exorto, perspiciebam, quæ me fatuosa stoliditas occupasset. Alias vel vnico Domini verbo audito, vti cum mihi dixit, *Noli te excruciare, nec metuas* (vti iam ante dixi) vel aliquam rationem videndo, ita sanitati tota restituebar, ac si nullum ante malum habuissem. Recreabam me in Deo, & apud illum de malo momento postulabam, petens cur aut quomodo tam grauibus me malis premereretur. Sed mihi hæc mox quam abundantissimè compentabatur, cum ferè semper exinde me magna in copia cælestes gratiæ circumfunderent. Vnde talis anima velut recenter è confatoria fornace prodire

Quam S.  
Matrem  
Confessarij  
asperere allo-  
querentur.

Omnia illi  
durante  
hac tenta-  
tione cruci-  
erant.

Lumen  
quod post  
tentationẽ  
habebat.

Quas gra-  
tias post eam  
reciperet.



demur, vix potè quæ ad instar auri purior & clarior reddita est ad Domini in seipsa contemplandum. Vnde fit, vt hi labores demum velut conghibeanrur, etsi antea intolerabiles esse viderentur, vellerque eos homo de nouo subire, si id maius Dei beneplacitum foret. Et licet tribulationes ac persecutiones adhuc crebriores sint, dummodo sine illa Dei offensione, sed & gaudentur ac libenter propter eum illas ferant, illæ in manus eius commodum & vtilitatem cedent; etsi ego eas non prout oportet, sed magna cum imperfectione feram.

Aliàs aliquo modo illæ in me ingruant, vti & modo ingruunt, ita vt omnis aliquid boni vel cogitandi, vel facere volendi potestas planè mihi auferri videatur, sed profus tam quo ad animam quam corpus, in egra, torpida & grauis maneam: at tunc alias illas tentationes, & inquietudines non sentio; sed tantum tædium quoddam, vt quid mihi sit, profus nesciam, & nihil omnino animæ meæ satisfaciatur aut ardeat. Bonis quibusdam operibus exterioribus meipsam tunc occupare, & ex parte inuiri, conuicere, sed facillè intelligo, quam anima parum ex se possit, gratia Dei se abscondente: sed hoc mihi graue aut molestum erat; quod etiam me ita vilem, miseram & abiectam viderem aliquo modo me id reprobabat.

Aliàs ita me constitutam esse comperio, vt ne vnã quidem formalem de Deo aut vllare bona; cogitationem constanter firmiterque habere, nec orationem instituere possim, esto etiam in solitudine sine leaniam tamen, me eum nosse. Quantum quidem intelligo, intellectus & imaginatio hic mihi nocent: voluntas quippe bona, & ad omnium bonorum disposita mihi esse videtur, at intellectus ita distractus & perditus est, vt cum nulla re melius eum conferre possim, quam cum vltimo quodam furioso, quem nemo vinculis potest constringere; imò non tantillo quidem spatio, quò symbolum Apostolorum decurri posset, eum quietum esse iubere possim. Aliquando mecum ipsa rideo, meamque miseriam agnosco, & eum curiosius inspecto, ac sibi permitto, vt videam quid agat, & Deo laus, nunquam (quod mirum est) rei malæ se applicat, sed indifferentibus, num scilicet hic aut illic, aut alibi quid faciendum sit. Ac tum melius intelligo maximam illam gratiam, quam mihi Dominus præstat, dum stultum hunc in perfecta contemplatione vincitum detinet. Considero quoque apud memetipsam, quid esset, si qui me vt bonam intuentur, me tum, cum in hoc delirio & errore versor, viderent. Miseret me quam maximè animæ, quod eam cum socijs tam imparibus viuere debere videam: vellem eam liberam & in libertate videre: vade subinde sic Dominum compello: Quando, o Deus meus, erit illud tempus, quo animam meam totam in te laudando

S.  
Heresia

Opera  
IN VII  
me

*Tentatio  
per quam  
omnis illi  
potestas au-  
ripitur ut  
quid boni  
cogitandi.*



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



dando unitam videbo, ira ut omnes eius potentiae te perfruantur & permittas, Domine, ut posthac amplius velut per partes distrahi nam singulae eius partes ad suam quaeque finem & intentum tendentur. Et frequenter hoc ipsa patior, sed aliquando video, in distemperantem & inualetudinem corporis, non parum huc conferre. Quocirca tempore mecum ipsa ingens illud damnum, quod a primo peccato nobis inuenit, recogito; inde namque venisse nobis videtur, quod ad tantum fruendum inepti & incapaces sumus: quin imò meis proprijs peccatis merito imputare possum; nisi enim mea tam multa fuissent, haud dubie in bono longè fuisset constantior.

Habui & aliam satis magnam afflictionem, quod enim meos libros qui de oratione agunt, satis sufficienterq; dum eos legere intelligere putarem, & Dominum mihi gratiam illam dedisse, quod iam opus non haberem; hinc fiebat, ut illos non amplius legerem, sed vitam Sanctorum euoluere (nam quod videam me eos in Deo diligere seruendoq; tam parum imitari, hinc mihi semper aliquod ex illa lectione bonum prouenire, meq; animari non medio criter existimo) insigni me mihi humilitatis defectus esse videbatur, nec cogitare, ad huiusmodi orationis gradum me iam tunc peruenisse: quia tamen id mihi profectus videbatur, nec hanc à me repellere ipsa cogitationem poteram, magnoque contristabar & affligabar; donec quidam viri docti, & inter ceteros neditus ille F. Petrus de Alcantara, mihi dicerent, hanc ut cogitatio parui facerem & nihil morarer. Equidem satis video, me ne inceptis de Deo sincerè seruire, tamen si mihi Maiestas eius non minores nec preciores gratias fecerit, quam multis alijs bonis prestitit, cum tamen ipsa nisi mera sim imperfectio, nisi quod bona quaedam habeat desideria, non amem: video namq; Dominum hoc in genere aliquid mihi dedisse, quod ei saltè aliqua in re seruire possè. Videor quidè mihi ipsam amare; sed opera mea, & frequentes imperfectiones, quas in me aduerto, me committunt.

*Nota S.  
M. afflictio quod se putaret ad ad orationis gradum venisse ad quae iam peruenerat.*

*Simplicitas animae quid sit.*

Alias me quaedam anima occupat simplicitas, & velut stupida simplicitas: simplicitas, inquam; videor quippe nec bonum, nec malum cogitare, sed alios praecuntes, & communem plurimorum agendi modum dici tolet) sequor, nec ullam poenam sentio vel gloriam; animamq; nec tam curat, nec mortem, nec voluptas eam afficit, nec tristitia, sed nihil pensus sentire videtur; at instar aelli esse, qui pascitur & alitur eo quod pabulum porrigatur, & comedit quodammodo nihil sentiens: nec quod nim dubium est, quin anima hoc in statu, aliquod singularium quoddam Dei gratiarum alimentum percipiat, eum eam non pigeat, aut tantam amarā vitam viuere, & quidem summa cum patientia & animositate: verum nullos profectus in se sentit motus vel effectus, per quos se



possit intelligere. Perinde id mihi iam esse videtur, ac si quis leni quadam inter nauigandum aura vreretur, cuius adminiculo multum quidem via conficiat, nesciat tamen vnde hoc fiat. Nam in alijs illis modis effectus & operationes tam sunt euidentis, vt anima quamprimum aduertat se proficere & meliorem fieri, eò quod bona desideria ebulliunt & statim se efferrunt, & nunquam sibi anima satisfacit, quidquid demum facit; hoc quippe ingentes illi amoris impetus, de quibus supra locuta sum, operari solent in ijs, quibus illos Deus elargiri dignatur. Non secus se res habet, ac in nonnullis, quos manantes vidi, fonticulis, in quibus arena lusitans continuo in altum effertur & ascendit, quæ similitudo & exemplum ad viuum representare mihi videtur statum animarum quæ huc perueniunt. Amor quippe semper effervescit, & continuo excogitat quid facturum sit, nec se ipsum capit; ac sicuti terra, aquam illam in se continere & capere non posse videtur, sed eandem fœcis eijcit & expellit; ita & anima vtr plurimum sic constituta est, vt nec in se quiescat, nec ob amorem quem sentit, durare queat, ac proinde at eodem velut imbibita, velle & alios de eo bibere, cum eius ipsa plusquam satis habeat; cum hi illam in Deo laudando adiuuent. Ah quoties mihi in mentem venit aquæ illius viuentis, de qua Samaritanæ mulieri Redemptor Iesus locutus est, atque ideò erga illud Evangelium maximè afficior; & certè, iam inde à prima pueritia, licet bonum illud nondum tam bene intelligerem, sicut iam intelligo, erga id mirè affecta fui, atq; ideò sæpè Domino supplicabam, vt hæc aquam mihi daret; & vbi cum que agebam, mulieris huius imaginem vnà cum illis verbis, quibus Saluatorem, ad puteum venientem compellauit, *Domine da mihi aquam*, semper circumferebam. Videntur quoq; huiusmodi anime similes esse magno cuidam igni qui, quo non exstinguatur, nouo semper alimento & materia fouendus est: nã vellent hæc, etiã magno suo dispendio & labore, vndiquaq; ligna, & materiam congerere & afferre, ne ignis hic exstingeretur. Ego autè huiusmodi sum, vt contenta essem si vel stramen & samenta haberem, quæ igni illi fouendo iniicerè, & hoc mihi subinde, imò sæpè, accidit, vnde aliquando propterea mecum ipsa adeo, aliquando mirum in modum affligor. Nam internus motus me excitat, vt ei in aliquo seruiam, nimirum, cum quid maius præstare non possim, imagines ramusculis & flosculis conuestiendo, aut verrendo, aut oratorum quoddam concinnando, aut alia id genus ministeria obediendo, ita quidem exigua & parui momenti, vt pudore suffunderer. Si quam austeritatem aut pœnitentiam subirem, ea erat nimis quam parua & modica, adeo vt omnia illa nullius esse momenti viderem, nisi DOMINI voluntatem meam in bonam partem accepisset: imo memetipsa

*Aquã viuentem  
nam Samaritanæ  
promissam  
identidem à  
Domino petebat.*

*Ipsa vitam suam videt.*

Cc 3

S.  
Heresia

Opera  
IN VII  
156



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



irridebam. Non igitur parum patiuntur animæ illæ, quibus Dominus per  
 misericordiam & bonitatem suam, hunc amoris sui ignem abundanter  
 & magna in copia elargitur, præsertim cum vires corporales sibi videntur  
 deficere ad aliquid propter ipsum, & ex amore eius faciendum, quod  
 sanè non mediocriter illis tormentum & crux est, quia enim fat ex se  
 rium non habent, ad lignum & fomitem necessarium igni huic submis-  
 standum, & præ metu ne is exstinguatur, emoriuntur, hinc in seipsis mi-  
 hi consumi, annihilari, ac velut in cineres videntur conuerti; & totæ  
 in lachrymas resolutæ, propè consumuntur, & ardent: quod sanè factum  
 gnum & intolerabile tormentum est, tametsi lapidum ac fauæ. Animæ  
 igitur quæ huc redacta est, & cui Dominus vires corporales ad penitenti-  
 am agendam, simul & doctrinam, industriam & libertatem ad prædi-  
 candum, confessiones audiendas, animasque Deo lucrificandas & de  
 hunc ipsum datorem quàm maximè laudet ac celebret oportet: nec sine  
 nim & non intelligit, quantum ipsa bonum possideat, nisi prius probauit  
 & re ipsa experita sit, quid sit nunquam Deo aliquod obsequium de se  
 posse, & tamen multa semper ab ipso beneficia accipere. Sic ipse pro om-  
 nibus benedictus, & laudent eum Angeli omnes, Amen.

Nescio profecto, an benè agam, quod tot minutias tam minutè  
 conscribam: sed quia R. V. iterum mihi mandauit, vt me ipsa extende-  
 re non dubitarem, nihilque omnino omitterem, hinc est, qd ea quæ reco-  
 dor, quàm maximè possum claritate & veritate, describam: non potest autem  
 fieri, quin adhuc plurimæ omittantur, alioquin plus temporis, ad hoc mi-  
 hi opus esset, quod mihi tamen, vt dixi, nimis quam cursum & breue est  
 & forsitan nullum inde commodum proueniret.

## CAPVT XXXI.

EXTERIORES QVASDAM TENTATIONES, ET REPRESENTATIONES  
 sibi à demone factas recenset; nec non tormenta quadam sibi ab eo inflata.  
 Suggestit adhuc, salutaria quadam monita, ad cautelam  
 & vtilitatem eorum qui in perfectionis  
 via ambulant.

Quandoquidem hætenus de nonnullis internis & occultis tentationibus  
 ac perturbationibus, quas mihi diabolus causabat, locuta sum: ideo nunc  
 alias quasdam, quas penè inspectantibus alijs mihi inferret, & ita  
 manifestè, vt nullum esset dubiū quin ab ipso hæc proueniret, loco  
 propono. Quodam tempore mihi in oratorio agenti ipse ad latus meum  
 strum, tetra & horribili in figura, se spectandum dedit: & quia me allo-  
 quatur, hæc particulatim os eius intuiram, quod valdè terribile, & in-  
 ter-

*Demon S.  
 Matri ap-  
 pareb.*



mane habebat. Illius autem è corpore ingens prodire videbatur flamma, eaq; tota rutilas & sine vlla fumosa fuligine. Mox ergo horribili quadam voce me alloquens, aiebat, in præsens quidem suas me manus euasisse, sed fore, vt in sua me potestate denuò haberet. Vnde conterrita non mediocriter, signo crucis me, prout poteram, consignabam; quo ille viso, mox disparuit, sed illicò redijt: & hoc secundo. Et ego ignara quid agerem, aquam benedictam, quæ eo in loco erat, versus locum illum ieci: nec exinde ad me tunc redijt.

Alias quinque horas continuò tam intensis me vexauit doloribus, & pressura tum interiori, tum exteriori, vt amplius eam ferre posse me diffiderem: Quæ apud me erant sodales valdè consternatæ & pauidæ erant, & quid agerent nesciebant, vt nec ego, quomodo me iuuarem. Pro more habeo, cù pœna corporalis & pressura valdè intensa est, internos spiritus actus intra memetipsam, prout quidem possum, facere, Dominum rogâs, vt, si illius beneplacitum sit, tantum mihi patientiam det, ceterum in hac me pressura ad vique sæculi finem sinat manere. Vt ergo pressuram tunc tam vehementem & intensam esse vidi, per internos illos actus & proposita concepta me iuuare satagebam. Dignatus est autem Dominus mihi declarare, quod id diabolica vexatio esset: videbam quippè ad latus meum, nigellum quendam ethiopem, horribili valdè aspectu, dentib. instar cuiusdam desperantis frendentem & ringentem; quod vnde lucrum spectabat, inde iacturam referret. Vt enim vidi, nisi nec quidquam timui; erant enim apud me quædam, quæ & viribus deficiebant, & quomodo tantum dispellerent tormentum, nesciebant: nam corpore toto, capite & brachijs, tam vehementes, illo impellente, dabam motus, vt me retinere non possem, & ( quod deterrimum erat ) interna inquietudo tanta erat, vt nullo ad quietem pacto peruenire valerem: non audebam tamen aquam lustralem poscere, ne illas perterrefacerem, ipsæque intelligerent, quid rerum circa me ageretur. Sæpè probaui & vidi, nihil esse quod diabolos magis in fugam compellat: ad amplius non reuertendum quam aqua lustralis: à me quidè fugiunt, sed quâprimùm redeunt. Vnde officio magnum haud dubie aquæ lustralis virtutem esse debere: mihi saltem singularares & patentissima quædam animæ consolatio est, eam sumere: hoc certum est, me communiter & vt plurimum, ex illius sumptione eâ recreationem sentire, quam verbis non possem exponere, nec non internam quamdam delectationem, quæ totam animam meam vegetat & recreat. Nô est hoc, somniû, aut res quæ mihi nô nisi semel accidit, sed quæ frequenter, & ad quâ seridè reflexi, & diligenter animû aduertit: dico id perinde esse, ac si quis, valdè æstuans & sitiens, aquæ frigidæ haustû, biberet, vnde totus homo refrigerari videtur. Mecû ipsa subinde ppèdo, quæ magni facièda sint omnia

*Dominus  
mi declarat  
à demone  
appassionem  
esse.*

*Aqua lustralis  
virtus.*

S.  
heresia

Opera  
N. V. T.  
158



*Ecclesia  
Catholica  
instituta  
quæ sit  
ponderis  
& virtu-  
tis.*

omnia quæ ab Ecclesia instituta & ordinata sunt ; & summopere græ-  
deo, cum tantam verba hæc vim habere video, vt eam etiam aquæ affu-  
cent & indant, quo tantum sit inter id quod benedictum est, & quod be-  
dicitum non est, discrimen. Sed quia tormentum id nondum cessare  
dicebam ad socias, me, nisi timerem ne me riderent, a quam iustitiam po-  
titurem esse. Ergo sine mora illam attulere, meq; ea resperferunt. Sed in-  
sum; ego hoc videns versus eam partem illam ieci in qua diabolus erat, qui  
in momento disparuit; ego autem mox ab omni malo planè liberata sum, &  
aliter quam si quis manus id à me defricuisset; excepto quod ita delin-  
bata & eneruis mansi, ac si longam & duram toto corpore fustigationem  
passa essem. Magnopere mihi profuit quod hoc visio cogitarem intra me  
si homini, in quæ nec quo ad animam, nec quo ad corp<sup>9</sup> aliquod haberet  
tantum diabolus malum, Domino id ei permittente, inferat, quam reuol-  
laturus sit, quædo eum vt proprium possidet: Hoc nouum quoddam me  
excitabat desiderium me ipsam à tam infido contubernio liberandi.

*Terrum o-  
dorem di-  
abolus ab-  
iens; relin-  
quis.*

Non diu præterijt, cum hoc ipsum rursus mihi contigit, et si non  
diu durarit. Eram autem sola in loco; petebamq; mihi aquam iustitiam  
adferri: quæ autem, post illius abitum (fuerunt autem duæ moniales sibi  
dignæ, vt quæ ob nullam omninò causam mentirentur) cubi cultum  
gressæ sunt, terrum quemdam odorem, quasi sulfureum, olfecerunt. Ego  
verò eum non sensi; tam diu tamen is in loco mansit vt commodè petere  
posset.

Alio tempore cum in choro agerem, magnam quemdam mentem  
recolligendæ impetum ac desiderium sensu: vnde me quamprimum ab  
subduxi, ne id aliæ aduerterent, quæ tamen non procul à me erant, ma-  
gnam quemdã verberum inflictorum strepitum eo in loco in quo ipse  
eram, percipiebant; ego verò, iuxta me, vocem, quamdam velut quidam  
se statuentium audiebam, esto intelligere non possem, quidnam dicerent  
nam ita in oratione mea eram attenta, nihil vt intelligerem & nihil omni-  
no timerem. Penè semper hoc mihi eueniebat, cum mihi Dominus quæ-  
dam faciebat, mea vt persuasione anima aliqua ad meliorem fructum  
rediret.

Quod autem iam commemorabo, certum est mihi accidisse, ac mem-  
eius sunt testes, & inter alios is qui modo Confessarius meus est, quia  
epistola quadam scriptum vidit; & licet ei non dicerem, cuiusnam ea  
epistola, ipse tamen eum nouerat. Veniebat ad me quidam, qui duobus  
annis & medio in peccati mortalis, & quidem talis, vt nullum eo ab omni-  
bilius vnquã audierim, reatu hæserat: & toto illo tempore ipsum nec  
fitebatur, nec vitam in melius commutabat, nihilominus Sacrum fructum  
ter celebrabat. Et quamuis alia peccata sua confitebatur, de hoc tamen



debat; Quomodo scelus tā fœdum & abominabile possem confiteri: magno opere quidē ab eo liberari desiderabat, quoad hoc tamen seipsum expugnare non poterat. Miserebat me eius quā maximē, ac valdē precabatur, quod hac ratione Dei Maiestas violaretur. Promisit illi, Deo supplicaturam, quod eum ab hoc malo curaret, meq; operam daturā, ut & alij, qui me essent meliores, idē pręstarent. Scripsi ergo cuidam, ad quē se litteras rectē curaturū promisit. Et ecce factū est, ut prima confessione eximen illud confiteretur: visum quippe fuit Deo, quem multi homines verē sancti, quibus id ipsa serid commendaram, seruentibus precibus suis flexerant, misericordiam hanc erga animam hanc exhibere: & ego, tamerū miserabilis, quidquid poteram à parte mea, magna animi contentione pręstabam. Ipse autem mihi scripsit, se iam ita in melius mutatum esse, ut iam ad dies aliquot ab eo peccato abstinuisset; sed tam se acriter à tentante dæmone oppugnari, ut se in inferno (adeo scilicet torquebatur) esse putaret; quare instanter eum Domino commendarem. Itaq; deuo eam sororum mearum precibus commendavi, quibus Dominum meum & delinitum, hanc mihi gratiam pręstitisse credo: nam rem cordi habentes serid eum Deo comendarunt: fuit autem is talis, ut quisnā esset, nemo aut coniectura assequi posset aut diuinare. Rogabam autem Maiestatem eius, ut quæ is patiebatur tormenta & tentationes, paululum mitigarentur, quiq; illum vexabant tentatores, me oppugnatum venirent & cruciatum, eā tamen conditione, ne Dominum vllatenus offenderē. Vnde factum est, ut mense integro grauissima tormenta & vexationes perlecim, ac tunc mihi illa duo quæ ante narraui, contigerunt. Placuit autē Domino, ut ipsum tentationes desererent (viti mihi postea perscriptū est) quia vero ei narrabā, quid toto illo mense pateret, hinc anima eius vigoratur; exinde autē penitus à vexationibus diabolicis immunis fuit: vnde Deo identidem gratias quam poterat maximas agebat, nec non mihi, inquam si ego aliquid huc contulisset; nisi fortē opinio quam habebat, quod Dominus mihi aliquas gratias daret, eum aliquo modo iuaret, dicebat que se meas litteras legere tum, cum se à tentatione acriter impetiret, ac earum se lectione ab ea liberari, mirabaturq; nō mediocriter, inquam ego propterea passa eram, tū quod ipse à malo suo liberatus esset: quin & ego mirabar: quin & adhuc ad multos annos, quo animam hanc communem & liberam videre possem, illa pati voluissem. Sit Deus in omnibus benedictus, Magnæ sanē potentie & efficacie est oratio eorū qui Domino seruiunt, ut ei seruire credo huius loci Moniales, sed quia has ego preces procuraram, mirum sanē non erat, in me potissimum dæmonis tenuisse: ob peccata quoq; mea Dominus id permittebat. Hoc eodem tempore quadā nocte ab ipsis me putabam suffocari: vnde, cum aqua

*Sororum  
suarū pre-  
cibus as-  
tribuit cō-  
uersionem  
flagitios-  
viri.*

*Litterarū  
S. Marię  
efficacia.*

S. M. Tereſe Opera.

D d

lustrali

S.  
Heresia

Opera  
IN VII  
156



Iustrali plurima me conspergerent, magnam illorum multitudinem percussit, quam celerrimè, perinde ac si de rupe aliqua præcipitasset, fugere conspexi.

Toties porro scelesti ac maledicti hi spiritus me instabant, tamquam rû eos timeo, eo quod eos, nisi id Dominus permittat, ne mouere quidem posse videâ, vt, si quoties hoc factû sit enarrare vellem, & R. Vestrâ delectarem & me ipsam recrearem. Quod autè dixi, vsui esse poterit, vt vobis Dei seruus, quæ illi ad nos perterrendos ponit & concitant terribilitate, contènat & parui faciat: norint enim, quotiescunq; eos videmus, animas ipsorum parum curamus, cum vires ipsorum imminui, cum animi deteriorè fieri. Semper porro magnû inde bonum sequitur, quod, ne res sum prolixior, hic omitto referre: hoc vnum narrabo, qd mihi in nocturno festum Commemorationis animarû fidelium præcedente in oratione, dum agenti contigit. Cum enim primum Matutinarum nocturnarum orationem, & pias quasdam orationes, quæ ad finem eiusdem in Breuiario nostro continentur iam legerem, libro meo insedit, ne orationè periculis. Ego signo crucis me communiebam, ipse vero se in fugam dabat. Inter me legere incipiente, iterum ipse se spectandum dedit (& tertio eum videri cisse credo) nec ante recessit quam aqua benedicta ipsum conspergeret & simul videbam, animas quasdam, hoc ipso temporis instanti, e Purgatorio egredi, quibus non multum expiandum restare debebat. cogitabam an hoc ipse forsitan impedire voluerit.

*Diabolus aliquando in assumpta forma, aliquando sine ea apparat.*

Rarò cum in assumpta forma vidi, sed sæpius sine omni profusa, ad instar visionis; nam etiâ sine forma clarè perspicitur eum præteresse, vt iam dixi. Volo porro & hoc hic referre, quia magnam id mirationem incussit. Cum in festo SS. Trinitatis in cuiusdam Monasterii choro agerem, & in extasi rapta essem, magnum demonum contentum gelos certamen & contentionem perspexi: equidem intelligere non poteram, quid sibi hæc visio vellet; sed ante quindecim dies facile id equi inter quosdam orationi addictos, & alios plurimos ab eadem alienatione contentione patuit, è qua domui, in qua res illa contigit, non modicum damnum enatum est. Contentio autem & decertatio hæc diuina magnarumq; turbarum ac molestiarum extitit occasio.

*Deus S. Matrem magna luce cõtra daemones circumdat.*

Alio tempore ingentè illorum multitudinem circumcirca me videri ingenti quadam claritate vndiquaque circumdata esse videbar, quæ propiùs ad me accedere non sinebat; vnde intellexi, Deû me custodire & protegere, ne mihi sic illi appropinquarent, vt me ad eû offendentè uocaret. Et iuxta id quod subinde in me ipsa experta sum, facile interuenire verâ id visionem fuisse. Quocirca, tam iam apertè intelligo & videtur parum illi possint (si Deum inimicum non habeam) vt vix eos timeant.



nam profus impotentes sunt, nisi animas quasdam vltro se ipsi deden-  
tis, & meticolos videant: aduersus huiusmodi namque vires suas &  
potentiam exerunt. Interdum quidem in tentationibus, quas iam dixi,  
omnes superiorum temporum vanitates & infirmitates iterum in me re-  
miserunt & repullulare videbantur, ita vt Deo me quam enixissime cõ-  
mendare opus haberem. Mox autem hæc me pressura vexabat, quod  
pararem, quandoquidẽ hæc mihi cogitationes ingruerent, quidquid age-  
rem, diabolicum esse, quoadusque Confessarius mentem meam serena-  
ret, & ad quietem componeret. Putabam namque, me, quæ tam multas à  
Deo gratias recipiebam, ne primum quidem malæ cuiusdam cogitationis  
motam sentire & habere debere.

Aliàs non mediocriter me cruciabat (vti & modo me cruciat) quod  
in numero & existimatione me esse viderem, præsertim homi-  
nibus qui magni sunt nominis, quodq; multa bona de me referrent: hac  
in re multa passa sum, & etiamnum patior. Vnde statim ad Redemptoris  
Christi & Sanctorum vitam oculos conuerto, videorque mihi planè alia  
quam ipsi, via incedere, cum ipsi non nisi per contemptus, opprobrij &  
gramum iniuriarum viam inceserint: & hoc me facit cū metu & tremo-  
re incedere, ac quasi caput meum attollere non audentem, vellemque à  
nemine omnino videri; hoc autem in me sentio tum cum persecutioni-  
bus exagitor, tum quippe anima ita potens & magistra est, esto corpus in  
pressura sit, & ipsa alia ex parte afflictionem sentiam, vt quomodo hoc  
attingit, penitus nesciam. Nihilominus ita, vti dixi, fit, tunc namque a-  
nima suo in regno esse videtur, &, quidquid in mundo est, pedibus pre-  
mere. Hoc subinde mihi eueniebat, & ad multos etiam dies durabat; &  
quædam id mihi virtus atq; humilitas esse videbatur, ac iam liquidò per-  
fecto, id meram tentationem fuisse, vt vir quidam apprimè doctus ex  
Ord. Prædicatorum bene mihi declarauit. Cum autem cogitarem, quas  
mihi Dominus confert gratias, in publicum propaladas, & passim omni-  
bus notas fore, tam intolerabile & excessiuum in me tormentum sentie-  
bam, vt meam id animam non parum affligeret & inquietaret: quin imò  
res processit, vt, cum hoc considerarem, visa sim maluisse viua sepeliri,  
quæ vt ce innotescerent. Vnde cum me magnæ hæc recollectiones, vel  
notas primum ita occuparent, vt ijs publicè resistere non possem, post  
ea ita erubui, & me puduit, vt libenter aliquo concedere voluissem, vbi  
nemo videret.

Cum ergo hac de causa quadam vice summopere contristarer, roga-  
ui me Dominus, ecquid timerem? cum ex hac re non nisi horum duo-  
rum alterum sequi posset, aut quod homines aduersus me murmurarent  
& obloquerentur, aut q; ipsum laudaret, significans, eos qui hoc credituri  
essent

*Diaboli  
impotentes  
sunt, nisi  
in eos qui  
vltro se  
ipsis da-  
dunt.*

*Mirè eam  
cruciat,  
quod ali-  
quo in  
pretio hab-  
eretur.*

*Quid si  
Dominus  
dixerit de  
rapibus,  
qui ipsam  
in publico  
occupabāt.*

S.  
Heresia

Opera  
IN VII  
158





essent ipsum dilaudaturos, qui verò non credituri, nulla me meâ  
 & merito condemnatos, & vtrumquè in bonum meum cellum  
 ac proinde non esse vt me affligerem. Hoc me valde serenauit, quod  
 etiam quoties illius adhuc recordor, mirè me consolatur. Ita  
 vehemens hæc tentatio fuit, vt hinc abscedere & ad aliud me  
 sterium, in quo claustrum arctius seruabatur, quàm in eo in quo  
 versabar, quod què valdè commendari audiebam, & eiusdem  
 erat cuius id in quo agebam, procul hinc situm (nam magna mihi  
 solationi fuisset eo in loco agere in quo prorsus ignota fuisset) tra-  
 ferre animus fuerit, sed Confessarius id mihi permittere noluit. Hinc  
 res spiritus mihi libertatem valdè imminuerunt: nam postea intellexi  
 humilitatem hanc non esse bonam, quod ad eò me inquietaret, hanc  
 ro veritatem me Dominus edocuit, scilicet cum certissimè scirem,  
 nihil boni meum esse, sed à Deo omnia prouenire, quemadmodum  
 graue non erat aliorum laudes audire, quin imò summopere eo graue  
 bam, & permagnè id mihi consolationi erat, quod viderem Deum  
 lis se ostendere, ira nec molestum nec graue mihi fore, quod & in  
 opera sua ostenderet.

*Falsa hu-  
 militas  
 erat ex  
 hisce in-  
 moribus  
 animæ.*

*Peccata  
 sua alijs  
 innosce-  
 re perit  
 ex falsa  
 humili-  
 tate.*

Incidi & in aliud extremum, quod nimirum Deum orarem, & in  
 dem orationem sigillatim ad hoc dirigendo, vt, si quando quis aliquid  
 boni in me notaret, mea illi peccata Maiestas eius declararet, vt nemini  
 videret, quam mihi immerenti ipse gratias conferret: nam hoc videri  
 quàm enixissimè ab eo peto. Confessarius autè me monuit, ne ita  
 facerem: sed ad usque hunc penè diem, si quem bene de me sentire, &  
 nam opinionem habere videbam, mea mox ei peccata per amfractas  
 circumlocutiones, vel quomodo cunque possem, declarabam; & per hoc  
 mihi serenari & quietari videbar.

Hac quoque in re magnum mihi scrupulum mouerunt: & hoc  
 videbatur, non ex humilitate, sed tentatione quadam prouenire. Ma-  
 ad me veniebant, & hos omnes ego decipere, & in errore detinere  
 videbar: & esto fallantur in eo quod aliquid in me boni esse putent, non  
 nem tamen vnquam ex professo decipere volui, nec vnquam ea mea  
 intentio, sed id Dominus interdù certam ob causam permittit. Vnde  
 quidem cū Confessarijs meis de aliqua re vnquã contulissim, nã  
 per necessariū esse vidissem; nã alioquin magnus id mihi scrupulus fuisset.

*Neminem  
 vnquam  
 decipere  
 voluit.*

*Indiscreta  
 humilitas  
 magna est  
 imperfe-  
 ctio.*

Omnes hosce pueriles timores & afflictiones, & nimia humilitate  
 iam magnã imperfectionem fuisse, & inde manasse, quod non satis  
 tificata essem: anima namq; quæ se totam in Dei manus consignauit  
 curat vtrum bona an mala de se dicantur, dummodo bene in  
 sum Dominus aliquam ei gratiam conferre vult, nihil prorsus & aliud  
 habet



habere. Illi ergo fidat, qui hanc sibi gratiam confert; postea enim resciet, cur eam manifestam fieri velit, sequere ad aduersitates ferendas disponat; hoc quippe hodierna die certissimum est, cum Dominus sciri vult, quod id genus gratias ipse alicui homini præter, mille super huiusmodi animam oculos excubare & reflectere, cum tamen super mille animas, quæ alterius generis sunt ne vnus quidem excubet. Magna igitur nobis timendi ratio incumbit; & talis esse debuit timor meus, & non humilitas, sed pusillanimitas: nam anima, super quam Dei permisso, oculi mundanorum hominum excubant, disponere sese potest, vt mundi huius sit martyr: etenim si ipsa mundo mori nolit, ipsam mundus occidet. Nihil sanè in mundo video quod mihi arideat, quàm quod nullos in bonis defectus ferat aut toleret, quin eos per suas ipse murmuraciones & obloquia ad perfectionem adducat. Maiore animo & robore opus esse dico, vt quis si perfectus non sit, perfectionis viam ingrediatur; quàm opus est, vt martyrium citissimè obeat: perfectio namque breui aliquo tempore non obtinetur ( nisi speciali aliquo priuilegio hanc alicui Dominus gratiam dare voluerit) porro mundus statim atque aliquem videt incipere, eum perfectum habere vult, & iam inde à mille leucis in eo defectum subodoratur, qui fortasse in eo virtus est: sed quia, qui hoc reprehendit, eodem non nisi cum peccato vitur, hinc simile de alio iudicium fert. Putat, eum non debere comedere, non dormire, nec ( vt dicitur ) spiritum attrahere; imò quo meliorem de eo opinionem habent, eo minus eum adhuc corporeum esse recordantur, quantumlibet quoad animam perfectus sit: adhuc quippe in terra viuunt, miserijs suis adhuc subiectus, quantumlibet eas conculcarit & subegerit. Atq; ideo ingenti, vt dixi, ad hoc opus est animo: nam misella anima vix dum cæpit pedes figere, & voluit eam volare; nondum passiones suas expugnauit, & cupiunt vt etiam in magnis & insignibus occasionibus ita immobilis & ab omni affectu denudata maneat, vt fuisse legunt Sanctos, postquam in gratia iam confirmati fuere. Quod autem hoc in genere peragitur, est cum ad Deum dilaudandum, tum ad animum hominis valde affligendum ac contristandum: multæ quippe idcirco animæ retrocedunt, quod misella se ipsas iuuare nequeant. Et sanè mea hoc modo, puto, retrocessisset, nisi Dominus à parte sua omnia tam misericorditer fecisset: & quousque non per bonitatem suam omnia promouit: vt R. V. è dictis hæcenus videre iam potest; aliud scilicet in me non fuisse, quam labi & denuò resurgere. Velle id verbis possum exprimerè; multas quippe animas hac in re errare existimo, quæ videlicet volare volunt, antequam eis Deus alas det. Hinc porro similitudinè putè me & alio loco vsurpasse, sed & hic optimè ad propositum meum facit: multas quippe animas ob hanc causam nõ mediocriter

*Qui gratias recipiunt ad perfectionem se assequuntur.*

S. Heresia

Opera  
IN VII  
156

*Mundus in virtute facinus defectus odoratur.*





diocriter affligi & contristari video; quod enim magno cum ardore & contentione, insignique in virtutum via proficiendi desiderio incipiam, quin & nonnullæ sint, quæ omnia exteriora propter illum relinquunt, ubi iam in alijs vltius prouectis illustra virtutum, quas Dominus ipsis suppeditat (eo quod ipsi per nos habere illas non possumus) opera vident; cum etiam in omnibus qui de oratione & contemplatione tractant libris, multa præscribi observant, diligenter vsurpanda nobis quoque ad hanc dignitatem aliquando pertingamus; hinc cum ipsi illa strem adimplere & efficere nequeant, animum despondent & deiciunt: tibi sunt, parum curare quod alij de nobis malè loquantur, imò tunc magis gaudere, quam dum bene de nobis loquantur; honorem parui ducere, ab amicis & notis (nisi sint qui orationi dediti sunt) nos rescindere, illorumque commercia declinare, ac velut impedimento nobis offent, subterfugere, & alia plura id genus, quæ, prout ego quidem cenfeo, à Deo dari debent: videntur mihi quidem supernaturalia deus esse, aut alia quæ naturali nostræ inclinationi & propensioni contraria sunt: quocirca non est quod se crucient; sed in Domino sperent, Maleficem illius effecturam, vt id quod modo in desiderio habent, postea etiam re ipsa habeant, idque orationis adminiculo, & modo ipsi à parte faciant quidquid possunt. Nam propter hanc debilem naturam nostram, necesse imprimis est, firmam nos fiduciam habere, nec animum despondere, nec cogitare, non ideo magis nos victoriam adpetimus, quod omnibus neruis ad hoc cõmitamur. Et quia ipsa magnam rei huius experientiam habeo, dicam aliquid, quod R<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. ad cautelam vsuere possit: non cogites inquam (esto secus tibi videatur) te iam tibi virtutem comparasse, nisi ipsam per eius contrarium probaris: quin imo semper timidi & anxij esse debemus, nec vnquam quoad viuimus segnescere. Stima quippe de foris multa nobis adherent, nisi, vt dixi, gratia totaliter nobis iam data sit, ad intelligendum quid omnia sint; deniq; in hac vnquam omnia tuto & sine periculis habentur.

*Virtus comparata non est, nisi per contrarium suum probetur.*

Iam abhinc paucis annis putabam me consanguineis & amicis meis non solum valdè mortuam esse, sed etiam eos mihi molestos ac turbos esse: & reuera ita erat; nam illorum conuersatio mihi pergrauis erat. Contigit porro, aliquod magni momenti negotium offerri, cuius causa me multo tempore apud quamdam è fororibus meis, quam antea vnquam dilexeram, commorari oportuit: & quamuis in communi conuersatione (licer illa me sit melior) non bene inter nos conueniret; nam quod diuersum à me vitæ statum elegerat (nupta enim erat) hinc non semper de ijs agere rebus poteramus, de quibus ipsa agere voluisset, atque ideo semper penè (quantum quidem poteram) sola essem; vbi

*A nobis ipsis habere virtutes non possumus.*



nam me nihilominus, illius è molestijs & pœnis plus doloris haurire, quam ex alterius cuiuspiam proximi mei, & aliquam illas mihi solitudinem & curam adferre. Vnde me vidē, non aded ab affectu liberam & mortificatam esse, ac putabam, & adhuc me opus habere occasionem fugere, vt, quam mihi Dominus dare virtutem inceperat, validior fieret ac cresceret: atque ita semper postea illo iuante, hoc sum, quoad potui, facere conata. Quando Dominus virtutem aliquam dare incipit, magni illam aestimare, nec ipsi nos eius amittendæ periculo exponere debemus: maximè in ijs, quæ ad materiam honoris pertinent, & in alijs permultis. Nouerit siquidem R. V. non omnes totaliter mortificatos esse qui id de nobis credimus; & necesse nos est hac in re nunquam deficere aut segnescere. Et sanè quisquis aliquod punctum honoris in se sentit, si modò in virtutibus progressum facere velit, mihi credat, hocque vinculum perfringere & distampere studeat; est quippe catena, quam nulla lima comminuat, nisi solus DEVS vi orationis, etsi nos à parte nostra multum huc conuertamur. Videtur autem id mihi isthac in via laqueus quidam esse; & mecum ipsa miror, dum damnum quod creat, perpendo. Video siquidem nonnullos suis in operibus tam sanctos esse, eaque tam magna facere, vt neminem non in admirationem rapiant. Quomodo sit, Deus meus, talem animam adhuc in terra hætere? quare nondum ad ipsum perfectionis culmen peruenit? quid hoc est? quis detinet & retinet illam, quæ tantum Dei causa præstat? Habet scilicet punctum honoris: & quod longè deterius, non vult intelligere & scire se id habere: & ratio est, eò quod dæmon subinde ei persuadet, se etiam obligatum esse, id habere: sed credat is, quæso, mihi, credat inquam paruulæ huic formicæ, quam Dominus hic loqui vult; scilicet, nisi hanc ipse crucem tollat, esto fortè tota arbor damnum inde non sentiat (quia adhuc aliquæ aliz virtutes ibi remanebunt, licet valde detrita & erosa) fore tamen vt ipsa minimè vireat & floreat, nec crescat, imò nec eas quæ iuxta illam consistunt sunt crescere sinat: quem enim fundit boni exempli fructum, planè insalubris est nec ætatem feret. Sæpius autem hoc in calco; quantumuis enim paruum hoc honoris punctum sit, perinde tamen in eo se res habet, ac in Musica, quæ mox ac punctum, mensura vel notula aliqua secus atque oportet canitur, dissona redditur & hiulca: & cum id huiusmodi sit, vt animæ in omnibus permultum damni creet, in hac tamen orationis via velut terra & noxia quædam pestis est. Studemus nos Deo per vnionem coniungere, & Christi, qui opprobrijs & falsis testimonijs obrutus & saruratus fuit, cõsilia sequi volumus, & nostrum ipsi honorem & auctoritatem ne in minimo quidem lædi aut violari,

*Agnoscat se nondum planè a studio er: a consanguineos exis-isse.*

*Qui proficere vult, honoris desiderio bellum indat.*

*Damna desiderij honoris.*

S.  
HERESIA

Opera

IN VII  
108



violari, sed integrum conseruare cupimus. Impossibile est eo perire, quia hæc ambo eadem viâ non tenduntur. Tunc porro ad animam Dominus diuertit, cû ipsi nobis vim inferimus, & omni qua possumus ratione, nostro iure multis in rebus cedere peruramus. Dicent fortasse nonnulli. Non habeo in quo iure meo cedâ, nec talis seise mihi offert occasio: at mihi persuadeto, Dñm non permissurum, vt is, qui tam firmû proposuerit, tantum bonum amittat: imò plures virtutis huius assequenda diuina eius Maiestas occasiones oggeret & dabit, quam fortasse ipse speret. Manus ergo operi admouenda; id est, nihilitates, inania, & minima, quas ipsa eum primum inciperem faciebam, aut saltem aliquas illarum stipulas scilicet & sarmenta, quæ dixi, in ignem conijcio: neque enim maius quid faciendum apta sum. Dominus autem omnia admittit: sit in sæcula sæculorum benedictus.

*Dominus  
eum qui  
bona vo-  
luntatis  
est bono  
no priuat*

*In cantu  
officio  
choralipa-  
rum ver-  
sata erat  
S. M.*

Inter alias, quas habebam imperfectiones, erat hæc; quod in lectione horarum parum versata essem, & quid in choro mihi agendum, quomodo in eo me gerere deberem, vix scirem; idque ex mera negligentia, & quod alijs vanitatib. distinerer; adeo vt & Nouitias viderem que docere potuissent, at sæpe eas interrogare volebam, ne meâ ipsius proterem incitiam; ac statim mihi in mentem veniebat, me illis bono exemplo præluere debere. Verum ex quo mihi Dñs oculos non nihil aperuerat, rem aliquam ex parte scire, non nihil tamen adhuc de illa dubitare, interrogabam id alios, etiam pueros; nec propterea vel minimam honoris authoritatique meæ iacturam feci, imo vero (quantum mihi quidem videtur) placuit exinde Domino tenaciorum mihi memoriam dare. Non enim noram cantare; cumque præscriptum mihi cantum non satis bene scissem, valde sollicita & anxia eram: idque non, quod in conspectu Domini errare vererer (hoc quippe virtutis fuisset) sed quod plures me cantantem audiebant; quod enim puro honoris desiderio tenerer, hinc inde me turbabar, vt etiam valde minus dicerem, quam scirem. Quo circa mecum contui, cum non satis bene scirem, dicere, me planè nescire. Hoc quidem ratio peracerbum mihi fuit; at postea longè fuit suauissimum. Erretim aduertit ex eo tempore longè meliùs me dicere solitam, ex quo parum diceret cæpi, quod ignorantia mea & incitia alijs in noceret; & fortasse honorem magno mihi, in bene agendo eo, in quo honorem meum non esse arbitrabar (quisque enim eum collocat in eo quo vult) impedimento fuisse, per has nihilitates, quæ nullius sane momenti sunt (& certè merito nihilo comparari ipsa possum, cum hoc ita mihi graue esset) & paulatim quæns rerum paruarum (quales hæc sunt) exercitium paulatim quæns maiores actus ascendit: cum enim hi propter Deum exercerentur, cum illis robur & valorem addit, & Maiestas eius adiuuat, vt ad ea que

*Quomodo  
ob deside-  
rium ho-  
noris tur-  
baretur.*

*Paulatim  
ad maiora  
ascenditur.*



Atque ita id mihi in rebus ad  
 spectantibus contingebar : videns enim omnes religiosas  
 virtutum , vnâ me exceptâ (nunquam enim ad aliquid vtilis fui)  
 illis è choro iam digressis, omnium pallia complicabam: in quo  
 videbar mihi Angelis , Dominum illis laudantibus , obsequium  
 præstare, quoadusque id ipsâ, nescio vndenam, intellexerunt; quod sanè  
 me rubore compleuit: neque enim tam, perfecta mea erat virtus,  
 hæc sciri vellem; idque non (vt verisimile est) è pura & sincera quadâ  
 humilitate, sed quod vererer, ne me irriderent, eò quod hæc parua & nul-  
 las momenti essent.

Quam, ô Domine mi, intolerabile est, vbi tot sunt nequitia & pec-  
 cata: ubi aliquot minutas arenulas, quas ego ne quidem à terra propter  
 sustollerem, supputare velle; omnia namque mille miserijs repleta, &  
 voluta erant: nondum enim gratia tua aqua arenis hæc interfuebat,  
 eas in altum sustolleret. Vtinam verò, Sanctissime Creator, inter tot  
 nequitates, vel aliquod alicuius momenti bonum referre possem, cum  
 singulares illas referam gratias quas à te recepi! Nescio sanè, Domine mi,  
 quomodo cor meum ferre id queat; aut qui fieri possit, vt qui hæc leget,  
 non me auesetur, cum videat me tam singularibus donis & gratijs tam  
 male respondisse, & tamen non erubescere, hæc obsequia tanquam mea  
 hæc loco referre. Verè, Domine, pudet me: sed quia, quod à parte mea  
 habere, aliud non habeo, hinc est quod hic tam tenuia principia referam,  
 vt, quisquis in maioribus se exercebit, sperare possit, Dominum, cum illa  
 gratia mea, vt quidem apparet) admiserit, longè potiori iure hæc eius ad-  
 mittere. Maiestas autem eius mihi gratiam præstet, vt non semper in  
 principijs hæream. Amen.

## CAPVT XXXII.

NARRAT QVOMODO EAM DOMINVS, QVODAM TEM-  
 pore in spiritu in quodam inferni loco, quem suis ipsa peccatis promeruerat,  
 ponere voluerit, quid ibi viderit, aliquatenus describens. Deinde re-  
 ferre incipit, quomodo & qua ratione monasterium S. Io-  
 seph, eo quo modo est loco, fun-  
 datum sit.

Qu postquam mihi Dominus per multas illarum gratiarum, quas  
 commemorari, necnon alias singulares, contulisset, cum quadam  
 die in oratione versarer, repente, ac velut in momento ira me tota-  
 liter constitutam sensi (vt tamen nescirem quomodo) vt me in inferno  
 esse putarem. Statim intellexi, velle Dominum, vt quem dæmones  
 In inferno se esse per-  
 cipit.

S. M. Teresa Opera.

E e

mih

S.  
heresiaOpera  
IN VII  
156



*Descriptio  
loci infer-  
nalis in  
quo S. M.  
fuit.*

mihî illic parauerant, & peccatis ipsa meis promerita eram, locum  
meis conspicerem. Pauxillo quidem tempore illic hæsi; sed etiam  
huc ad multos annos iam protenderem, nunquam illius (vtrius-  
dem videtur) potero obliuisci. Illius introitus mihi videbatur esse  
star longissimæ & angustissimæ cuiusdam semitæ, perinde ac de-  
obscurus & arctus caminus; fundus autem, velut aqua lurulenta  
dide, quæ & tetram mephitim exhalabat, & virulentis bestiis repleretur  
illius ad extremum, in muro quodam, foramen erat, ad instar serena-  
tra quod me, angustè admodum compingi videbã. Et hæc omnia,  
cunda & delectabilia erant, si cum ijs quæ ibi sensi, comparentur; cum  
men quæ dixi, non satis prout quidem oporteret, exaggerauerim. Se-  
secundum illud prout oporteret, & sicuti est, declarandum, ne principium  
de possem inuenire, & id quomodo sit, nemo intelligere queat: talis  
in anima mea ignè sensus, vt intelligere planè ne queam, quomodo ignis  
ratione id fiat, exponam. Intolerabiles illi corporis dolores, quos  
vita mea pertuli, præsertim quum paralyti, & neruorū omnium cõm-  
laborarem (qui, prout medici censent, inter eos quos homo hic per-  
test, dolores, facile grauissimus est) vt taceam alios plurimos diuer-  
ris, quos passa sum, quorum etiam nonnullos (vti dicere memin-  
lus mihi intulit, nihil omnino sunt, si comparentur cum ijs quæ huius-  
li, maxime eò quod viderem, dolores illos finem non habituros, non  
xuo cessaturos. Omnia hæc adhuc nihil sunt, collata cum agone  
cum angore, cum suffocatione, cum tam sensibili angustia, cum  
sperabunda & angustiantè afflictione, vt quo pacto id satis commo-  
ponam, prorsus nesciam: si enim id continuam quamdam animæ  
tionem & euulsionem esse dixerò, nimis quam parùm dixerò: nam  
alio tibi vita tolli & eripi videtur; sed hęc anima seipsam consumit  
struit. Adeo vt prorsus nesciam, quomodo internum illum ignem  
sperationem, quam præter intolerabiles illos cruciatus & tormenta  
passa sum, sufficienter satis exprimã. Non videbã, quisnam mihi  
illa infligeret; sentiebam tamen, me aduri, & in frustra comminui  
moli; prout mihi quidem videtur: dico autem ignè & desperationem  
internam, omnium teterrimam esse. In illo autè pestilentiali loco  
nulla prorsus consolationis recipiendæ spes est, agentem impossibile  
aut sedere, aut iacere, imò nec vllus ibi est locus se deò aut iacere  
vbi, velut in foramine in pariete facto, constituta essẽm; nã illi ip-  
tes, qui visu horribiles sunt, coangustiant; & quidquid ibi demum  
eat & cõstipat. Ad hæc nulla ibi lux est, sed spississima vbiq; & ob-  
ma caligo. Et sanè intelligere nõ valeo, quomodo fieri possit, vt  
lũ, prorsus sit lumen, videri tamen possit, quidquid visum ex cru-



Nolebat me Dominus tunc plus videre, quam totum infernum: sed  
 potest aliam visionem habui, idq; de rebus maxime horrendis, de quo-  
 rum diabolice scilicet vitiorum castigationibus: hec, quoad visum quidem mi-  
 serabiliores esse videbantur; quod tamen poena illa minime sentire,  
 hoc tantum mihi timorem non incusserunt; nam in priori illa visione voluit  
 me Dominus re ipsa in spiritu illos cruciatus & angustias sentire, perinde  
 ac si corpus illos reuera pareretur. Quomodo id factum sit, nescio; hoc  
 scio, singularem quamdam id Dei gratia esse, ipsumq; voluisse, ut ad oculum  
 non inuener, a quibus ipsa malis ac cruciatibus per illius misericordiam  
 liberata essem. Quidquid enim alios de diuersis tormentorum generibus  
 audiuimus, & nonnunquam etiam mecum ipsa meditata sum (esto non  
 ego; anima quippe mea timoris frango regi nolebat) quomodo scilicet  
 inter tortores candentibus forcipibus damnatos lancinent, & alia di-  
 uersa tormentorum genera, quae apud alios descripta legi, cum hac poena  
 collata, nihil omnino sunt: nam quid longe aliud est: tantum deniq; inter  
 vtriusque discrimen est, quantum inter imaginem pictam & ipsammet ve-  
 ritatem; & hic ardere, exiguum quid & puerile est, respectu ignis inferna-  
 lis: ista autem inde consternata fui, & adhuc sum modo, dum haec scribo  
 huiusmodi sexennium ab hac visione effluxerit) ut calor naturalis me pra-  
 teriret, ubi hic sum, destituere videatur. Atq; inde est, ut, in tribulatione,  
 angore, & doloribus constituta, nunquam huius meminerim, quin sta-  
 tim mihi omne quodcumq; demum hic homo pati possit, merum nihil esse vi-  
 deatur: itaq; ex parte immerito & frustra, de doloribus quos hic patimur  
 quaerere videmur. Vnde iterum dico, hoc de maximis, quae Dominus in  
 me contulit, donis & gratijs vnum fuisse; hoc namque mirifice me iuuat,  
 tam ad tribulationum & aduersitatum vitae huius timorem dispellendum,  
 quam ad me animandum, ut illas aequanimiter perferam, simul etiam ad gra-  
 tias Domino agendas, quod (vbi mihi quidem nunc videtur) a tam aeternis,  
 & horrendis malis liberarit. Ex illo tempore, vti iam dixi, omnia mihi  
 minus quam facilia videntur, si vel cum momento poenarum, quas illic ipsa  
 generaliter comparentur. Vnde etiam mirabar, quod, cum saepius libros, de pe-  
 cccis infernalibus aliquatenus agentes, legissem, ipsas tamen non perhor-  
 rere, neu tanti, quanti quidem oportet, illas facerem; & quomodo  
 ego in tali statu constituta, aliquapiam ex re, quae ad tam horrendum me-  
 ritum tandem deductura esset, voluptatem posse capere! Tu esto in ar-  
 gum Dominum mi benedictus.

*Plus S. M.  
de inferno  
poenarum sen-  
sit quam  
de istis  
scribitur.*

*Frustra de  
vita huius  
doloribus  
conqueri-  
mur.*

*Ex quo  
tormentum  
hoc pertinet  
ad omnia  
illi visa  
facilia.*

Quam liquidum patuit, Domine, quod tu multo plus me amasti  
 quam ego me amem! Quoties tu me a tam tetro carcere liberaisti, &  
 quoties ipsa me e contra te inuito in eundem retrufi! Inde quoque gra-  
 tias illi in me oriebat dolor, quem sentio ex eo quod tam multa

S.  
heresia

Opera  
IN VII  
106



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



hæreticorum animæ damnationi addicantur, præsertim quia iam per  
Sanctissimum Baptismi Sacramentum membra facti erant Ecclesiæ.  
Hinc quoque ortum in me habebat intensus illud animas petentium  
iuuandi desiderium & impetus: nam reuera videor mihi, vel ali-  
nam animam è grauiſſimis illis tormentis liberandam, sapientius mori  
velle quam libentiſſimè oppetere. Ita porro mecum cogitabam  
dum aliquem præsertim quem amicum habemus, aliqua calamitate  
aut dolore oppressum videmus, ipsa nos natura nostra ad compaſſi-  
onem quodammodo videtur excitare; & si quidem illa magna sit, ipsam  
etiam dolemus & cõtristamur: quando ergo quis animam in calamitate  
omnium calamitosissima, & miseria miserrima, & eaque perpetua  
tura constitutam videat, & non intrinsecus concitetur: fieri non potest  
vt quis id sine graui doloris sensu perferat. Si enim etiam pena tempo-  
ralis, quam tandem vnà cum vita terminandam, & aliquando in  
habituram scimus, ad tantam nos compaſſionem commoueat, ut  
quomodo fieri possit, vt alterius sæculi poena quæ omni proſus fine  
ret, nos non moueat, cum tot quotidie animas eadem monentem in ca-  
ſus pertrahere & ad inferos abripere videamus. Atque hoc quoque  
causa est, cur velim vt in tanti momenti negotio satis esse non  
temus paruum quid facere, sed quidquid in illo ex parte nostra pe-  
mus, facere studeamus, nihilque horum omittamus; Deumque suppliciter  
rogo, vt ad hoc gratiam nobis elargiri dignetur.

*Illius in  
describen-  
dis virtu-  
tibus suis  
modestia,  
multa eni-  
m sub-  
gicando.*

Cum mecum hinc perpendo, me, quamquam nequissima et  
aliquatenus tamen, vt Deo seruirem, sollicitam fuisse; nec communi  
solitam quædam, quæ à mundanis ita parui pendii video; tamquam  
nullius omnino momenti essent; adhuc grauiſſimis ac frequentibus  
morbis afflictam fuisse, quos insigni cum patientia, dante eam Deo  
ferebam; præterea à murmurationibus, detractationibusque fuisse sem-  
per alienissimam, cum, vt mihi quidem videtur, odio aliquem prosequi  
animo alieniore ab eo esse non potuissem: nec vquam animam  
ditam fuisse, nec (quantum memini) alicui quid ita inuidisse, vt Deo  
grauiter, sic inuidendo, offenderim; atque ita in alijs quibusdam  
(tamen enim ita nequam essem, Dei tamen timorem vtpote in  
oculis habebam) illinc tamen video, quem mihi iam tum diaboli  
prepararant. Et sanè videor mihi, vt quidem culpæ meæ graues sunt,  
huc maiora & grauiora supplicia promerita fuisse. Nihilominus  
gnam & horribile tormentum hoc fuisse dico, si mihi; concludo, quod  
periculosissimum esse, animam nec pacem nec quietem habentem  
ad singula momenta in peccatum mortale prolabente, nos ita seculum  
quietos interim esse: quare quam possum maximè neminem non  
gaudere

*Si infer-  
nus huius  
Virginis  
prepara-  
tus erat,  
quid spe-  
ret pecca-  
tores obdu-  
vati?*



amore Dei: ut quotquot sumus, peccandi occasiones declinemus: & respondeo fore, ut Dominus nos adiuuet, uti me adiuit. Complaceat diuinitus eius Maiestati sua semper manu me continere, ne relabar: iam enim vidi locum cui destinata eram. Maiestatem eius precor, ut pro sua id bonitate auertere & non permittere dignetur. Amen.

Postquam ergo hæc aliaque magna secreta, quæ Dominus mihi ex sua misericordia ostendere dignatus est, gloriam inquam quæ beatos, & supplicia quæ damnatos & improbos manent, vidiissem; modum rationisque aliquam exquirens, tum penitentiam faciendam ne tantum malum incurrerem, tum aliquid boni faciendi quod tantum bonum promererer, magnam in me, ad me ab hominibus subducendam & mundum penitus deserendum, inclinationem sensi. Nullam spiritus meus quietem habebat; hæc tamen non molesta aut affligens, sed dulcis quædam erat inquietudo; facile ut apparet, hoc à Deo solo venire, ac Maiestatem eius calorem animæ indere, ad alios cibos rudiores, quam quos ordinariè comedeat, digerendos. Cogitabam ergo ipsa mecum, quidnam potissimum ad amorem Dei posse fieri, putabamque inter hæc primum esse, si vocationem Maiestatis eius, qua me ad Religionem vocat, sequerem, regulam meam quam poteram maxima perfectione seruando. Et licet in monasterio, in quo agebam, multæ Dei ancillæ essent, ipsi quoque ibi satis bene seruiretur: ipsæ tamen Moniales ob necessitatem, qua tum opprimebantur, sæpè ad ea loca foras concedebant, in quibus in summa honestate & Dei obsequio agere poteramus: neque enim in prima uigore regule, locus hic fundatus erat, sed in ea ibi seruabatur, sicuti per totum ordinem passim tunc seruabatur, nimirum iuxta priuilegia & bullas relaxationis; ut taceam & alia inconuenientia, inter quæ vnum erat, quod plus æquo commodè ibi me agere, & commoditates corporis habere putabam. Sed illa foras egressio, quæ ipsam frequenter usurparem, valde mihi noxia erat: quod inde fiebat, quod multi me penes se habere satagerent, quibus id Superiores mei negare non audebant: atque ideo mihi iniungebant, ut illis hac in re, ad omnem à se auerendam molestiam, morem gererem. Hac ergo consuetudine semel inducta, rarò domi, & in monasterio esse potui: crediderim & caco demonem aliquo modo ad hoc collaborare debuisse, ut foris, & extra Conuentum agerem. Tamen ut verum fatear, quod traderem alijs quæ me mei directores docebant, hinc non parum inde boni sequebatur. Contigit verò quadam die, quemdam tum mihi, tum alijs presentibus dicere, si discalceatarum Clarissarum ritum & modo viuere vellemus, non de fore fortasse, ad tale nobis monasterium erigendum, facultates. Cumque hoc votum ac desiderium identidem animo agitarem, cum nobili illa vidua, sordidissima, quam dixi, hæc de re agere cepi, cui idem desiderium iam dudum

S.  
heresiaOpera  
IN VII  
166Dulcis in  
quietudo  
eius ex eo  
quod peni-  
tus mun-  
dum dese-  
reret.In illius  
monasterio  
non serua-  
batur re-  
gula in  
primogeni-  
tate.



*Iniungit  
ei Domi-  
nus, ut  
discalcea-  
tarium  
Carma-  
litarum  
Monaste-  
rij funda-  
tionem  
urgeret.*

*Dominus  
identidem  
illi de mo-  
nasterij  
erectione  
loquitur.*

am infederat. Cogitare exinde illa cepit, quo id pacto redditibus pe-  
petuis stabilire posset. Sed, ut iam video, bonam ambæ viam non imbu-  
mus, esto id, tum quidem, pro nostro erga hanc rē desiderio, nobis locum  
videretur, sed ex alia parte, quod in monasterio in quo agebam, magnam  
quietem & iucunditatē sentire (erat id quippe ad gustum & mētem meā,  
& cella quā incolebam, satis mihi commoda erat) hinc me quietam ten-  
bam, & adhuc suspensam: inter nos tamen conuenit, ut rē serio per precor  
Deo commendarem. Quadam die post sumptam sacram Communionem,  
diuina mihi Maiestas iniunxit, ut huius monasterij erectionē ma-  
ximam quàm poteram contentione vrgerem, pollicitus, fore, ut ea felicitate  
exitum perduceretur, ac bene sibi in eo loco seruiretur, eiq; à S. Iosepho  
nomen imponerem: & addebat, S. Iosephū ad vnum portæ latus, ac De-  
param matrem ad alterum, velut custodes futuros, & Christum Dominū  
in omnibus nobiscum fore: ad hæc locum hunc velut stellam fore, quæ  
lucis suæ radios quaqua versus esset diffusura. Addebat, quāuis Religio-  
nes à primo flore & vigore recidissent, non propterea cogitarem, pe-  
rum se ex ijs obsequij & cultus recipere; quid enim de mundo esset, si  
Religiosi nulli in eo essent? Quare Confessario meo indicarem hoc quod-  
cumque ipse mihi hic iniungeret, seque illum rogare, ne rei huic illo mo-  
do aut impedimento foret. Erat hæc visio ita efficax, & hæc Domini al-  
locutio qua me alloquebatur, huiusmodi, planè ut dubitare non possem,  
quin ipsemet esset qui me alloquebatur. Ego vero non parum angebat  
& affligebar; tum quod mihi ex parte ante oculos verlabantur ingere-  
tes inquietudines, molestiæ ac labores, quibus mihi res hæc consti-  
ra esset; tum quod in Conuentu illo libenter habitabam: etsi enim  
iam antea de re illa egissem, tamen non ita resolutè & certò, tanquam  
si res certò futura esset. Hic autem aliquod præmium & mercedem re-  
cipere mihi videbar; quod autem me viderem, negotium quod multo-  
rum molestiarum seminarium futurum esset, suscipere, quid tandem ag-  
grederer, anxia dubitabam. Porro Dominus id ipsum diuersis vicibus  
identidem mihi repetebat, tam euidentibus mihi causis, rationibus  
& demonstrationibus propositis, planè ut appareret, id eius voluntatem  
esse: vnde non audebam id Confessario meo non aperire, illi totum  
rei successum in scripto tradens. Hic quidem planè & resolutè mihi dico-  
re non audebat, ut ab hoc proposito desisterem; apertè tamen videbat  
naturaliter loquendo, prorsus impossibilem esse; eò quod socia mea qui  
oportebat id exequi, valde exiguas, imò propè nullas facultates ad hoc  
exequendum haberet. Is autem dicebat, ut cum Superiore meo hac de re  
agerem, & quodcumque ille suaderet faciendum, id exequi satagarem.  
Visiones quidem has Superiori non indicabam; at Dominā illa, hoc scilicet

mona-



monasterium construere velle, ei dicebat. Placuit ea res Prouinciali mirum in modum, ut potè qui erga omne quod Dei obsequium & cultum concernit, mirè afficitur; hinc quam poterat, ei opem & fauorem spondebat, id se monasterium, si quando paratum esset, admitturum asserens. Agi quoque inter eos cœpit de necessario ad annuos sumptus & alimoniam censu: nos autem non plures quam tredecim in id admitti Moniales volebamus, idque ob varias rationes. Antequam vero de hoc negotio quidquam tractare inciperemus, F. Petro de Alcantara, quidquid in eius tractatione fieret, perscribebamus. Is porro suadebat, ut cœptum negotium acriter vrgeremus, suamque de omnibus sententiam nobis rescriberet. Mox vero ut in vrbe sciri res cœpta est, & omniū ad aures peruenit, grauis in nos aduersantium & obloquentiū tempestas insurrexit, ut omnes oblocutiones, ludibria, scommata, & irrisiones paucis perstringere non possem. Me, aiebant, meo in canobio bene ac quietè esse, ac proinde non nisi ex leuitate aliò transire velle; socia porro mea ita exagitabatur, ut quò se verteret ignoraret; ego quid agerem nesciebam, & ex parte illos merito sic loqui, & bene fundatos videri censebam. Hac in angustia agens, Dei opem implorans, qui me statim consolatus est, & animum addidit, dixitque iam viderem, quæ obloquia & persecutiones illi passi sunt Sancti, qui primum Religionem aliquam fundarūt; addebat, plures mihi persecutiones subeundas, quā possem mente concipere, at flocci eas faceremus. Indicabat & quædam, quæ sodali meæ declarare. Maximè porro mirabar, tum quod statim, quid ad ea quæ iam præteterant, magnam in nobis ipsis consolationē sentiremus, tum quod egregiè, ad omnibus obstentibus resistendum, animata essemus. Et sane vix erat ex omnibus orationem exercitibus, & propemodum in vniuersa ciuitate vllus, quin nobis tunc aduersaretur, nostrumque inceptum, velut summè insanum, exploderet, quinimò ipsius monasterij mei tanta erat oblocutio & turbatio, ut Prouinciali nostro nimis quā difficillimū & grauissimū videretur, omnium menti ac voluntati velle refragari. Vnde factum est, ut & alterius opinionis fieret, & iā monasteriū noller admittere: aiebat namque; censum incertū esse ac nimis quā tenuē, & oblocutionē multam. Et sanè non male censere is videbatur; summa, ut ré cœptam intermitteret, & admittere monasteriū penitus noller. Erat hoc nobis, quæ iā primos ictus recepisse videbamus, ac mihi imprimis permolestum, quod ipse Prouincialis nobis aduersaretur: illo enim id volente & vrgerè, ego omnis apud vniuersos culpe expertus habebar: sodali quoque meæ Confessarij non ante absolutionē sacramentalem dare volebant, quam cœptum negotium vrgerè desineret: quod eam ad scandali occasionem auferēdam teneri dicerent. Adibat eā doctum quædam ex Ord. S. Dominici virum insignem Dei seruum, ut

*Persecutiones patitur ob monasterium.*

*Prouincialis vixit omnium oblocutione monasterium admittere decreuit.*

cum

S. Theresia

Opera

IN VII  
156



cum illo de re hac vniuersa communicaret; idque antequam Pronin-  
 lis hoc negotium iam seposuisset; in vniuersa quippe ciuitate neminem  
 inueniebamus, qui hac in re nobis consulere, & quid facto opus esset, in-  
 dicare veller: atque hæc erat causa cur hoc nos è cerebro nostro commu-  
 nisci dicerent. Domicella hæc, secretò illi viro rationem de omnibus re-  
 debat, simul indicabat censum quem de patrimonio suo habebat, cuius-  
 que eum rogabat, nobis ut adesset; erat is quippe illa tempestate, totius  
 ciuitatis doctissimus, & erant illo quam paucissimi in vniuerso ipsius Co-  
 dine doctiores. Quidquid facere decreueramus illi significabam, addidi-  
 & quasdam facti mei rationes: nullam porro apud eum visionem aut re-  
 uelationem diuinam, sed dumtaxat naturales, quæ ad id faciendum me  
 mouebant, rationes proferebam; & ut secundum illas, & non alia, no-  
 bis mentem & opinionem istam, & quid opus facto esset, indicaret, eum  
 rogabam. Octiduum ille ad deliberandum & respondendum perijt: ab-  
 mulque quærebat, num facere paratæ essemus, quidquid ille nobis con-  
 suleret. Pacatas nos fore spondebam: sed, esto id sponderem, & pro-  
 mihi videtur, etiam fecissem, sensper tamen quædam in me certitudo  
 mansit, nec eam unquam deposui, rem haud dubiè ad exitum perducen-  
 dam. Maiorem porro sodalis mea fidem habebat; nam, quodcunque vo-  
 lum illi dicebatur, nunquam rem planè abijcere volebat: ego vero, et  
 mihi impossibile videretur, rem planè non posse confici; in tantum tamen  
 reuelationem veram esse credo, in quantum in Sacra Scriptura tradita  
 aut Ecclesiæ præceptis, quæ seruare obligati sumus, non aduersatur. Ni-  
 esto planè & verè mihi videretur, rem hanc à Deo venire, nihilominus  
 doctus ille vir id nos sine Dei offensione, & peccati reatu facere non pos-  
 se asseruisset, quàm primum (ut mihi quidem videtur) id de manibus ab-  
 iecissem, & aliam eius exequendi rationem excogitassem: verum aliam  
 quam hanc ipsam, mihi Dominus non suggerebat. Hic porro Dei fauor  
 lus postea mihi retulit, firmiter se apud semetipsum statuisse, omnino  
 dis nos ab isthoc proposito & cæpto dehortari (iam enim ad aures eius  
 vox & obloquia populi peruenerant; quin etiam ipsi, uti & alij omni-  
 bus, stultum omnino id esse videbatur: & vir quidam nobilis, audito  
 ad illum consulendi ergò abijisse, illi significarat, videret etiam atque  
 iam, quidnam ageret, nec nos aliqua in re audiret vel iuaret. Nihilomi-  
 nus cum secum cogitare, quid nobis responderet, & rem ipsam, in re-  
 tionemque ac scopum nostrum, quin & viuendi modum, ac religio-  
 genus, quod illi proposueramus, examinare apud se inciperet, vultum  
 sibi ad honorem Dei mirificè futurum, & certissimè ad exitum perducen-  
 tum iri: vnde & nobis in responsione suasit, ut in illo perficiendo  
 gepdoque festinaremus, simul & modum rationemque, quam in re-

*Qualiter  
 reuelatio-  
 nibus fidè  
 adhiberet.*

*Inuentur  
 rem acri-  
 ter vrgere  
 et persi-  
 cere.*



executione nos seruare oporteret, aperuit. Censum autem tenuem non debere in causa esse, cur res omitteretur, sed debere nos Deo in aliquo fidei rebus quis autem refragari aut resistere nobis vellet, ad illum hunc mittemus, se illius argumentis & obiectionibus facturum satis. Atque ita ille nos in omnibus, ac semper, adiuuit, vti postea suo loco commemorabo. Hoc autem nos mirifice recreauit, vti etiam quod quidam viri sancti, quos haectenus aduersarios senseramus, iam pro nobis ex parte sentirent, nonnulli quoque nos re auxilioque suo adiuuarent: inter quos non potest non fuisse sanctus ille Nobilis, de quo ante paulò locuta sum; qui cum cepit hoc commodissimam ad tantam perfectionem viam esse (vnde etiam tenuera est; nam omne nostrum fundamentum oratione nititur) cernebat, cessit, dicens fieri posse, rem hanc à Deo esse, etsi media & via ad eam perficiendam perdifficiles ei & incommodæ viderentur. Dominus haud dubie cor eius mouerat, vti & magni illi<sup>9</sup> Doctoris, famuli Dei ac Sacerdotis, quem, sicut dixi, primo sum allocuta, qui vniuersæ ciuitati instar specialis est, quemque illic Dominus ad multarum animarum bonum ac suum tamen commorari voluit; atque is iam tum negotium nostrum iuuare & promouere incipiebat. Rebus ergo ita constitutis, nos identidem orationibus insistentes, domum loco satis commodo emimus, esto paruum (sed quod iam id curabam; Dominus quippe mihi dixerat, vti, quomodocumque potuissim, eam ingrederer; visuram quippe me postea, quid Maiestas eius factura esset. Et sanè quomodo id vidi & experta sum?) Ac tamen si viderem, aditum tenuem esse, ipsa tamen mihi firmiter persuadebam, fore vt Deus aliam rem via & medijs promoueret, nosque adiuuaret.

*Multi aduersarij illi fauere incipiunt.*

CAPVT XXXIII.

COEPTAM DE FVNDATIONE MONASTERII S. IOSEPHI  
*narrationem proseguitur; refert, quomodo iussa sit à capto desistere, quo tempore rem intermiserit; quas in ea passa sit difficultates; quo ipsam denique modo Dominus in illis consolatus sit.*

Quin hoc in statu res versaretur, & ita propè iam confecta esset, vt post octidua die litteræ censuum conficiendæ & confirmandæ essent, mentem hanc mox Prouincialis noster mutauit. Diuino illi nutu, vt postea liquidò conuenit, permorari fuisse, mihi verisimile fit: quod enim orationes intensæ essent & frequentes, placuit Domino, rem paulatim, & alio longè modo, ad exitum perducere. Cū ergo is monasterium nollet admittere, statim Confessorius meus mihi inhiuit, ne de hoc negotio ulterius agerem, tamen si, quæ me, vt ad hūc statum & haectenus id perducerem, Dominus pertulisset

S. M. Teresa Opera.

F f

nouit,

S. Teresa

Opera  
IN VII  
108



*Non erat  
accepta  
suis sorori-  
bus.*

novit, molestiæ & difficultates ingentes essent. Quod ergo res inter-  
teretur, nec ulterius promoveretur, hinc longè magis homines in con-  
nitione, quæ id non nisi mulierum inuentum & cõmentum esse dicitur  
confirmabatur, & crescebat aduersum me oblocutio & murmuratio  
et si quidquid vsq; ad illud tempus factum esset, Prouincialis iussa  
factum esset. Non rectis oculis sorores omnes me aspiciabant, atque  
erga me animatæ erant, eò quod aliud monasterium cuius clausura  
arctior, fundare molirer: dicebant namque me ipsis hoc pacto in-  
notam inurere, & æque me ibi, atque alio in loco Deo seruare  
cum in eo essent aliæ, longè me meliores; non videri me bene  
monasterium in quo hætenus egeram, affectam; denique longè  
esse huicreditum annuum, quam cui libet alteri procurare. Vnde  
lebant nonnullæ, vt in carcerem compingerer; aliæ verò ( quæ per-  
cæ erant ) meam causam propugnabant. Videbam multis quidem  
bus, iure meritoque illas de me conqueri: ( hinc etiam subinde me  
illas purgabam ) quia tamen, quod in hoc negotio præcipuum erat,  
mirum id me non nisi Domino iubente suscipere) dici nõ oportebat  
nesciebam quid agerem; atq; ideo tacebam. Alio tempore illam mihi  
minus gratiam præstabat, quod hæc me remora nihil omnino gra-  
ceptum negotium non minori facilitate & lubentia intermittere, quã  
si nullo prorsus labore aut molestia mihi constitisset. Sed hoc vt crederem  
vix vllus in animum inducere poterat, ne quidem pij illi orationibus  
amantes viri quos assidue tractabam: quin imò magno opere me  
ea dolere & non parum indignari putabant. Ipse quoque Confessarius  
meus non aliter sibi persuadere poterat. Sed quia feceram quibus  
à parte mea potueram ( vt quidem mihi videbatur ) hinc me vltimas  
Domini iussa adimplenda, teneri non putabam: atque ita domum meam  
tinui, contenta & quieta, mihi tamen planè persuadere non poteram  
ipsum adimpletum non iri, & licet nullam eius adimplendi rationem  
aut modum viderem, aut quomodo, aut quando id foret, scirem, tamen  
simè tamen ipsum perfectum iri credebam. Nihil vero magis me  
quam missa quædam à Confessario meo epistola, tanquam si aliquando  
inuito, & præter voluntatem eius, egissem ( voluit fortassis Dominus,  
illa etiam parte mihi molestiam creari, à qua illa veniens me  
affligeret ) qua ille me in hac multiplici afflictione & persequen-  
ne mea, adeò non est consolatus ( vt quidem exspectabam ) vt  
scitiberet, me iam facile ex ijs quæ contigerant posse videre, omnino  
nisi mera esse somnia, quare viderem ne posthac amplius inane  
& laborem sumerem, & hac de re non amplius agerem, cum scirem  
quod inde securum erat, iam liquido perspicerem, addebat & alia

*Etiã à  
suo Con-  
fessario  
quoad mo-  
nasterij e-  
rectionem  
affligitur.*



aliosum no tendebant, quam ad me affligendam & contristanda. Vnum hoc grauius me affligebat, qua omnia alia etiam simul iuncta, examinabamque, num aliqua forsan in re occasionem dedissem, aut in culpa fuifsem, cur Deus offenderetur; & cogitabam, si hae visiones diabolicae fuissent illusiones, fieri posse vt etiam omnis oratio mea mera impostura esset, itaque turpissimè deciperer, & in pereundi periculo versarer. Ita autem vehementer & extremè hoc me affecit, vt tota essem turbata, & grauissima in angustia versarer: sed Dominus (qui me in omnibus illis, quae narraui, graua minibus & afflictionibus nunquam dereliquit, sed sepe me solabatur, & animum suggererat, quod commemorare hic longum nimis foret) tunc mihi dixit, non esse quod propterea deijciar, aut me contumiserem; etenim Deo magnum me in hoc negotio obsequium praestitisse, nullo autem modo ipsum offendisse; ad vnguem autem & praecise exequeretur, quod mihi Confessarius iniungeret, scilicet modò & in praesens de hoc negotio penitus tacere, quoad usque commodum de eo danudè agendi tempus foret. Ita porro hocce dicto contenta fui, & consolatione perfusa, vt omnis, quam eius causa experta eram, persecutio & molestia nihil omnino esse videretur.

Hic simul mihi Dominus ostendit, quam singulare bonum sit, molestias, difficultates, & persecutiones illius nomine perferre: amor quippe Dei tantum in anima mea ex hoc incrementum fecit, sicut & alia multa, vt non parum obstupescerem: atque haec est causa, cur non possim non semper tribulationes & aduersitates postulare. Alij vero putabant, me propterea maximopere indignari; & reuera indignata fuifsem, quia Dominus tanta me gratia in tantum praenouisset. Tunc temporis autem inguere in me coeperunt maiores illi amoris diuini impetus, quos dixi, & sublimiores raptus, etsi eos ipsa tacerem, & nullum de spirituali hoc lucro apud vllum, verbum facerem. Sanctus quoque ille Dominicanus tam certus erat, rem hanc confectum iri, quam ego, & quamuis ego de ea agere intermitterem, ne videlicet Conuulsarij mei praeccepto aduersarer, ipse tamen vna cum sodali mea rem accerrimè perurgebat: hinc Romam litteras scribebant, atque inter se quid facto opus esset, deliberabant & consultabant. Diabolo quoque cooperante & se intromittente, factum est, vt vnus ex alio scruerit, hac in re me reuelationem aliquam habuisse: vnde magno cum tremore & anxietate ad me veniebant, dicentes, & periculosa esse tempora in quibus ageremus, & fieri posse vt apud haereticos me quis deferret & insimularet. Ineptum planè & ridiculum id mihi videbatur (nunquam enim hac in re aliquid timui; sciebam quippe, me, in rebus ad fidem spectantibus, potius millies, etiam

S. Heresia

Opera  
N. III  
158

*Mecum, ne  
omnis ora-  
tio sua  
diabolica  
sit illufo.*

*Quantum  
sit bonum  
persecutio-  
nes Domi-  
ni causa  
pati.*

*Impetus  
amoris &  
raptus de-  
nuo in illis  
ingruunt.*



pro minima S. Ecclesiæ cerimonia aut aliqua S. Scripturæ veritate, me  
tem subituram fuisse, quàm me si quis contra eam peccantem aut delin-  
quentem vidisset) vnde dicebam non esse quod quo ad hanc partem  
me metuerent. Verè quippe miseram animam meam fuisse, si quid in ea  
isset, ob quod, ne in Inquiritorum manus inciderem, timere debuissem  
nam si quid tale in me deprehendissem, vltro ad eos ipsa concessissem  
si quid mihi falso imponeretur, confidebam fore, vt Dominus non  
me ab illa calumnia eriperet, verum etiam prouentum ex illa conce-  
deret. Rem hanc cum Patre illo Dominicano conferebam: quod enim  
doctus esset, vt dixi, hinc ijs que dicturus esset, tuto niti, consilia que  
indubitatè sequi poteram: simul etiam visiones meas & modum orationis  
quem seruabam, nec non ingentes quas mihi Dominus faceret gratias  
quam poteram clarissimè liquidissimè que ei tunc patefeci, illum rogans  
vt exactè singula excuteret, & num quid in ijs factæ Scripturæ repugnans  
aduerteret, simul etiam suum de singulis iudicium opinionem que de-  
raret. Is me certam securam que esse iubebat, & quantum quidem  
eo, non parum hoc pacto illi profui: esto enim valdè bonus esset, ex eo  
men tempore multò magis se studio orationis dedit, intraque alius  
Ordinis monasterium, in quo maior erat quies & solitudo, sese ab-  
quo se ibi in ea melius commodiusque exerceret: in quo duos ipsos  
nos egit, donec eum Superiores (quod illi graue fuit) aliò commigra-  
iuberent, quod enim tantus ac talis vir esset, eius operâ alio in loco  
gebant. Mihi sanè illius hinc discessus etiam ex parte obfuit, eum carere  
etsi insigni eius operâ iam carere deberem, impedire nolui, vt potè  
hunc in vtilitatem eius cessurum. Mihi ergo ob eius discessum vehe-  
ter afflicta, dixit Dominus, tristitiam & angorem deponerem, ac me  
ad quietem componerem, eo quod bene comitatus abiret. Anima  
illius ita meliorata & profectu spirituali aucta inde redijt, vt iam reuer-  
mihi diceret, nihil sibi hoc discessu esse carius & nullam præ eo rem  
le. Idem quoque ego è parte mea dicere possem: nam, cum antea solus  
suâ doctrinâ securam me rodderet & solaretur, iam reuersus, etiam  
spiritus experientiam, vt potè quam iam sibi sat magnam rerum super-  
naturalium compararat, me solabatur. Eò autem tempore eum Deus  
Max. huc redire fecit, quo cum Maiestas ipsius requiri, & opus esse  
bat, ad huic suo operi (monasterij inquam huius promotioni) quod  
iestas eadem perfici & ad exitum perducere volebat, oportune coop-  
dum.

Quinque igitur aut sex mensibus sic tacui, de hoc negotio nec  
stans, nec verbum vllum faciens, neque etiam Dominus ipse aliquando  
hi quoad illud, amplius imperabat: quamuis autem ignorarem,

*Orationē  
suam &  
reuelatio-  
nes iudicio  
Doctōris  
alicuius  
submittit.*



intelligerem, quanam huius rei esset causa, in animum tamen meum inducere plane non poteram, ipsum non perficiendum. Ad finera huius temporis, cum Collegij Societatis Iesu Rector hinc alio iam discessisset, alium eius loco diuina Maiestas huc adduxit, virum mirè spiritualem, magno ingenio & ingenio præditum, simul & insigniter doctum, idque eo tempore quo in magna anxietate constituta eram: etenim quod is, quo tunc Confessario utebar, sub Rectore esset, & Societatis hominibus sancta & inuolata ea virtus sit, nihil omnino ut agant, quam prout vult ipsorum Superior, tametsi ille spiritum meum optimè intelligeret, summèque ut rem perficerem ex peteret, in nonnullis tamen rebus nihil certi determinare audebat, idque ob plurimas quibus ad id mouebatur rationes. Porro spiritus meus tunc temporis, tanto impetu propellebatur, ut per molestem mihi esset, cum ita vincum tenere; attamen ne latum quidem vnguem ab eius iussis declinabam. Quadam die cum in summa angustia versarer, eò quod Confessarium minimè mihi credere putabam, dicit mihi Dominus, ne me affligerem, aut torquerem, hanc quippe angustiam & pressuram breui finem habituram. Vnde mirè fui exhilarata, quod per hoc breui me morituram, significari putarem, &, quoties hoc mihi in mentem veniebat, magnam in anima mea læticiam sentiebam: sed postea à liquido perspexi, de illius Rectoris, quem dixi, aduentu Dominum loqui voluisse: exinde enim nulla mihi amplius huius afflictionis sentiendæ data fuit occasio, quod nuperus & nouus ille Rector, Patri Ministro, qui meus Confessarius erat, neutiquam refragaretur, sed ei, ut me consolaretur iniungeret, nullum hic periculum metusue occasionem dicens subesse, nec me tam angustâ arctâue viâ duceret, spiritum denique Domini prout vellet operari sineret: interdum quippe, ob vehementes illos spiritus impetus, nec halitui attrahendo anima sufficiens futura videbatur. Rector hic me venit inuisum; Confessarius autem meus mihi iniunxit, ut omni libertate & claritate cum eo de rebus meis communicarem: & quanquam magnam in huiusmodi rebus diuulgandis repugnantiam sentire solebam, vbi tamen tunc Confessionalem sedem intraui, nescio quid in spiritu meo sensî, quod nec antè nec postea vnquam apud vllum alium sensisse me memini; quod quale & quid fuerit, dicere non possem, imò nec per similitudinem aliquam exprimere: erat namq; spirituale quoddam gaudium, & occulta quædam notitia atque intelligentia, qua se anima mea à Rectoris anima intelligendam, meque ei conformem esse intelligebat, esto quomodo id fieret, uti dixi, non intelligerem; nam si illum antea allocuta fuisset, aut mira quædam de illo ab alijs inaudissem, non fuisset mirum, me gauisam fuisse, quod me ab illo intelligendam scirem; sed nullum is mihi, nec

*Dominus eam in afflictione consolatur.*

*Quod spiritus gaudium, & interiorem notitiam animæ eius sentiret, cum quodam Societatis Patre communicauit.*

S.  
heresia

Opera  
N. VII  
186





ego illi hæc tenus verbum locuta eram, nec erat is cuius antea aliquam habere potueram notitiam. Exinde porro liquidò percepti, spiritum meum in illo minimè deceptum fuisse: liquidem omnimodis, & mihi anima mea profuit, cum illo communicare & loqui: illius namque communicatio maximè conducibilis est ijs quos Dominus iam longius pœuexisse videtur. ipse enim eis stimulos subdit, vt celeriter currant, & non pœdetentim incédant; atque id potissimum spectat, vt eos ab omnibus rebus creatis abstrahat, & mortificet: ad hoc quippe ei Dominus, vti & alia plurima, singularem gratiam ac talentum dedit. Vt cum eo agerem, modum eius agendi, spiritum, & genium statim perspexi, ac illam pœram & sanctam animam esse, & ad discernendos spiritum miram quoddam à Deo gratiam vidi accepisse: ipseque mihi magnam consolationem attulit.

Non multò postquàm cū illo agere cœperam, instare denno & rēge Dominus me cœpit, vt monasterii negotium rursus in manus sumerem. Confessario meo, & Rectori huic multis rationibus & argumentis obmderem, ne quod mihi in hoc impedimentum adferrent: quorum vnum erat vis, vt etiam nonnulla ipsis metum incuterent: Rector hic quippe nunquam dubitauit, quin esset Spiritus Dei, nam omnes eius cœtibus sollicitè admodum & maturè secum examinando expendebat. Itaque postquàm alia permulta interuenissent, nullum mihi sunt in impedimentum in hocce negotio aut remoram obijcere; sed ipse Confessarius meus iterum plenam mihi potestatem fecit, omni quàm pœsem contentione & studio in id connitendi. Videbam equidem, quàm tam molestiarum molem in caput meum accerserem, tum quòd pœsus sola essem, tum quòd valdè parum possem. Inter nos ergo conuenit, vt rem quàm fieri posset secretissimè ageremus; vnde deo operam, vt vna de fororibus meis, quæ alio in loco commorabatur, domum cœmeret, & eam tanquam si ipsius vrbibus celsura esset adiret, idque ea pecunia, quam DOMINVS certis quibusdam medijs eam cœmendam procurabat. Nimis quippe longum foret referre, quibus eam Dominus vijs modisue nobis procuraret: maximè nunc pœcauebam, ne qua in re contra obedientiam peccarem; sciebam tamen me si Superioribus meis rem aperuissem, omnem, vti alias, operam pœdituram fuisse; imò etiam peiore loco negotium futurum, quam antea. Sæpè verò magnam in pecunia procuranda, in domo comparanda, pœponenda, ac concinnanda molestiam & laborem pœtuli; & quidem interdum sola, esto socia mea faceret id quod poterat: sed parum pœeo poterat; imò tam parum vt propè nihil esset, & solum, quòd illius nomine, & illà annuente, fieret: reliquum vero laboris in

*Denno cœ Dominus ad monasterij furtiua rationem sollicitat.*

*Dominus ei de pecunia necessaria via prospicit.*



tum diuersimodè ingreuebat, vt iam non parum mirer, quomodo illi fe-  
rendo par esse potuerim. Vnde interdum afflicta & incersens dicebam:  
Quomodo fieri potest, Domine mi, vt talia mihi rute præcipias, quæ pro-  
fus impossibilia videntur: Si essem libera, quamuis sim mulier, bene qui-  
dem, sed cum vndiquaque diuersis vinculis constricta sim, & sine vlla  
pecunia, ac nesciam etiam vndenam eam comparere, tum ad littera-  
rum expeditionis Romæ mittendarum, tum ad alios sumptus necessa-  
rios sustinendos necessariam, quomodo aliquid præstem aut exe-  
quar?

Cum semel in magna necessitate constituta essem, nesciremque quid  
agerem, vel vndenam operarijs nonnullis mercedem persoluerem; san-  
ctus Iosephus, verus meus pater & Dominus, mihi apparuit, spondens, pe-  
cuniam mihi nequaquam defuturam, ac proinde cum operis de stipen-  
dio conuenirem: quod & feci, ne obolum quidem in promptu habens.  
Dominus porro ijs mihi modis de pecunia necessaria prouidit, vt, quicū-  
que audirent, sum opere obstupescerent. Domus mihi nimis quàm parua  
videbatur, & erat reuera ita parua, vt, quò monasteriū fieret, prorsus ine-  
pta videretur. Volebam quidem & aliam domum cõemere, sed non sup-  
peditabant nummi, nec vlla eius emendæ apparebat ratio, vt, quò me ver-  
terem nescirem: vicina quippe ei erat alia domuncula, templo concin-  
nando idonea. Cum autem quodam tempore à sacra communione sur-  
gerem, ait Dominus ad me, *Dixi tibi vt in illam te conferas, quomodocumque pos-  
sit.* Et velut per modum exclamationis addebat: *O generis humani cupiditas,*  
*quomodo tuas ne tibi etiam terra desit! Quoties ego sub die, quod tecto & domo carerem,*  
*domum? His auditis valde consternata mansi, ac vidi illum iure de nobis*  
*queri. Concessi itaque in domunculam illam, eamque in certas partes*  
*dispartiens, comperi perfectum quoddam monasteriū esse, tamen si pere-*  
*gruum & angustum, nec exinde de maiore area aut fundo cõemendo la-*  
*borau; operam tantum dedi, vt in eo quem iam habebam, aedificium ha-*  
*bitationi commodum adaptaretur, idque rudi modo, & sine vlla arte, &*  
*ornatu, nihil aliud ei addendo quàm quantum, ne sanitas inhabitant-*  
*ium detrimentum pateretur, necessarium erat: etenim semper primò sa-*  
*nitatis ratio habenda est.*

Cū in festo S. Clare ad sacram communionem accederem; magno  
cum splendore Diua ipsa mihi apparuit, bono me animo esse & opere  
cepto progredi iubens, suamque mihi in eo opem & fauorem pollicens.  
Magnum exinde erga eam deuotionis affectum concepi, & quòd mihi tū-  
cūq; ita comperi verum esse, vt quoddā Ordinis illius monasteriū, quod  
non procul hinc distat, nos suo tenui censu aliquatenus sustentet. Et,  
quod maius fuit, meum hoc desiderium ad tantam ipsa perfectionem serua-  
paula-

*Quos in  
pecunia  
colligenda  
labores su-  
stinuerit.*

*S. Iosephus  
ei apparet,  
eamque cum  
operarijs  
conuenire  
iubet, et si  
pecuniam non  
haberet.*

*Dominus  
iubet eam  
intrare do-  
mam quo-  
modocumque  
posset.*

*Paupertas  
Clarissim-  
um in hoc  
S. Iosephi  
monasterio  
seruauit.*

S.  
Ieresia

Opera  
N. M.  
186



paulatim perduxit, vt paupertas, quam Sancta illa virgo suo in Cœnobio seruabat, etiam hoc in loco seruetur, & ex eleemosynis viuamus; quod sane mihi non paruo labore constitit, vt videlicet cum omni firmitate summæ Pontificis auctoritate fieret; ac nihil illi aduersum contrarium committeretur, neue vllus vnquam census admitteretur. Quin & quod Dominus præstat ( forsân benedictæ huius virginis precibus & intercessionibus ) quod nobis, etiam non petentibus, Maiestas eius abundè de eo quod nobis necessarium est, prouidet. Sit ipse de omnibus in saecula saeculorum benedictus. Amen.

*Insignis visio quã habuit in festo Assumptionis B. Mariae virginis, in qua Deiparam & S. Iosephum vidit.*

*B. Virgo caritã eam de monasterio rediit.*

Cum eodem penè tempore, in festo videlicet Assumptionis Deiparæ Matris, in Dominicanorum templo agerem, mecumq; perpendens peccata illa numero plurima, quæ olim eo in loco confessa essem, non alia quæ ad vitam meam improbam spectabant; tam vehementer occupauit, vt propè in mentis deliquium incidere. Subsidente in terra; & quod maius est, non poteram (vt mihi quidem videretur) corpus Domini in Sacro eleuatum, aut Missam audire; adeò vt hoc mihi scrupulum mouerit. Hoc quidem in statu constituta, videbar & splendidã valde quadam veste indui. In initio non videbam, quis illam iniiceret; at postea, ad latus meum dextrum vidi adstantem Sanctissimam virginem Mariam, & ad sinistram, patrem ac tutorem meum Iosephum, qui hanc mihi vestem circumdarent, simul quoque mihi dabunt intelligi, iam me à peccatis meis mundatam esse. Postquam vero iam data essem, magnaque iucunditate & gloria perfusa, statim mihi vultus est, quod Deipara Mater, manibus meis apprehensis, mihi diceret, me sibi gratissimam facere, quòd gloriosi Confessoris Iosephi cultum essem, certò proinde mihi persuaderè, illud ipsum quod quoad monasterii erectionem, conceperam, perfectum iri: addebar quoque Dominum Iosephum, & se, vna cum sponso suo Iosepho, maximè in eo colendos; ne tuerem, fore vt id decretum vnquam immutaretur (etsi obedientia, præstabam, ad gustum meum non esset) quod ambo nos custodirent, in enim filium suum nobis pollicitum esse, se in medio nostrum fore, seque in huius rei veritatis signum, hoc mihi monile tradere. Atque hoc ditiorquem ex auro pulcherrimo, de quo pretiosissima quadam crux dependebat, collo meo videbatur iniicere, sed aurum & gemmæ illius, in auro & gemmis terrenis differunt, vt nulla inter vtrumquè sit similitudo pulchritudo quippe eius longè discrepat ab omni eo quod hic imaginari possumus; imò nec intellectus concipere vllatenus potest, ex qua materia vestis illa confecta esset, vti nec albedinem, quam in ea relucere Dominus vult, imaginari; nam quidquid hic videtur, cum eo collatum, non nisi rudis quædam delineatio carbone expressa, vt ita dicam, esse videtur.



...hinc autem, quam in sanctissima Matre notabam, eminentissi-  
 mus erat & summa, & esto in figuris varijs ea sita esset, nullam tamen su-  
 perbia, sed vniuersa faciei forma, & efformatione simul aspicienda. Can-  
 dide vultu amicta erat, fulgoremque emittebat quam maximum, qui ta-  
 men oculis nitentia sua non prestingeret, sed suauitate fulgidum.  
 Et inter cetera Iosephum non ita clare aperteque vidi, eo tamen visionum  
 modo tibi illum adesse vidi, quas dixi non videri: videbatur verò mihi vir-  
 tutum gloria ac iucunditate essem, qua (vt quidem mihi apparet) ma-  
 gnam nunquam sensi, & que ita singularis erat, vt nunquam ea carere  
 viderem, videbar illos cum magno Angelorum comitatu in cælos ascen-  
 dentes videre. Ceterum ego valde deserta & sola mansi, nihilominus ita  
 emens in creatura, eleuata, & in orationem recollecta, & interius commota, vt ad  
 vultum illius non tempus mouere me, nec loqui possem, inò propemodum extra  
 me ipse in nihilum essem. Mansit exinde mihi tantus impetus ad me ipsam pro Dei  
 hoc potius an nihilandum & consumendam, nec non tales effectus, omnia  
 debentur, vt eo habebat modo, prorsus vt dubitare non possem (esto ad id ipsa non  
 tuis mihi in medio coram) quin à Deo visio illa veniret. Cælorum Regina  
 m. Sancti me consolatum & mire contentam reliquit, ob ea quæ mihi de o-  
 bedientia dixerat. Graue scilicet mihi erat, eam Ordinis Superioribus non  
 hi dabantur, dixerat autem mihi Dominus, consultum non esse illam ipsis  
 pro iam in re, & rationes, ob quas id me facere nullatenus expediret, adfere-  
 mihi vultus Romam certâ quadam viâ aliquem mitterem, effecturum se di-  
 ceret, vt omnia illic felicem successum haberent: quod & factum est. Post  
 cultum enim eam, quam mihi Dominus suggererat, viâ litteras Romam  
 monasterium, letum optatumque respõsum inde transmissum est, cum antea  
 minimum loquar, quam expeditionem aliquam accipere potuissemus. Porro ob ea que  
 facta sunt, conuenientissimum maxime que expediens fuit, vt E-  
 piscopo obedientia præstaretur, esto tum quidem eum minimè nossem,  
 & qualis Prælati futurus esset, scirem. Domino autem volente factum  
 est, vt eum nobis ita propitium, domuique huic ita fauentem senserimus,  
 vt quidem ob magnam illam, quæ contra eam postea insurrexit, contra-  
 dictionem oportuit (vti postea referam) & vt illam eo in statu  
 in quo modo est, constitueret. Benedictus sit  
 ipse, qui sic omnia promouit ac  
 direxit. Amen.

GRAUE ob  
 fuit obe-  
 dientiam  
 monasterij  
 nolui Or-  
 dinis sui  
 Superiori-  
 bus non  
 præstari.

S. Teresa

Opera  
N. VII  
108

S. M. Teresa Opera.

Gg

CAPVI



REFERT, CONVENIENS TVNC TEMPORIS FVISSE, VT  
 vrbe discederet, & qua de causa: & quomodo Prelatus ipfius eam ad illuſtram  
 dam mulierem valde afflictam miſerit, vt ipſam conſolaretur. Narrare inquit  
 bi illie contigerit, nec non magnam gratiam, quam ſibi Dominus fecerit, quod  
 fuerit cur illius Maieſtas virum quendam nobilem exaceraret, ad illi exten  
 corde ſeruendum: cuius ope auxilioque ipſa poſt mediam mi  
 riſicè adiuuaretur: eſt id imprimis notatu  
 dignum.

Q Vanquam ſummo ſtudio conuiteret, vt res hæc clam omnibus  
 ret; ita tamen ſecretò eam peragere non potui, quin ad malitiam  
 notitiam perueniret, quorum aliqui eam credebant, aliqui miſerere,  
 ximè verò timebam, ne cum Prouincialis noſter veniſſet, & ex ali  
 quid de iſthoc negotio inaudiſſet, in eodem me progredi uocaret,  
 enim iubente, penitus id de manibus depoſuiſſem, nec in eo quid  
 egiſſem: ſed huic timori alià Deus viâ proſpexit, quod ſcilicet, in ca  
 te quadam illuſtri, pluſquam viginti leucis hinc diſtante, nobilitate  
 dam matrona, ob mariti ſui mortem ita contriſtabatur & afflicta erat,  
 ne mortem ei dolor hic afferret, omnes metuerent. Contigit poſtea  
 lam in peccatrici huius notitiam venire, Deo enim diſponente factum  
 eſt, vt varij varia de me apud illam loquerentur, idque ob alia que  
 conſecuta ſunt, bona. Magnam Matrona hæc cum Prouinciali noſtro  
 notitiam ac familiaritatem habebat: quod autem illuſtri eſſet  
 oriunda, & tali me in monaſterio agere ſciret, vnde egredi foras hinc  
 hinc magnum illi mei videndæ deſiderium Dominus iniecit (vt poſtea  
 perſuaſum habebat, mea me præſentia conſolationem aliquam ad  
 ſibi poſſe) quod aliter fieri non poterat, niſi me quamprimum ad  
 cando, omnem quã poterat ad hoc induſtriam & media adhiberet.  
 ergo ob rem litteras ad Prouincialem longius diſtanteſ ſcripſi: quibus  
 ſub præcepto obedientiæ iniunxit, vt quamprimum me cum alia que  
 ſocia ad ipſam conferrem. Noſte Natalis Domini nuntium hoc  
 quod fanè me aliquantulum turbauit, & valde afflixit, quod videtur  
 eo illos me euocare, quod aliquod in me bonũ eſſe crederent: quod  
 me ita improbam & nequam videbam, hinc malè me habebat: talis  
 me vulgò opinionem haberi. Cum ergo me ſerò Deo per præceptum  
 mendarem, contigit me in extaſin rapi, quæ toto matutinarum horarum  
 tempore, aut magna faltè earum parte durauit. Monuit me Dominus  
 illuc concedere non negligerem, nullis autè aliorum conſilijs opor

Iniungitur  
 ei vt ad  
 nobilem  
 matronã  
 ſe confe  
 rat.



S.  
heresia

Opera  
IN VII  
156

...que auscultarem, quia penè omnes temere mihi consultari erāt; &  
 ...aliquam in hoc difficultatem & laborem sentirem; fore tamen,  
 ...magnum Dei obsequium cederet, & ad monasterij erigendi bo-  
 ...m progressumque, expedire & necesse esse, vt ad tempus hinc discede-  
 ...quoad usque bulla Romā mitteretur; Dæmonē quippe magnas mi-  
 ...Provincialis aduētum, insidias praeparasse, ego verò constanter age-  
 ...nec vllatenus timerem, se enim illo in loco mihi adfuturum. Ego his  
 ...egregie animata & excitata, Rectorem Collegij Societatis Iesu de  
 ...omnibus certiorē reddidi. Is monuit me, ne vllam ob causam perfectio-  
 ...nem hanc omitterem; alij verò illā penitus dissuadebāt, dæmonis astu &  
 ...dolo eam adornari dicentes, vt aliquod inde mihi malum & periculum  
 ...ireretur; quapropter Provinciali meam meā in contrariū rescriberē.  
 ...Venim P. Rectori obedivi, & ijs quæ in oratione cælitus inaudieram a-  
 ...nata, sine vilo prorsus timore, in viam me dedi; sed non sine magna cō-  
 ...fusione & pudore, dū videbā e quo titulo & prætatu illuc euocarē, &  
 ...quam grauit me aduocantes in hoc deciperentur. Atque hoc in causa  
 ...cur sollicitus & instatius ad Dominū clamarem, ne me ipse desereret.  
 ...in modum tamen me consolabatur, quod in ciuitate ad quam me  
 ...conterebam, Collegiū Societatis Iesu esset, quod verò essem in omnibus,  
 ...mihim inueniret, vt & hic erā, parere paratissima; hinc aliquo modo  
 ...ocura futura mihi videbar. Placuit autem Domino, nobilem illā matro-  
 ...per consolationes ita paulatim dolorē suū pellere, vt euidenter statim  
 ...has habere inciperet, & dolore pulso, quotidie magis & magis conso-  
 ...lationem admitteret. Magni porro hoc omnes faciebant; quia, vt dixi,  
 ...millia & dolor, quam maximè eam lancinabant. Et sanè verisimile est,  
 ...Dominum plurimorum bonorum, quos noui, precibus, quas pro me, vt  
 ...bene mihi res hæc succederet, fundebant, permotum hoc ei beneficium  
 ...oculū. Ad hæc, Deum ipsa quam maximè timebat, tantæque erat pie-  
 ...tatis, vt magna illius pietas & virtus suppleret id quod mihi deerat. Ma-  
 ...gno erga me amore affici cœpit, vt & ego erga illam, quod magnam  
 ...eā honorate m notare. Sed omnia penè ibi me cruciabant; nā quod lau-  
 ...dibus deique ab ea aleretur, valdè me affligebat; & quod tanto in pretio  
 ...haberet, in magno me timore continebat, & ita meticulosa anima mea e-  
 ...ra, vt se ipsa negligere non auderet. Ipse quoq; Dominus me nō negligere  
 ...toto illo tempore quo illic egi, perintignes mihi gratias cōtulit, qua-  
 ...m mihi libertate dabant, & quidquid videbam, ita me contēnere  
 ...ac quo plura videbam, eo magis omnia patui faciebam) vt eum  
 ...nobilibus matronis identide ea libertate agere, ac si ijs æqualis  
 ...erant, quibus tamē seruire sumo mihi honori ducere potuissē. Porro  
 ...conuincendū ibi lucrū feci, quod etiā ipsi indicare nō dubitavi. Videbā  
 ...illam

*Dolet qd e-  
 rubescit  
 quod bonū  
 opinionē de  
 se vulgo  
 haberent.*

*Consola-  
 tionem hu-  
 in Matro-  
 na aliorū  
 precibus ex  
 humili-  
 tate ascri-  
 bit.*

*Laudē eā  
 ibi haberi,  
 crux illi-  
 rat.*

Gg 2



illam tamen tam potentem, infirmitatibus & passionibus non magis subiectam esse quam ego, quamque omnis potentia parvi facienda est, quo illa maior est, quo etiam plus sollicitudinum & laborum mandatur. Magnates namque semper solliciti sunt, ut se iuxta statum suum omnibus gerant, & quomodo auctoritatem suam tucantur, quod nati-  
 ipis queream indulget; adhuc extra tempus & praescripta regulam praudent & conant (omnia namque pro status ratione fiant oportet, non prout naturae complexio & indoles exposcit) saepe etiam obsequium statui suo conformes, quam qui appetitui faciant iatis, debent condere.

Vnde factum, ut ille domicellaris & nobilium status plane nauseam mouerit: Dominus me ab omni dissolutione liberet & protegeret. Licet autem haec de illustrissimis regni huius sit, ita tamen humiliter ita teres ac rotunda, ut pauca esse credam, quae hac in parte eum mouerint: quare sortem eius miserabar, ut etiamnum miseror, quod sapere, contra quam naturalis inclinatio dicitur & suadet, quod & auctoritatem suam taceatur, agere videam. Ut taceam interea, quae parum famulis & ancillis fidere oportet, et si, quotquot ipsa haberet, boni & probi essent: non plus vni, quam alteri, loquendum est: is quem cariorem habes, odio quodammodo exterius est prolequenda. Talis autem haec seruitus & subiectio est, ut hoc vnum de mendacibus quae mundus loquitur, dum id genus homines Dominos vocat, cum uera, (ut mihi quidem videtur) sexcentarum rerum sint in animum dicit Domino, ut toto illo, quo illic egi tempore, domestici omnes meo Dei obsequio & cultu proficerent; efficere tamen non potui, ut nequam me difficultates exciperent, quae nonnullorum matronarum invidiam mirifice erga me affici videntium, odio & inuidia ortum habebat. Putabant fortasse, lucellum me aliquod captare: & forsitan Dominus permittente factum ut nonnullae mihi molestiae, tam hac in re, quam in id genus exhiberentur, nec a lauta illius tractationis, quam ab illa parte experiebar, illicitis in profundum voluptatum demergeret. Praeterea autem Domino, me ex omnibus, cum anima mea lucro & emolumento educere. Interea dum ibi agerem, venit illac forte fortuna honestior plus quidam Religiosus, quicum ante aliquot annos interdum egeram. Cum ergo in Ordinis, cuius ipse erat, monasterio, quod non procul a loco in qua agebam, distabat, sacrum audirem, quoddam mihi verum desiderium sciendi quis esset animae hominis illius (quem magnum Dei esse cupiebam) status: quare surrexi de loco, ut cum allocutionem haberem. Sed quod in oratione iam recollecta essem, hinc postea visum est, merum temporis dispendium fore, & quam ob causam

*Magnatibus  
seruitus  
quodam  
modo*

*Desiderium  
sciri quis  
esset status  
animae eius  
in istam  
Religiosi*



negotio immiscere vellem. Vnde iterum ad orandum me composui. Quantum memini, tertio sic resedi, & surrexi: sed tãdem plus bonus Angelus potuit, quam malus. Illum ergo iussi aduocari, qui me in quadã se-  
 te Confessionali est allocutus. Interrogare nos mutuo de vitã nostrã ra-  
 tione cepimus: iam enim multum temporis effluerat, ex quo inuicem  
 non videramus. Referre illi incipiebam, vitam meam miseris ac ærumnis  
 plenissimam fuisse: illi verò instanter à me petenti, vt, quãnam hæc affli-  
 ctiones essent, illi aperirem, respondi; eas nesciri à quoquã nec dici à  
 me oportere. Tam ille, cum Dominicanus, de quo apud eum mentio-  
 nem feceram, illas sciret, se, quia illo amico utebatur, haud difficulter  
 ex illo scire eas posse; quare nullam me in illis sibi aperendis difficulta-  
 tem facere debere. Tam parùm verò in potestate eius fuit, id instanter  
 ex me non petere, quàm in mea fuit (vt mihi quidem apparet) id ei non  
 petenti: nam et si semper tum cum ipso, tum cum Rectore quem dixi, non  
 nisi summa cum repugnantia & rubore, hisce de rebus tractarem; tunc  
 tamen nullam omnino in hoc difficultatẽ, quin imò magnam vice versa  
 consolationẽ sensi. Retuli id ei sub sigillo Confessionis: atq; is tum qui-  
 de, discretior & prudentior mihi esse videbatur, q̃ vnquã ante fuerat, esto  
 eum semper vt magni ingenij prudentiq; virum, suspexerim: respiciebã  
 ad præclara eius talenta & dona naturæ, quorum ope, si se penitus Dei  
 obsequio dedicasset, magnum in virtutũ studio profectum facere potuis-  
 set. Hoc enim, iam abhinc aliquot annis mihi per familiare est, nimirum,  
 q̃ neminem, qui mihi ob dona naturæ maximè placeat, videam, quin sta-  
 tum videre vellẽ, vt is se totum ad Dei obsequium applicaret; idq; tam ar-  
 deti desiderio & impetu, vt interdũ me retinere nequeã: & quanquã om-  
 nes quotquot sunt homines ei seruire optẽ; cum tamen illos, qui mihi præ-  
 alijs placeat, ei seruire desiderio hinc hocce desiderium sumo in me im-  
 petu ingruit, vnde quã instantissimè & feruentissimè pro ijs ad Dñm cla-  
 moro. Ita prorsus cum hoc quẽ dico Religioso, mihi factũ est: orabat quippe  
 is me, vt Deum pro ipso feruenter rogarem (q̃ tamen non opus erat mihi  
 dicere: nam ita iam tum disposita eram, vt non possem pro eo non orare)  
 vnde ad locum, in quo orationi sola in quiete insistere consueueram, me  
 contereus, incepti cum Dño, in summa mentis recollectione modo quodã  
 simplici & puerili (q̃ mihi valdè frequens est, vt quid dicam, prorsus ne-  
 sciam) agere: amor quippe loquitur, & anima ita alienata, & quodãmodo  
 extra se est, vt non aduertat quantum sit inter ipsam & Deum discriminẽ:  
 nam amor, quo se ab illius Maiestate diligi nouit, in causa est cur ipsa sui  
 obliuiscatur; imò verò putat, se in illo esse, & tanquam si Deus quod-  
 dam proprium & indiuisum illius bonum esset, stolidã quãdã proloquitur.  
 Hoc illi tum temporis dixisse memini, postquã multis cum lachrymis

*Arrianus  
 & mis-  
 rias suas  
 Religioso  
 eidem re-  
 fert.*

*Eius orin-  
 di modice.*

S.  
 Leresia

Opera  
 N. V. V.  
 186





ab eo quam enixissimè postulassè, vt animam hanc totaliter ac reuera inter seruos suos cooparet. Nam esto eum vt bonum virum exillimarem, satis tamen id mihi non erat; sed volebam vt perfectus & optimus esset, vnde sic ad Dominum clamaui: Hanc mihi gratiam negare non debes Domine, respice illum, obsecro; aptus est enim & conueniens, vter amicis coopretur. O ingentem Dei bonitatem & humanitatem, quod non tam verba, quam desideria & voluntatem qua illa proferuntur, tuetur; quique non indignatur aut succenset, quod talis, qualis ego sum, Maiestatem eius tam audacter alloquitur: sit ipse in aeternum bene dicitur.

*Magna eius afflictio orta ex eo quod dicitur: nunc est in Dei gratia.*

Memini me ea ipsa hora, qua noctu illam orationem fundebam magna angustia & pressura spiritus oppressam fuisse, inde orta quod cogitarem, num in Dei amicitia essem, quod autem certo scire non possem, num in eius gratia essem nec ne (nō quod hoc scire volebam; mori quippe maluissimè quā talem vitam ducere, in qua non poterā certa esse, tuane essem an non; nulla quippe mors tam mihi grauis esse poterat, quā reputare num fortè Deum offendissem) & me hoc non parū angeret, rogabam ipsum, ne hoc vlla ratione permitteret, idque magna quadam iuuauitate & lachrymarum copia. Tum verò intellexi, non esse quod me propterea torquerem, sed posse confidere, me in illius gratia esse: nec enim non potest, vt anima qua tali Deum amore prosequitur, tales quoque ab eo gratias & experientias recipit, sibi persuadeat, se in lethali peccati statu existere. Certa me spes & fiducia exinde tenuit, Dominum mihi id indubitatè concessurum, quod illi homini ab eo postulabatur. Aiebat, vt quaedam illi verba dicerem: sed hoc mihi permolestum erat, quod quomodo ea illi dicerem, nescirem. Hoc quippe, aliquid videlicet alicui tertio significare, praesertim ignorante me, quam in partem is hoc me accepturus esset, & num forsitan nec exploratus, mihi semper durissimum & grauissimum videtur. Valdè quidem quoad hoc anxia eam, Dominus tandem ita apud me firmiter resolui, vt (prout mihi quidē videtur) Deo pollicita sim, omnimodis illi me ea diciturā, sed quia valde crebescerē, scripto verba illa comisi, eique tradidi. Liquido apparebat, hanc re à Deo venire, ex eo quod in eo operabatur: valdè enim sic apud eum proposuit, totum se orationi dedicare, id ipse propositum quantum executioni non mandaret. Sed cum Dominus eum ad se attrahere cuperet, quasdam ei veritates per me significari voluit, quae & etiam inchoata ita conducibiles fuere, vt ipsemet nō parū miraretur. Crediderim Dominum eū sic paulatim disposuisse, vt hoc pacto is sibi persuaderet, has ab ipsius Maiestate prouenire: & esto ego miserima esē, ac dentissimè tantum Dominum rogabā, vt eū penitus ad se attrahere, eiq; voluptatū, atque omnium vitæ huius rerū contemptū indere dignaretur: quod ille ita respicebat.



est executus (quo nomine sic Dominus in æternum benedictus) vt, quotiescunque me alloquitur, velut percussa obstupescam; &, nisi oculis ipsi meo vidissem, credere vix possem, Dominum sic et suas tam breui tempore gratias adauxisse, & sic eum ad se attraxisse, vt iam ad nullam omnino mundi huius rem viuere videatur. Dominus eum corroboret: si enim hoc pacto pergat (vt eum perfecturum in Domino spero; nam in sui ipsius cognitione insigniter & solide fundatus est) haud dubiè de selectissimis ipsius famulis, & ad multarum animarum vtilitatem futurus est. Breuissimo enim tempore permagnam rerum ad Spiritum spectantium experientiam est consecutus: hæc quippe sunt dona, quæ Dominus, & cum vult, & quomodo cumque vult, dare solet: neque hoc in ipsa temporis diurnitate, aut obsequiorum præstitorum magnitudine situm est. Non tamen dico, hæc nihil omnino ad hoc conferre; sed Dominum subinde his post viginti annos contemplationi iugiter impensos non dare, quod alijs dat in vno. Nouit scilicet Maiestas eius, quare id non faciat; vnde grauiterramus, cum credimus, nos ob plurimos annos contemplationi impensos ad cognitionem eius debere venire, quod sine experientia nullo modo haberi potest: & hinc est, quod, vt dixi, plurimæ errent, quod cum Spiritu non habeant, eum nihilominus habere vident. Non dico autem, eum, qui spiritu caret tamen doctrinâ valet, nõ debere dirigere illos qui spiritum habent: sed, illum tam quoad exteriora, quam interiora, in rebus naturalibus quidem, iuxta rationis & intellectus dictamen, in supernaturalibus verò iuxta sacræ scripturæ normam se conformare debere. In reliquis autem nec caput suum torqueat nec intelligere se putet quod minimè intelligit, nec spiritus suffocet: nam hi quantum ad hoc, iam tum ab alio maiore Domino gubernantur; neque enim Domino vel superiore carent. Non ergo plus nimio hoc miretur, aut hæc impossibilia esse putet (Domino namque omnia possibilia sunt) sed fidem corroborare, seque humiliare studeat, cum videat, Dominum fortasse vultam quandam hæc in scientia penitentiorem versatoremque; facere, quæ se, esto bene doctus & sapiens sit: hæcque humilitate, tum alijs animabus, tum sibi plus proderit, quam se contemplatiuum venditando, cum tamen talis non sit. Nam iterum dico, nisi experientiam habeat & maximam humilitatem; quæ sibi persuadeat, se nihil hic intelligere, non propterea tamen id impossibile esse, & ipse valde parum lucrabitur, & etiam faciet vt is quæ dirigendū habet, minus proficiat: at si humilis sit, certò hæc promittere potest, non permisurum Dominum, vt aut ipse, aut alius decipiantur.

Hic ergo Religiosus, hæc humilitatis virtute à Domino multis in rebus accepta, in hæc se, quæ sibi possibile fuit, materia perficere studuit, quia

S.  
heresia

opera  
N. V. V.  
156

*Errat qui se per longam meditationem temporis intellectu vos sperant quod non nisi per experientiam intelligant.*



*Bonum est  
ab alio in-  
quirere  
quod ipse  
non misit  
24.*

quia doctrina valet, & quod non habet per experientiam, hoc desunt illam habentibus; Dominus quoque eum iuuat, magnam illi fidem dando, itaque tam sibi, quam alijs nonnullis (inter quos & ego sum) profuit. Cum enim Dominus nosset, quæ mihi difficultates instarent, aliquos ex illis qui me regerent ad se rapere vellet, prouidit (ut quidem apparet) alij ut reliqui essent, qui me in multis difficultatibus adiutarunt, mirifice profuerunt. Dominus penitus eum immutauit, adeo ut se ipse quodammodo vix norit, & ei corporale robur, quo antè caruit, ad utilitates subeundas dedit, cumque antea debilis esset, ad omne quod bonum est, vegetus & animatus factus est, ut alia plurima taceam. Vnde liquet, hanc valde singularem Dei vocationem fuisse: sit ipse in æternum benedictus. Omne porro bonum hoc ei, crediderim promanare à domino, quæ Dominus illi in oratione contulit, quod hæc ei non leuiter ac vane in summa cute adhzreant: nam aliquibus in rebus Dominus id ad oculum videri iam voluit: etenim ipse, velut vi facta, omnia perumpit, tamquam qui iam penitus & intime cognouit, quantum meriti in perfectionum tolerantia situm sit. Ipsa (quæ Dei potentia est) confido forte, eum ut ope ingens, tum nonnulli fratres Ordinis cuius ipse est, tum etiam quod vniuersus bonum consequatur. Hoc iam tum ad oculum apparet accipit. Ego quippe notabiles quasdam visiones habui, in quibus multo Iesu declarauit, quæ sanè admirationem merentur, nec non de alijs quibus Ordinis Prædicatorij viris, ac singillatim de vno, cui Dominus iam suo progressu etiam quædam aperuit, quæ antè de eo è Domino intellexeram. At de illo, quo de in præsens loquor, plurima mihi in visionibus uelata sunt. Vnam tantum rem modo referre hic volo: cum quodam tempore cum eo, certo quodam in loco locutioni destinato, agerem, animam a se auertit, ut propè à me ipsa deficerem: nam Dei potentiam considerabam, videns, quomodo in tam breui tempore animam quamdam ad tam sublimem statum euexisset. Magnum sanè is mihi tum patere incussit: quod viderem illum, magna cum humilitate, me de rebus nonnullis ad orationem spectantibus agentem, audire: sed quia illa me per exigua erat, quod nempe ita liberè cum id genus hominibus agerem, hanc sanè libertatem meam Dominus benignè tolerasse debebam ardens meum, quo illum magnos in rebus spiritus progressus facere aspicebam, desiderium. Ita porro illius mihi conuersatio & commercium profuit, ut is nouum quemdam in anima mea ignem indidisse videatur, quod me inflammaret, ad Domino velut de nouo seruiendum.

Quid non agit, ô bone Iesu, anima tuo amore inardescens, quæ sanè eam nos facere oporteret, & quam Dominum ferio rogare, ut



qua in vita hac conseruare dignetur! Imò quisquis eundem amorem in se  
sentit, id genus animabus semper adherere, & quocunq; locorum, si  
sibi possit, sequi eas deberet.

Ingens sanè agroti felicitas est, in alium quempiam incidere, qui ex  
eodem morbo decumbit; estque illi non mediocri solamen, quòd suo in  
malo socium habeat: hi namque inuicem non parùm, tum in patiendo, tũ  
tũ in merendo profunt. Etenim, qui parati sunt mille pro Dei amore  
vitas exponere, mirè inuicem iuuant & suffulciunt, imò occasiones sibi  
distingunt, in quibus sæpè vitam pro amico exponant. In quo militi-  
bus periculosi sunt, ideo bella oriri optantibus, vt spolia ex hoste re-  
ferant, itaque ditescant, norunt quippe aliã se via ad opes peruenire non  
posse. Horum manus & partes sunt, strenuè laborare. Quàm porro  
magnum id sit oportet, in quo Dominus lumen dat, quo quis videat & in-  
telligat, quantum sibi meritorum & fructuum, quid pro eo patiendo, cõ-  
pare non ante bene id intelligitur, quam omnia propter illum deseran-  
tur, qui enim alicui rei adheret, satis is indicat, illam se aliquo modo ma-  
gnificere; si autem aliquo modo magis faciat, graue illi & molestum sit  
necesse est, illam deserere: imò, quidquid facit, id & imperfectum est, &  
velut perditum: atq; bene hic locum habet commune illud prouerbium,  
perditum illum esse, qui perditum sequitur. Quænam autem maior dari  
lingue perditio, cæcitas, aut miseria potest, quam magni æstimare id  
quod in se nihil est.

Sed vt ad propositum meum reuertar, ingens sanè in animo meo gau-  
dium senti cum animam illam viderem; nam videbatur Dominus velle,  
vt ego ingentes illos thesauros, quos ei communicauerat, cernerem;  
deum enim viderem gratiam quam mihi contulerat, quod nimirum id  
inimiculo & ope mea fieri voluerit, ad quod me profus indignam  
agnoscebam: atque hoc in causa erat cur datas ei à Deo Opt. Max. gra-  
tias matori ipsa in pretio haberem, ac plus ob eas ei me debere crederem,  
quam si mihi factæ essent, maximalque DOMINO agerem gratias,  
volens, Maiestatem eius voto & desiderio meo iam tum incipere  
laus facere, & preces meas exaudisse, quibus nimirum ab eo petieram, vt  
hominum diuitos excitaret. Cum ergo anima mea sic constituta esset, &  
traxit in se gaudium amplius ferre non posset, extra seipsum egredie-  
batur, seque perdebatur vt amplius lucraretur; illas item considerationes  
conturbabat, nec non diuina illius linguæ, qua Spiritus sanctus loqui vide-  
batur, auditum; statim vero magna me extatis & raptus, qui mihi om-  
nem penè sensum adimebat, etli id diu non duraret, occupauit. Videbam  
namque Redemptorem nostrum Christum in maxima Maiestate & glo-  
ria, magna gestientis & gaudentis animi, ob id quod ibi cõtingebat, signa  
dantem

S.M. Teresa Opera.

Hh

dantem

*Ille perdi-  
tus est qui  
perditum  
sequitur.*

*Videt Re-  
demptorẽ  
nostrum  
Christum.*

S.  
Teresa

Opera  
in VIII  
libris



dantem; & hoc ipse mihi etiam indicabat, volebatque me ad oculum dēdere, se in huiusmodi colloquijs & conuersationibus semper præse- adesse, quamque sibi gratum sit, quod homines ita de ipso loqui possent.

*Alia vi-  
fo.*

Alio tempore videbam, quomodo hunc ipsum Angeli magnæ gloria eleuarent, etsi tuæ temporis longè à loco, in quo ipse agere distica essem: è qua uisione collegi, animam eius insignes pro- sus facere. Et reuera ita erat: nam cum illi quidam, cui ipse ante- neficium insignè contulerat (eius quippe honori & animæ quam me- mē consuluerat) enorme crimen, ob quod eius honor non parum pe- clitabatur, etiam productis testibus affingeret; hanc ipse tamen cal- niam grateranter lætoque animo sustinuerat. Vt taceam quod & alia- opéra ad Dei honorem fecerit, & adhuc alias iniurias & persecutiones- quamimter tulerit. At plura referre minimè mihi in præsens conuer- videtur; nihilominus si R. V. secus videatur (quando quidem ea nec postea illa, ad Dei honorem & gloriam referri poterunt.

*Prophetia  
omnes  
quas præ  
dixit ad-  
impleta  
sunt.*

Omnes potro quas hætenus retuli, de isthoc monasterio præ- ctiones, nec non & eæ quas adhuc tam de illo, quam de alijs ip- sum commemoratura, exactè adimpletæ sunt; inter quas nulli- nullæ triennio antè, aliæ amplius, aliæ etiam minus, quam vulgo immo- cerent, à Domino dictæ sunt. Semper autem eas Confessario meo, non amicæ illi meæ viduæ, qua cum loqui poteram (vt dixi) dedica- hanc autem sciebam eas alijs aperire solitam; & hi norunt me acur- mentiri. Et Deum venerans precor, ne me vmquam de vlla re, medi- tanti momenti negotijs aliter, quam ipsa veritas loquendum suadet, qui finat.

*Reuelatur  
ei sororem  
suam re-  
pentina  
morte mo-  
rituram.*

Cum de sororijis meis quidam subita morte sublatu esset, valdè me angebat, eo quod Confessionem instituendi tempus ei- fuisset, inter orandum mihi reuelatum fuit, etiam sororem meam rep- tina morte morituram; vtq; me ad illam conferrem, ac qua poteram- peram darem, vt ad mortem se disponeret. Dixi id Confessario meo- sed quod ille me abire vetaret, idcirco idem mihi & denuò signifi- tum fuit: quod ille audiens suauit eo me conferrem, nullum quippe- de mihi damnatum secuturum. Illa tum quidem in pago commemorata- Illuc ergo cum venissem, nec itineris tamen mei causam ei aperire- qua potui illam in omnibus edocere & illustrare conata sum, & vultu- fui vt sæpius confiteretur, exactamque animæ suæ rationem habere- quod etiam præstitit, quia per se bona & pia erat. Quatuor autem- quinque annis postquam illam sæpius confitendi, & super confite- suam seriò aduigilandi consuetudinem assumpsit, nemine præsentem-



etiam confessione instituta, ex hac vita abrepta est. Bene ei cecidit, quod (quia id ita iam consueverat) non nisi octiduum aut circiter, ab vltima eius confessione elapsum esset. Mirum in modum gauisa sum, audiens illam ex hac vita decessisse. Ceterum valde paruo tempore in purgatorio fuit. Vix enim octiduum præterierat (vt mihi videtur) cum mihi, statim à sumpta communione, Dominus apparuit, meque videre voluit, quomodo eam ad cælos deduceret.

Iam inde ab eo tempore, quo mihi Dominus id declarauit, vique dum ipsa moreretur, nunquam, quod mihi dictum erat, oblita sum, vti nec localis mea, quæ mox vt illam obijisse comperit, ad me venit, mirata cum omnia quæ dicta erant, ita exactè adimpleta vidit. Sit Dominus in æternum benedictus, qui tantam animarum, ne pereant, curam gerit. Amen.

## CAPVT XXXV.

COEPTAM DE FVNDATIONE MONASTERII GLORIOSI P.

*Sancti Iosephi narrationem prosequitur: simulque declarat, quibus Deus monasterium sanctam in eo paupertatem seruari iusserit: ac qua de causa à nobili illa matrona recesserit; nec non alia quæ sibi contigerunt.*

INTERIM verò cum apud eam quam dixi mulierem agerem (egit autem plus quam medio anno) Domino faciente contigit, quamdam Ordinis nostri monialem, quæ plusquam septuaginta leucas ab hac ciuitate distabat, mei notitiam accipere; vnde non dubitauit huc ad me excurrere, non verita aliquantulum de via desletere, quo in mei colloquium veniret. Mouerat illam Dominus, vt aliud quoddam Ordinis nostri monasterium erigeret, idque eodem anno & mense, quo me ad natiuitatem facendum excitat: hoc autem desiderio & proposito concepto, vendidit cuncta quæ possidebat, & nudipes Romam, quò confirmatorias litteras impetraret, abiit. Mulier est austeræ vitæ & orationis studio mirè addicta, quin & Dominus insignes ei gratias præstitit: Deipara quoque Virgo ei apparsit, iussit vt rem quam meditabatur, executioni mandaret: tanto porro me in Dei famulatu antecurre-

*S. M. Humilis.*

hæc interuallo, vt coram illa comparere erubescerem. Ostendit mihi litteras confirmatorias, quas Româ attulerat, & quindecim dierum illorum quibus apud me fuit, spatio inter nos deliberauimus, quomodo hæc monasteria nostra conderemus. Antequam autem illam cõuenissem, nunquam hactenus in an die, regulâ nostrâ, priusquam relaxata esset, vetari, ne quid proprium Moniales haberent: hinc etiam intentio mea nõ fuerat, vt isthæc

H h 1

mona-

S.  
LITRESIA

Opera  
N. V. V.  
186



*Paupertas bona.*

monasteria sine vlllo censu fundarentur; hoc enim spectabam, vt nulla rerum ad vitā ducendam necessariarum sollicitudine distinerentur, non aduertebam, quantum sollicitudinis curarumque hæc bonorum temporalium possessio ac proprietas secum traheret. Sed sancta illa mulier, vt pote à Domino edocta, id valdè benè intelligebat (esto legens artem non calleret) quod ego lectis & relectis toties Constitutionibus nostris, adhuc ignorabam. Quod cum illa mihi dixisset, mirè id mihi placuit; licet aliquantulum metuerem, Superiores id mihi non permitterent, sed stultè inepteque me agere dicturi essent, ac veratim quid aggrederer, quo alijs occasio scandali, & crucis essem. Etenim si ego sola fuisset, rem statim sine mora executioni mandassem; quod

*Paupertas seruans de desiderium habet.*

imò magnæ voluptati mihi erat, de Domini nostri Iesu Christi consilijs exactè seruandis cogitare: eius quippe Maiestas ingens paupertati seruandæ desiderium iam tum mihi inspirarat; ad eò vt (quantum eodem ad me spectabat) minimè dubitarem, quin hoc longè optimam esset ac consultissimum. Iam enim abhinc multò tempore desideraueram vt meus mihi status permitteret, victum, & omnia necessaria, omnia propter Dei nomen mendicare, imò nec domum aut aliud quid habere sed verebar, ne reliquæ, si fortè Dominus hæc illis desideria non miseraret, propterea turbarentur, & hoc distractionis alicuius illis occasio foret. Videbam namque etiam nonnulla monasteria censu carcerarum recollecta & quæta esse; at non considerabam, paupertati ipsam in causa non esse cur inquieta essent; sed vice versa, inquietudinem in causa esse, cur necessarijs destituerentur, & in paupertate essent: nam nec per inquietudinem ditescunt, nec vniquam deseriunt eum qui se serio & ex corde diligit. Demum fides mea exigua & debilis erat, & illius famula Dei ingens & valida. Sed licet ipsa, in omni re per diuersorum sententias audirem & inquirerem, nullum tamen tamen mihi, qui huius opinionis foret, nec Confessarium nec vllum è viris doctis quos identidem consulebam: etenim tot mihi rationes adducebantur vt, quid actura essem penitus nescirem: nam cognito iam, paupertati ab ipsamet regula præscribi, eamque seruare maioris perfectionis planè inducere in animum meum non poteram, vt annuos census numerem. Et licet subinde suis me argumentis conuincerent, mox carere ad orandum me conferebam & Christum in cruce positum ita pauperem & nudum intuebar, diuitiarum possessionem aqua mente admittere non poteram: multis ergo cum lachrymis illum identidem rogabam, ut disponeret, vt simul eum ipso me pauperem & egenam viderem. Tanta autem in reddituum possessione difficultates & incommoda nulli occurrant, quin in eò tantam inquietudinem, nec non distractionum causa

*Ad annuos census percipiendos perducit magnis.*



eos esse videbam, vt assidue cum viris doctis de illorum admissione con-  
certando disputarem. Vnde super hoc negotio ad Dominicanum illum  
scripti, qui rem nostram agebat, qui litteris meis respondens, suam de hoc  
negotio opinionem, qua meam refutabat, aperuit, eamq; argumentis &  
rationibus Theologicis confirmavit, quibus duo chartæ folia repleuit, &  
quod mihi melius eam persuaderet, serio se rem hanc excussisse, & maturo  
iudicio aiebat expendisse. Cui rursus respondi, me, ad vocationem meâ,  
& votum paupertatis, quod professâ erâ, nec non ad Christi Domini con-  
silia, ea qua oportet perfectione, non sequenda, nolle Theologicâ scien-  
tiâ, nec petere vt hoc in casu per doctrinam suam mihi gratificetur &  
trauet. Summopere vero gaudebam, si quem inuenirem, qui mihi hac  
in causa patrocinaretur. In quo peregre iam mihi operam præstitit no-  
bilis illa matrona apud quam commorabar. Multi quidem initio opi-  
nionem meâ suffragabantur, meque bene facturam aiebant; at postea, cum  
eam penitus examinarent, tuta in ea notabant incommoda, vt eam iam  
diffidere, & cõtrarium suadere omnimodis conuincerentur. Quibus ego  
replecabam, cum ipsi tam citò à sua sententia discederent, & aliam iam  
propugnarent, me priori velle adherere.

Hoc ipso tempore, disponente scilicet Domino, factum vt Pe-  
trus de Alcantara, sanctus ille vir, rogatu meo ad ædes matronæ huius  
veniret (nunquam quippe ipsa sanctum virum viderat) quod autem  
hic, vt ipse insignis paupertatis amator, & ad multos annos indefessus  
cultor, quantus in ea thesaurus lateret, perspectissimum habebat, non  
parum me isthoc in negotio iuuuit, & quam potuit enixissimè præcepit,  
vt in paupertatis patrocinio & causa tuenda animosè pergerem, nec vn-  
quam deficerem. Hac auditâ sententiâ & patrocinio, puta eius, qui,  
quod magnam rei huius habebat experientiam, optimè eam nosse po-  
terat, mecum statui nullius exinde amplius super opinionem sciscitari.  
Cum autem die quadam hocce negotium Domino in oratione mea eni-  
xè commendarem, ipse mihi apparens mandauit, nullatenus vt omitte-  
rem, monasterium sine omni censu & in paupertate fundare, hanc nem-  
pe & Patris sui cælestis & suam voluntatem esse, teque mihi auxilio suo  
ad futurum: factum hoc est in raptu, tantis tanquæ potentibus cum ef-  
fectibus, vt ambigere nequam possem, quin hoc à Deo proueniret. A-  
lio tempore mihi dicebat, in reditibus annuis sitam esse confusionem; nec  
non alia multa in paupertatis laudem assererebat, & certò mihi confir-  
mabat, ei, qui ipsi ex toto corde seruiret, rerum ad vitam necessariarû ni-  
hil vniquam defuturum; vnde & ipsa (vti dixi) nunquam verita sum, ne  
quid mihi deesset. Quin & postea præsentati illius, Dominici in quâ il-  
lius, quem antè nuni, ne sine censibus certis monasterium fundarem,

H h 3

dixi

S.  
heresiaOpera  
N. V. I.  
156*F. Petrus  
de Alcan-  
tara sua-  
det ei vt  
paupertatē  
implectē-  
retur.**Dominus  
dicit esse  
voluntatē  
suam vt  
monaste-  
rium cense-  
reatur.*



dixi scripsisse, cor Dominus immutauit. His ergo auditis, nec non talium virorum in hoc negotio opinionibus mihi suffragantibus, ita iam tum animo meo gestij, vt omnes totius mundi opes sola possidere mihi videretur, cum elemosynis & mendicatio viuere in animum induxi.

Hoc ipso tempore Prouincialis meus me relaxauit à præcepto & obedientia, quo me apud Domicellam illam ad tempus esse iusserat, & berumque mihi reliquit, aut inde abire si vellê, aut ad certum adhuc spiritum ibidem manere. Hoc autem intra tempus, in cœnobio meo noua Præpositæ facienda erat electio, intellexi autem, multas mihi hoc imponere statuisse. Ad eò porro, vel de eo cogitare erat mihi graue, & omnigena tormenta & martyria propter Deum quam libentissimè perferre haud difficulter in animum meum inducerem, vt autem illud munus susciperem, nullatenus à me ipsa impetrare possem. Nam vt mihi de onere & labore, quem munus hoc secum afferebat (erant enim multæ moniales) dicam, & alia multa ob quæ nunquam dignitatem aut cœnobium aliquod desiderauit, sed semper qua potui subterfugi, omittam; resdens in eo mihi conscientia offendendæ periculum contineri videbatur, vnde Deo gratias egi, quod ibi tunc præsens non adesset. Scripta ad hæc sodalibus & charissimis meis, ne quod pro me suffragium, in hac electione darent.

*Grave ei est vel de præpositura suscipienda cogitare.*

*Dominus iubet illam redire & magnam ei prædicat crucem.*

Cum itaque mihi me ipsi congratulans, gauderem, quod extra illum strepitum iam in tuto essem, ait mihi Dominus, nullatenus omittes illuc me conferre; & cum crucem desiderarem, insignem mihi illi parari; hanc proinde ex humeris non excuterem, sed animose illuc pergerem, & quidem quam citissimè; se vero mihi præstò & subsidio futurum. His ego auditis, valde me afflixit, lacrymis identidem me conficiens; per crucem siquidem hanc regimen ac præposituram purabant denotari; quam vt iam dixi, nullo modo mihi persuadere poteram, animæ meæ vtilem aut consentaneam fore, nec aliquod argumentum inuenire, quo ad eam suscipiendam possem induci. Confessario proinde meo rem totam aperui, qui, vt quantocyus illuc abirem, mihi iniunxit, quidò eni impatere, maiorem in hoc perfectionem contineri. Sed, quod distenti per eos dies calores essent, & satis tempestiuè adesset, si adesset cum facienda esset electio, suasisit vt ad aliquot dies iter adhuc differret, ne quod valetudini meæ damnum profectio hæc adferret. Sed quia Dominus rem aliter ordinauerat, hinc eam executioni mandari oportebat, nam inquietudo, quam in anima sentiebam, tanta erat, vt orationi vacare non possem; quin imò refragari & reluctari mihi videbar rei quam mihi Dominus tam manifestè iniunxerat, & nolle, quod ibi quietè agerem, lauteque haberer, labori me offerre; adhuc omnia mea cum Deo



nisi verba esse: deinde, cur, cum in loco esse possim, ubi maioris perfe-  
 ctionis habenda esset occasio, eo me conferre negligere; & si sibi mo-  
 ri me contingat, parum id referre. Insuper grauiissimam in anima  
 angustiam sentiebam; Dominus quoque mihi omnem, quam inter  
 orandum sentire solebam, suauitatem gustumque ademerat. Denique  
 ita constituta eram, tantumque introrsum tormentum sensi, vt Do-  
 minam illam rogarem, bona vt illius cum venia mihi domum abire  
 liceret: quia iam etiam Confessarius meus, visa mea amaritudine, vt abi-  
 rem me monuerat: eodem enim modo eum Deus interne mouebat, quo  
 me. Ceterum Matrona illa audito, me abitum adornare velle, ita pro-  
 pterea est contristata, vt hoc ei velut tormentum & crux fuerit: nam  
 magno illa hæc mea apud ipsam commoratio labore & importunis ap-  
 pud Provincialem precibus constiterat. Equidem vt singulare benefi-  
 cium sum interpretata (ita discessum meum ægrè ferebat) quod disce-  
 dendum mihi copiam faceret: sed, quia Deum timebat, ac discessum meum  
 ad magnam eius gloriam tendere posse dicebam, nec non alia id genus,  
 spemque illi faciebam fieri forsitan posse vt denudò ipsam inuiserem, tandem  
 in abitum, licet non sine magna difficultate, consensit. At ego nullam  
 potius, ab ea discedendo, sensi; etenim maioris id perfectionis opus  
 & ad Dei honorem tendens, esse cum viderem (eò quod ei placere,  
 eiusque voluntatem, per omnia facere mihi longe gratissimum sit)  
 illam quæ à parte mea in Matrona hac (quam abitum meum tam  
 molestè ferre videbam) nec non alijs plurimis, quibus permul-  
 tis nominibus obstricta eram, ac præsertim Confessario meo, qui  
 de Societate Iesv, & ad genium & gustum meum erat, deserendo,  
 esse poterat, acerbiter ac molestiam facile superauit. Sed quò plus  
 consolationis propter Dominum me videbam dimittere, eo plus gau-  
 dij ex eius dimissione sentiebam. Hoc quomodo fieret, intelligere  
 plane non poteram; etenim manifestè duo hæc contrariantia in me no-  
 tabam, gaudium inquam, solarium & iucunditatem ex eo quod me in  
 anima torquebat & cruciabat: eram quippe apud Domicellam bene ac  
 quæta, insignemque ad multas horas orationem meam extendendi com-  
 moditatem habebam: inde autem descendendo, velut in ignem accen-  
 sum vltro prorueret mihi videbar: iam antè enim mihi dixerat Domi-  
 nus, me ad crucem ingentem abire (esto eam tantam fore nunquam  
 parauit, quantam postea fuisse comperi) Nihilominus hilariter iter  
 suscepi, indoluique quod etiam tam diu certamen ac crux differretur,  
 cum tamen ad hanc à Domino euocarer: atque idcirco Maiestas eius  
 mihi vires & robur suggerebat, meamque infirmitatem corroboraba-  
 bat. Hoc, inquam, qui fieret, penitus intelligere non vale-  
 bam,

*Volupte illi  
 erat conso-  
 lationem  
 relinque-  
 re.*

S.  
heresia

Opera  
in VII  
166



bam, sed hæc similitudo mihi hic in mentem veniebat: si videlicet, mihi  
 pretiosum aliquod monile, aut aliud quidlibet, quod mihi gratissimum  
 esset, possiderenti diceretur, aliquem piam, quem maiore quam me ipsam  
 more prosequeretur, & cui complacere longè mihi carius esset, quam me  
 ipsius recreatio ac voluptas, illud ambire ac desiderare; longè mihi haud  
 dubiè iucundius esset iam illo carere, quam ante erat possidere, quo am-  
 co illi gratificarer: & quia hæc ei gratificandi voluptas meam in possi-  
 dendo voluptatem longè excedit, hinc est, quod monili, aut alia illius  
 quam diligo, carere, aut quam inde percipiebam voluptatem si ultra  
 mihi haud graue sit. Ad eò ut etiam voluissè agere & dolenter fieri  
 quod eos deserere debebam, quibus discessus meus tantum doloris affe-  
 rebat (cum alioquin ipsa ex natura mea ita grata & beneficiorum re-  
 gnoscens sum, ut hoc ipsum solum alio tempore nimis satis fuisset ad  
 vehementissimè deijciendam & affligendam) in præsentem tamen calami-  
 tristari aut affligere me profus non poteram. Tantum porro benefici-  
 huius monasterij interfuit, me vel ad diem vnum iter non distulisse, et  
 diutius illic hæsissem, plane nesciam quomodo negotium hoc ex voto  
 feliciter confici poruisset.

*Dominus  
 ei reuelauit  
 se de  
 mo S. Iose-  
 phi dele-  
 clari.*

O singularem Dei magnificentiam! Sæpe mecum ipsa maior, quam  
 do eam considero, & video quam me singulari quodam modo illius Ma-  
 iestas adiuuare dignata sit, quo hic Dei angelus tandem fundaretur  
 perficeretur: verè enim Angelum & domum Dei esse mihi persuasit  
 in qua videlicet Maiestati eius bene complacet, ut ipsi mihi semel in  
 orandum reuelare ac dicere dignatus est, scilicet, domum hanc sibi re-  
 paradisum deliciarum esse, vnde & animas, quas huc adduxit, illius Ma-  
 iestas, peculiari modo selegisse videtur, inter quas ego magna cum  
 ipsius confusione, viuo; nam tales, quales tanta vita austeritas, pau-  
 & orandi studium, quæ nobis proposita sunt, & hic obseruantur, re-  
 rebat, ne optare quidem potuissè; & hæc ipsa onera tam hilariter  
 iucundè perferunt ut nulla non se indignam reputet, quæ ad tale ma-  
 vocari locum meruerit, ac præsertim illa, quas de vanitatum pompis  
 mundi (in quo, prout leges ferunt, deliciis affluere, & commoditate  
 corporeis redundare poterant) medio Dominus euocauit: sed hæc  
 delicias Dominus ita duplices reddidit, ut ad oculum videant, & ce-  
 plum ipsis à Domino redditum esse pro vno quod reliquerunt, & Ma-  
 iestati eius infinitas agere gratias nunquam desinunt. Alias porro  
 altiore perfectionis gradum euexit, & è bonis reddidit meliores.  
 nioribus verò robur dat, & intelligentiam, tum ne quid aliud deli-  
 re possint, tum ut liquide perspiciant, longè, etiam quoad vitam  
 temporalem & terrestrem, quietius ac tranquillius esse, ab omnibus



hinc rebus sequestrari ac diuelli, quam ipsas possidere. Senioribus denique ac morbidis dat vires; & quidem tales ipsis dedit, vt omnem austeritatem & rigorem penitentiae non minus quam iuniores & valentiores sentire queant.

Quam, o Deus meus, euidenter ostendis potentem te esse! non est autem quod rationes conquiramus ad id, quod tute vis: quippe supra omnem rationem naturalem res quaslibet ita possibiles & factibiles reddis, satis vt ostendas, nihil, quo omnia facilia reddas, amplius desiderari, quam vt te serio sincereque diligamus, & propter nomen tuum vtroumque omnia relinquamus. Vnde bene apteque hic dicere possumus Domine, te laborem in lege tua fingere; nullum enim ipsa in eo video; & nescio, quomodo, quae ad te conducit via, arcta & angusta dici possit: imo vero, video esse regiam viam ac latam, non autem semitam; & quidem talem, vt qui ex animo & prout oportet eam incunt, longè ambulant securius: nulla quippe in ea occurrunt praecipitia, nulli scopulorum ambulanti cespitare faciunt, cum procul ab ea absint peccandi occasiones. Semitam autem, & scabrosam quidem & arctam, illam voco viam, quae hinc quidem profundissimam habet vallem, in quam viator prolabatur, illinc verò præruptum & saxosum praecipitium, è quo, si quis vel modicum sui obliuiscatur & obdormiscat, quamprimum praecipit ruit, & fracta ceruice disperit. At qui te, Domine, bonum mecum, sincerè amat, velut per amplam & regiam viam, secure incedit, longèque ab omni abest praecipitio; & si vel paululum cespitaue- rit, tu ei labenti quamprimum benignissimè dexteram porrigis: vnus autem alter lapsus satis non sunt, ad totale ei exitium afferendum, si modo te, & non ea quae mundi huius sunt, diligit; quod per vallem humanitatis incedat. Nescio quid sit, quod perfectionis viam inite, multi tunc reformident: Dominus Deus pro ea qua est bonitate, declarare nobis dignetur, quam infida & noxia, in tam apertis & manifestis periculis qualia sunt, communem hominum in viuendo consuetudine sequi) sit securitas, & è contra quomodo vera & sincera securitas, in terra ad in- honores in via Domini progressus faciendos contentione sita sit. Quocirca in ipsum oculos nostros conijciamus, & non erit cur timeamus, vt nobis Sol iste iustitiae occidat, nosque in tenebris & densa nocte ambulare sinat, quod in interitum ruamus, nisi ipsi eum primo relinquamus. Non verentur in medio leonum, qui aliud ( vt quidem videtur ) non quaerunt, quam vt suam quisque raptantes partem, nos frustratim discerpant ( quales sunt honores, voluptates, & alia id genus deliciae, prout quidem eas mundus appellat, atque hic quidem per telas aranearum cacodaemonum vitam videtur incutere ) ambulare. Millies mecum ipsa miror, &

*Vt omnia  
facilia  
sint, solum  
Deus a-  
mandus  
est.*

*Vnus autem  
alter la-  
psum satis  
non sunt  
ut pereas  
qui Deum  
amat.*

*Honores  
& volu-  
ptates fera  
bellua  
sunt.*

S. M. Teresa Opera.

I i decies

S.  
Teresa

Opera  
in  
viii  
libris



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



decies millies lacrymis me ipsa exfatiare, & omnibus hominibus in-  
nare vellem, ad ingentem cæcitatem & nequitiam meam illis decla-  
dam; viura, an forte hoc aliquatenus prodesse possit, vt suos ipsa o-  
aperiant. Is, queso, qui ex sua id bonitate potest, illos aperiat nec  
denovo cæcutire & obscurari patiatur. Amen.

## CAPVT XXXVI

EANDÈM PROSEQVITVR MATERIÀM, ET REFERT QV-  
modo tandem monasterium gloriosi Confessoris Iosephi perfectum & fundatum  
quanta quoque, postquam Religiosæ habitum assumpsissent, orta sint obliqua & per-  
cutiones; quantas item ipsa passa sit molestias & tentationes, quo-  
modo denique eam Dominus omnibus superiorem &  
victricem, ad laudem & gloriam nominis  
suis fecerit.

CVM iam ex illa vrbe discessissem, magnam per totum hoc iter  
etiam sensi, firmiter apud me metipsam statuens, quidquid tandem  
mihi Dominus imponere decreuisset, gratanter & summa cura animi  
benignia, suscipere. Ea ipsa vespere, qua ciuitatē hanc sum ingressa, re-  
mihi fuit litteræ & breue Apostolicū, quibus monasterij fundatio  
cum potestate concedebatur. Vnde tum ego, tum omnes qui quantum  
me Dominus ad iter hoc suscipiendum vtilisset, nouerant, nō me dū  
sunt mirati; videntes, quam tunc me necesse fuerit in viam dare, & quā  
etiam oportuno commodoque tempore Dominus huc me duxisset,  
quippe reperi Episcopum loci & Sanctum virum F. Petrum de Alcantara,  
ta, nec non Equitem illum nobilem, egregium Dei famulum, in cuius  
dibus sanctus ille vir hospitabatur; erat is namque communis hominum  
Sanctorum curator, patronus & hospes. Vterque ita seriō apud Episcopum  
pro monasterij admissione institerunt, vt is tandem facultatem con-  
derit: quod sane parui momenti non est, eo quod sine censu vllō in-  
dandum erat. Sed ipse erga homines, quos ad Deo seruiendum pa-  
nimatos videbat, tantopere afficiebatur, vt illis subsidio suo adesse, & de-  
trocinium illorum suscipere, in animum statim induceret. qui autem  
omnia fecit, & in causa fuit, ipsum vt admitteretur, fuit sanctus ille  
nex F. Petrus de Alcantara, qui modo hunc modo illum compo-  
bat, nobis & auxilium & fauorem præstarent. Et sanè, nisi eo, quod  
dixi, tempore oportuno aduenissem, nescio quo rem modo conficere  
tuissem: nam sanctus ille vir quam minimo tempore hūc subsistit,  
enim vix ad octiduum hic eum hæsisse, & quidem valetudine parum  
ma, existimo) & paucis exinde post diebus Dominus eum ex hoc meo  
capite

Episcopus  
monasterio  
visum ad  
mittit, vt  
omni cen-  
su careat.



tempore ad se euocauit. Eatenus sanè eum illius Maiestas in vita confer-  
uile videtur, quoaduque negotium hoc plane conficeretur: iam du-  
rum enim (nescio certè an plus biennio) satis debili & languida fuit vale-  
tudine. Omnia porro quam fieri poterat secretissime peragebantur;  
nam alioquin, prout quidem populus propterea commotus est (vti qui-  
dam postea apparuit) nunquam res confici potuisset.

Disponente verò Domino factum, vt quidam de sororijis meis, vxor  
peregrè profecta, in morbum incidere; qui ad eas, præ morbi vi, red-  
ditus est angustias, vt apud eum manendi copia mihi facta sit: hincque  
factum, vt res non ita innotuerit; quamquam non deerant, qui aliquid  
susplicando subolferent, sed planè vt id crederent, in animum indu-  
cere non poterant. Admiracione sanè non caret, quod diutius non æ-  
grotauerit, quam quantum huic negotio conficiendo expediens erat;  
illam verò ac necesse fuit, illum sanitati restitui, quo & ego ab eo  
curando liberarer, & ipse domo illa excederet, sanitatem illi Domi-  
nus restituit, adè vt & ipse miraretur. Ego autem interim modo  
hos, modo illos adibam idque magno cum labore, vt domus admissio-  
nem efflagitarem; adibam & ægrotum Sororium, etiam operas & fa-  
uores, apud illos sollicitè instans, vt quam citissime eatenus domus a-  
pararetur, vt monasterij formam habere posset; multum quippe ad-  
huc in ea faciendum restabat, socia quoque mea tum temporis vrbe  
aberat, expedientius enim esse nobis videbatur, quo res secretius & oc-  
cultius perageretur, vt illa tantisper vrbe excederet. Et videbam planè,  
certam quam celeerrimè, summaque cum festinatione peragi oportere  
idque ob varias rationes; inter quas hæc vna erat, quod singulis horis  
mouerem, ne eo reuerti vnde veneram iuberet. Ita porro vnde vndique  
molestus atque angustias circumdata & oppressa eram, vt cogitare  
insuperem, hæcine crux illa esset quam mihi Dominus indicarat?  
quamquam hoc mihi nimis quam paruum videbatur, vt per magnam  
illam intelligi crucem posset, quam Dominus mihi impendere præmo-  
nerat.

Rebus itaque omnibus vt cumque dispositis & constitutis, placuit  
Domino, t ipso S. Bartholomæi festo, nonnullæ habitum sacrum assu-  
merent, & Vener. Sacramentum Eucharistiæ summa cum auctoritate  
& magnificentia in altari collocaretur; itaque anno Domini mille-  
simo quingentesimo sexagesimo secundo, gloriosissimi Patris no-  
stri S. Iosephi monasterium perfectum est. Cum autem illæ vestem  
sacram assumerent, ego, simul & aliæ duæ conuentus nostri pro-  
prietariales, quæ tum fortè fortuna foras egressæ erant, illam iis  
dedimus. Quod verò monasterium in sororij mei domo pararetur

I i 2 (nam

S.  
Leresia

Opera  
IN VII  
156

Quo die  
& anno  
monasti-  
rium de-  
dicatum  
fuerit.



(nam, uti supra dictum est, ipse eam, quod res occultior foret, com-  
merat) hinc facultatem à Superioribus meis acceperam illic agere  
nihil porro faciebam non consultis antè viris doctis, ne vel in  
nimo contra obedientiam delinquerem; & quia id vniuerso Or-  
ni, varias ob causas, mirum in modum videbant prodesse, hinc  
mihilicet esse dicebant, esto id non nisi quam occultissimè pete-  
rem, daremque operam ne ad Prælatorum meorum aures res de-  
ret. Si enim vel minimam hac in re imperfectionem latere dixerent, nec  
mille quidem monasteria, nedum ob vnum, eam, meo iudicio, fa-  
re voluissim. Certissimum hoc est; etsi enim omni re creatu-  
gis me sequestrare & professionem ac orationem meam ma-  
perfectionem & clausura seruare firmissimè mihi propositum esse  
taliter tamen id volebam, ut, si intellexissem gratius Domino  
ipsum penitus intermitterem, id (quod & alias feceram) qua-  
libentissimè, & maxima animi serenitate ac quiete fecissem. In  
que summa quadam in gloria mihi esse videbar, cum Venerabili  
mentum in altari collocari, & quatuor pauperulas filias pau-  
tibus orbas (sine vlla enim dote admittebantur) sed indignes Domino  
ancillas, iuuari & in monasterium admitti viderem. (nam in prin-  
pio maximè propositum fuit, ut tales admitterentur, quæ bo-  
suo exemplo tanquam fundamentum essent, in quo, qui nobis pro-  
positus erat, magnæ perfectionis, & frequentis orationis  
ac scopus effectum habere posset,) tum verò quod adimpletum  
viderem opus, quod ad obsequium Domini, & Ordinis à gloriosissimo  
eius Matre cognominati honorem (hoc quippe solum ipsa spectaba-  
tendere videbam. Præterea magnæ mihi consolationi fuit, adimple-  
se id quod tam instanter mihi Domini in iunxerat, & quod  
hac in vrbe iam vnum templum amplius esset, quam hæcenas ha-  
rat, idque in gloriosi Patris mei Iosephi honorem erectum. Non  
quod mihi aliquid in hoc à parte mea fecisse viderer (nunquam  
enim id mihi visum fuit, uti nec modo videtur) semper quippe ap-  
sco & profiteor, Dominum esse, qui hoc faceret; & quidquid à parte  
mea erat, tantis scatebat imperfectionibus, ut culpari me propter  
tius debere & reprehendi, quam ut gratiæ mihi ab alijs agantur, viderem.  
Magnam tamen inde voluptatem sentiebam, quod me, esto ita imper-  
miserâ, Maiestas illius, ad opus hoc ad eò præstans peragendum,  
voluisse cernam: tanta porro hæc mea voluptas fuit, ut velut extra  
psam, per profundam orationem, abrepta essem.

Rebus omnibus iam peractis, tres circiter aut quatuor post hæc  
peracre mihi diabolus quoad spiritum certamen mouit, vti iam dixi.

*Omnia fa-  
cit consul-  
to & cau-  
te in o-  
bedientiâ  
impinge-  
ret.*

*Illius gau-  
dium in  
monasterij  
initio.*



Dubitationem mihi mouit, qua dubitare cepi, rectene factum esset id quod iam factum erat, & annon in obedientiam peccassem, quod, Provinciali non iubente, rem hanc aggressa & executam essem (nam non dubitabam quin ille aliquatenus agrè ferret, quòd monasterium, illo non praemonito, nec consulto, ordinario loci supposuissem; quia tamen id ipse admittere noluerat, meque illius obedientiae ac subiectioni non omnino contumaciter, hinc videbatur ipse mihi è contra hoc parum amaturus) nam item filiae illae, quae hic admittae erant, in tanta vita austeritate & rigore contentae essent viuere; an item victus, & res ad vitam necessariae illis non essent defuturae; ad haec, annon rem stultam aggressa essem, & quid ad illam suscipiendam me mouisset, cum proprium monasterium haberem. Caterum, omnia quae mihi Dominus iniunxerat, omnes sententiae aliorum quas audiveram, orationes quas ipsa fuderam (nam plus biennio rem hanc per preces Deo pene assidue commendaram) ita è memoria mea effugerant, velut obliuioni insepulta, ac si nihil horum unquam circa me factum esset; sola me ipsius opinio memorie obuersabatur, omnes quoque, in quibus etiam fides, tum temporis sic in me suspensae erant, ut ne vel unam quidem earum opere exercere, aut earum alicuius ope hosce aduersariorum impetus possem retundere. Suggerebat mihi praeterea diabolus, cur tam angustae me domunculae velle includere, & quidem tot morbis oppressam; quo item pacto tantam austeritatem perferre possem, & cur domum ita amplam & amoenam, in qua haecenus ita contenta & hilaris vixissem, & tot habebam amicas, desererem; forsitan fore, ut quae hic essent moniales, mihi displicerent, nec ad genium meum essent. Denique, paucis ut complectar, nimis graue me in humeros onus deuocasse, quod in causa esse posset, cur in desperationis abyssum praecipuerem; & demonem ideo forsitan ad hoc me impulsisse, ut mihi pacem & quietem mentis eriperet: ut sic, ob hanc inquietem, orationi insistere non possem, itaque fore ut animam meam perderem. Hac aliaque eiusmodi confertim conglobatimque mihi ob oculos ponebat, praesertim ut mihi impossibile foret, de vlla re quam hac cogitationem suscipere; idque ea mentis angustia, caligine atque obscuritate, ut verbis id eloqui nequeam. Vnde me ita constitutam aduertens, coram Ven. altaris Sacramento in genua me abieci; sed orationem aliquam instituire nequaquam valebam: quantum coniecturando assequi possum, tali tum in angore versabar, in quali agonizantes, & morti iam proximi; nemini quoque eum patefacere ausa fueram, quòd nondum certum aliquem Confessorium delegissem.

Deus bone! Quam arumosa & misera est haec vita! nulla secura hic voluptas datur, & nihil est, quod non varium aut inconstans sit. Pau-

S.  
Leresia

Qua illi  
demon in-  
commoda  
obijceret.

Virtutes  
in ea velut  
suspensa  
fuerunt.

Opera  
in vita  
me



*Vita huius  
dolor eius  
lætitia  
parus fa-  
cienda.*

lo anrè, meum ego gaudium cum vlllo mundi gaudio non videbar con-  
mutatura, & modò ob eandem omnino causam ita cruciabar & ange-  
vt quid mihi factura essem, planè ignorarem. Si attentè vitæ nostræ re-  
penderemus, nemo non per experientiam videret, quàm parui omnia  
quam hîc habere possimus, voluptas aut molestia dolorûe faciendæ s-  
Nullum sanè, mihi toto quo vixi tempore, vehementius certamen ad  
impetum aduersarij, quàm hoc fuit, tulisse videor; & videtur mihi me-  
grauem illam, quæ mihi adhuc restabat, passionem præfagisse, quæ  
quam illa nõ tam grauis fuit, atque hæc, si quidem diuturnior fuisset. Sed  
miseram ancillam suam Dominus pati non patiebatur: semper enim  
mihi in tribulationibus adfuit, sic & in hac mihi est auxiliatus: quia ex-  
xillum mihi lucis aspirauit, vt viderem, dæmonem esse qui me affligebat,  
& veritatem intueri possem, & perspicere nil aliud illum querere, quàm  
vt mendacijs quibusdam me perterreret. Vnde firmorum meorum, quæ  
aliàs conceperam, Deo seruiendi propositorum, nec non intensorum, quæ  
habueram, pro illo patiendi desideriorû recordari cæpi; mecum repetita  
non esse mihi, si quid illa adimplere vellè, vllatenus quietem querenda  
& si quæ mihi interdum aduersitates occurrerent, in ijs meritum sperari  
esset, & si Dei ad honorem patienter illas ferrem, purgatorij loco id mihi  
fore: proinde non esse quod timerem: nam quando quidem molestias  
grauamina desiderabam, iam me ijs oblati debere gaudere, quod ha-  
nimis quàm magna & graua essent: etenim in maxima oppugnatione  
contradictione lucrum consistere. Petebam ergo à me ipsa, cur mihi ad  
cui tantum debebam, seruiendum animus deesset? His, & alijs id genus  
considerationibus magnam mihi metipsi vim faciens, coram Ven. Sacra-  
mento sponendi, me omni qua poteram contentione allaboraturam, vt  
in illo Monasterio habitatum veniendi, clausuræque, si quando salua  
scientiâ id facere possem, vouendæ facultatem impetrarem. Hoc die  
in momento diabolus à me recessit, meque quietam & in pace mentis re-  
liquit, itaque quieta mansi, & semper exinde quieta fui: & quidquid  
hac domo, quoad clausuram, austeritatem, & reliqua, obseruatur, mihi  
quàm suauissimum, & nimis quàm exiguum videtur: & quam sentio vo-  
luptatem, tam eminenter magna est, vt subinde mecum ipsa cogitem, et  
quid in terra feligere & optare possem dulcius. Nescio sanè, an hoc  
parte in causa sit, cur meliore iam sim valetudine quàm fuerim hæc  
vel an ideo hoc mihi Dominus dare solariû velit, vt, quod alix omnino  
pleat, ego quoq; implere possim; cû ita me facere & oporteat, & ratio  
sit cõsentaneû, esto id mihi quam molestissimum sit: nilominus omnia  
quibus mea inualetudo nota est, id præstare me posse mirantur. Ille  
benedictus, qui omnia dat, & cuius potentia omnia possumus.

*Illius  
quies in  
austerita-  
te.*



Hoc me certamen valde attriuit & deiecit; interuim tamen datione  
 rili; nam manifeste videbam, illius has technas & molimina esse: credo  
 equide, Domino permittente, hæc omnia facta esse (duodeviginti enim  
 annis & amplius, quibus vitam monasticam egi, nunquã, ne ad momen-  
 tum quidem, experta eram, quid esset ob vitam monasticam assumptam  
 contritari) vt scilicet intelligerem, quantum ipse mihi in hoc beneficiũ con-  
 tribisset, & quanto me tormento eripuisset, simul etiam si quam hac in an-  
 gultia constitutam cernerem non mirarer, sed ei compaterer & consolari  
 possem. His iã transactis, cum post prandium quietis aliquid capere vel-  
 lem, nam tora superiore nocte vix quietem habueram, quin & alijs qui-  
 busdam precedentibus noctibus à labore & cura nunquam vacaram, vt  
 taceam quod quotidie per diem sum mopere defatigarer) ecce quod tum  
 in ciuitate, tum in Monasterio meo, quid factum esset, iam innotuisset,  
 magna in hoc turbæ & concitatio, ob eas quas supra commemorauit rati-  
 ones, quæ aliquam verisimilitudinis ymbra habere videbantur, ex-  
 orta est. Statim ergo me Præposita ad se euocauit, vt, nullã datã morã, sibi  
 me iulterem. Ego autem mox vt illius mandatum vidi, illuc quamprimum  
 me, nouas Moniales meas tristes admodum & afflictas relinquens, contu-  
 li. Permultum mihi molestia impendere, facile perspexi; sed, quoniam  
 opus iam peractum & confectum erat, hinc me res ea non magnopere  
 mouit. Orationi ergo me dedi, Dominum precata, mihi vt adesset; & glo-  
 riosum patrem meum Iosephum, vt ad suum me Monasterium reduce-  
 ret, eique quæ passura eram obtuli. Gaudens autem & exultans, ali-  
 quam mihi pro eius nomine patiendi, & in quo ei seruire possem, occasio-  
 nem dari, illuc alij, credens fore vt quamprimum in carcerem compinge-  
 ret, sed fuisse hoc (vt quidem apparet) mihi longè gratissimũ, quod hoc  
 pacto nullius alloquendi, & in solitudine aliquantisper requiescendi  
 (quod mihi sanè imprimis necessarium erat; eram quippe ob assiduam  
 cum hominibus conuersationem propè exhausta & molita) occasionem  
 haberem. Vt igitur in Præpositæ conspectum veni, & facti mei rationes  
 epud eam deposui, aliquantum placata mitius agere cœpit: omnes autem  
 ad Prouincialem causam hanc amandarunt, ea tunc indecisa mansit, vt ab  
 eo iudicaretur: qui vt aduenit, illius iudicio me stiti, gaudens quod aliquid  
 pro Dei nomine me pati cernerem: non enim comperiebam, hoc in facto  
 me aut cõtra illius Maiestatem, aut contra regulã peccasse, sed omni studio  
 cõcedere, vt Ordine adaugerẽ, quin & libentissimè vitã meã huius causa  
 obculisẽ; nã id vnũ cupiebã, vt q̃ maxima fieri poterat perfectione regula  
 adimpleretur. Venit hic mihi in mentẽ iudicij illius, quo Redemptor noster  
 Christus diiudicatus est; videbãq; q̃ meũ, illius respectu, nihil eiser. Culpã  
 hæc agnoscebam, tanquam si valde culpabilis fuisset; & certè talis vide-  
 bar ijs

Moniales  
aduersus  
S. M. con-  
citantur.

Carcer illi  
solatio  
fuit.

S.  
CERESIA

Opera  
IN  
VIT



barijs qui omnes facti mei rationes non sciebant. Postquam ergo is me acriter reprehendisset (esto non eo cum rigore quo delictum coarguere merebatur, & coargui debuisset multi Prouinciali dicebant) penitus me purgare noluissem (hoc quippe planè apud me statueram) vnde cum rogauit, vt mihi peccanti ignosceret, & citra iracundiam pœnam infligeret. In nonnullis quidem immeritò me videbam damnari; dicebant enim, ideo id me fecisse, vt aliquod mihi nomen & famam acquirerem, & aliud id genus: at in alijs clarissimè videbam eas verum dicere, quòd videbatur alijs omnibus esse deterior, & cum bonam religiosam disciplinam, quæ apud se seruabatur, prout oportet seruare non potuerim, quomodo alio in loco maiori cum rigore seruare me eam posse crederem: ad hanc me populo scandalum creare, & nouitates quaedam introducere. Nulli horum me turbabat, aut angebat, esto me & turbari & angere propter ostenderem, ne, quæ mihi dicebantur & obijciebantur, parui faceret, & implodere viderer. Demùm Prouincialis mihi iniunxit, vt coram Monialibus me defendere, ac facti mei rationem redderem: quod & facere me oportuit: quòd autem & interius quæta essem, & Dominus me iuaret, in meam causam egi, vt nec Prouincialis, nec quæ aderant Moniales, vltimè me damnandi causam inuenirent. Postea verò cum apud illum solutus essem, multò sum clarius locuta: quibus ipse auditis mitiorem se præbuit itaque totus in partes meas concessit, vt, si res progressum haberet, & ciuitatis oblocutio iam cessaret, mihi se facultatem daturum promittens in Monasterium illud ingrediendi. Nam, vt iam referam, magnas turbas in ciuitate turbas excitauit. Duobus enim aut tribus post diebus, nonnulli de Rectoribus ciuitatis, vnà cum Prætoribus, & quidam de Capitulis in vnum conuenientes, nullatenus rem hanc à se tolerari debere dixerunt (euidens enim detrimentum & publicam inde accipere) Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum inde auferendum, ac nulla ratione toleraturos, ea vt res progressum haberet. Omnes proinde Religiosos Ordines conuenire iusserunt, duos è singulis viros doctos euocantes, suam de Monasterij huius erectione sententiam dicerent. Quorum plerique tacebant, alij ipsum damnabant: demum in id plerique conuenientes quamprimum vt dissolueretur: sed vnus dumtaxat Præsentatus Ordo S. Dominici (esto ei displiceret, non tam Monasterium, quam quòd ad se non to censu careret) sese opponens, non videri sibi dixit hanc rem euoluere, quæ tam citò dissolueretur; sed maturè eam expendendam discutendamque, & satis ad hoc temporis esse, ne festinato opus videri, quòd Episcopum negotium hoc spectaret; aut alia eius generis argumenta proferendo, ad eò vt hoc dicendo multum profuerit: alioquin enim pariter abierat (ita vehemens erat concitatio & furor) quin quòd subito diceretur,

*Voluisset se non excusare.*

*Obiit illi calumnijs non turbatur.*

*Causam suam pro-pugnat.*

*Magna turba in ciuitate ob Manasterium S. Iosephi.*

*Vnus Religiosus impedit, quo minus Ven. Sacramentum inde auferretur.*



erat, licet executioni mandaretur. Sed ita id fieri oportebat, Dominus enim sic volebat: neque omnes simul iuncti, potentes satis erant ad eius voluntatem impediendam. Suas ipsi rationes depromebant: & quia bono eos zelo agi videbam, hinc & me sine Dei offensa pati faciebant, & omnes illos qui negotio huic patrocinabantur, qui utcumque multierant, & persecutionibus varijs exagitabantur. Populus autem omnis ita concitatus & turbatus erat, ut de nulla re quam hac, passim in urbe sermo esset, & nemo non mihi eam vitio & culpæ verteret, plurimique ad Provinciam ac Conuentum nostrum venirent. Quidquid de me spargebatur & causabatur, non magis me mouebat, quam si dictum non esset, sed solum timor quem habebam, ne fortè Monasterium ceptum dissolueretur, me summo opere lancinabat; tum verò magis, quòd viderè fore ut illi qui mei patrocinium susceperant, auctoritate sua exciderent, & quòd magnis hi molestijs ac persecutionibus exagitarentur: nam ex ijs quæ de me spargebantur calumnijs gaudij mihi plus, quàm doloris hausisse videor; & sanè, si vel aliquid fidei habuissem, nullam omnino perturbacionem motumue passa essem: sed, vel vnius virtutis defectus plus quàm satis est, ut etiam cætera, veluti sopore oppressæ, vim suam non exerceant. Vnde biduo illo, quo duplex illa congregatio in populo habebatur, valde turbata & anxiosa fui: sed maximo opere me afflictam Dominus huic verbis est allocutus: *An me potentem esse ignoras: quid ergo metuis? mihiq; certo certius asseuerabat, monasterium hoc minime dissolurum iri: quod mihi maximæ consolationi fuit.*

*Non enim quidquid de ipsa spargitur, sed propter eorum gaudet.*

*Dominus me ipsum consoletur.*

Interim illi informationem rei totius ad Concilium Regium transmissere; quod, quomodo ipsum erectum & constitutum esset, exactè à capite ad calcem scripto committi, rescribendo petijt. Iam ecce magna conturbatio: à parte enim ciuitatis quidam delecti, ad Concilium abibunt; unde & à parte Monasterij quosdam delegari oportebat; deerat tamen ad sumptus tolerandos pecunia, & ipsa quòd me verterem nesciebant. Ita porro Dominus rem est moderatus, ut nunquam me Provincialis monasterij tractationem de manu iusserit deponere: tantus enim ipse, virtutum omnium est cultor, ut, esto causæ meæ non omnino patrocinaretur illi tamen se totaliter nollet opponere vel refragari: nec antè facultat mihi facere volebat huc redeundi, quàm apparet quis rei futurus esset exitus. Hæc Dei ancillæ, sola & desertæ erant, plusque suis illæ precibus, quàm ego omni meâ instantiâ, efficiebant; etsi alioqui summa ad negotium hoc contentione opus esset. Interdum videbatur res tota penitus concidere; præsertim pridè quàm Provincialis appelleret: tunc etiam Præposita mihi imperabat, ne me vllatenus huic negotio immiscerem: & hoc erat, conceptum hunc penitus euanescere. Ergo

*S. M. Teresa Opera.*

*K k*

*ad Deum*

*S. Ceresia*

*Opera*  
*IN VII*  
*156*



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



*Monaste-  
rij prome-  
tioni un-  
sare visi-  
ta ad Dei  
confugit.*

ad Deum me contuli, dicens: Domus hæc, DOMINA, non est hæc  
propter te constructa & parata est: cum ergo iam nullus sit, qui curam  
gerat, æquum est Maiestatem tuam illam in se suscipere. His dictis  
illustrata & curarum expers mansi, tanquam si omnes qui in mundo  
sunt homines mihi patrocinari & fauere volentes habuissem; atque  
eò negotium, velut iam confectum reputabam. Sacerdos quidam  
egregius Dei famulus, omnisque perfectionis cultor, quem semper  
hi fauentem & auxiliatorem sentieram, ad aulam concessit, rem au-  
tate sua promotorus; & sane impigrè in ea laborauit: sic & vir ille  
bilis cuius ante sæpius memini, tota in eam contentione & studio in-  
buit, cuius omnimodis fauebat, multumque laboris & graues perfec-  
tiones in ea promouenda subiit: quem proinde semper vt patrem ha-  
bui, & etiamnum habeo. Tantum porro omnibus rei huius promoto-  
bus & auxiliatoribus feruorem DOMINVS inspirabat, veam quæ  
que ita cordi haberet, tanquam si propria fuisset, & vitæ honoris  
proprij periculum in ea verteretur; cum tamen non alio ad eos  
tulo spectaret, quam quòd Dei cultum & honorem eà promou-  
iri crederent. Nemo non facillè videbat, illius Maiestatem Sacerdos  
quem dixi, ope sua adesse (qui etiam de illis fuit, qui me insigniter  
uerunt) quem etiam dein Episcopus iussit magno cuidam conuentu  
monasterij causa indictus erat, suo nomine interesse; in quo ipse  
vniuersis se opponens, ipsis tandem iam aliquanto mirioribus  
quædam media, quibus confici res possit, proposuit: quod sanè tam-  
dem satis fuit, ad iudicium suspendendum, & ulterius non proce-  
dendum; sed nullius tanta dicendi vis fuit, qui impedire eos poterat,  
minus post paulò vitam (vt dicitur) exponere cuperent, vt posset Mo-  
nasterium destrui. Hic, de quo loquor, Dei famulus erat ipse, qui Mo-  
nasterium Sacrum habitum dederat, & Venerab. Sacramentum in altari  
rat: quo nomine multorum inuidiam incurrit, & multa passus est. Sex  
anno ferè hæcce durauit persecutio: cæterum, si omnes & singulas  
bus iactabamur, molestias & difficultates graues singillatim  
commemorare, æquo essem diffusior. Porro mirabar, quid esset  
diabolus tantam aduersus mulierculas aliquor vim exereret,  
cur aduersarij omnes intolerabile quoddam Reipublice damnum  
duodecim dumtaxat mulieribus cum sua Præposita (plures enim  
to esse non possunt) crederent imminere (de illis autem loquor, qui  
illi sese tum opponebant) quæque tam austeram vitam ducunt, vt si  
eo iactura aut error sita essent, hæc in illarum met caput reciderent.  
autem, ciuitati ingens inde damnum accessurum, profus verum  
est, & cum ratione videtur pugnare; plures tamen hic inuenire

*Causa Mo-  
nasterij  
venerabilis.*



bona cum conscientia huic negotio aduersabantur. Porro eò tandem ve-  
 nerunt, vt tunc monasterium se admissuros, & eius erectioni suffragatu-  
 ros dicerent, cum censum stabilem assumeret. Ita verò me grauabat, quòd  
 meos & patronos meos traduci ac pati videbam, (imò plus quàm mei-  
 us afflictio & oppressio) vt malum non fore putarem, si tam diu mona-  
 sterium admitteret reditus, quoad usq; populus tumultuans placaretur,  
 neq; illo placato, eos rursus posse dimittere: imò etiam mihi, vt pòte impro-  
 be & imperfecte aliquando videbatur, Dominum forsitan id ita velle,  
 quòd centu non admissio monasterij admissionem nullatenus impetrare  
 possemus; & iam ipsa in hanc propendere partem, & ad contractum hunc  
 meo dudu iniciebam. Sed cum nocte illa, quæ contractus illius, ià ini-  
 tiæ accepti, firmadi diè præcessit, in oratione agerè; apparuit mihi Dominus,  
 cuiq; me inire vetuit: si enim semel reditus possidere inciperemus, fore vt  
 eos relinquere non permitteremur; addebat his & alia nonnulla. Eadem  
 quoq; nocte apparuit mihi S. F. Petrus de Alcantara, qui ià ex hac vita de-  
 cederat, qui etià, antequàm ad Dominum abiret, magnà oblocutione & per-  
 fectatione quã patiebamur, intellecta, sumò opere gaudere se, mihi per epi-  
 stola scripsit, quòd, tã inuitis & oblectantibus omnibus, huius fundatio  
 monasterij fieret: hanc quippe signũ esse, Dominũ insigniter in eo hono-  
 randũ & colendũ, cum tanta opũ vi diabolus ipsam impedire satageret.  
 Præterea monuit, nullatenus vt permitterem, censum stabilem illuc in-  
 duci: quin imò hoc ipsum monitũ secundò, aut tertio hisce in litteris ite-  
 rant, omnia mihi ex voto in eius fundatione cessura asserens, si hoc ipsius  
 consilium de censu tollendo sequeretur. Iam antè adhuc bis ipsum, à mor-  
 te, in magna illa gloria quam habebat, conspexeram; atque ita nequa-  
 quam, illo còspecto, perterrita fui, sed mirè recreata: semper quippe se  
 velut in corpore glorioso, magna gloria amictò, spectandum dabat, quæ  
 etiam in me, ex illius còspectu, quàm abundantissime redundabat. Primã  
 vice quã mihi apparuit, memini illum, cũ mihi de magna, qua fruebatur,  
 gloria multa referret, inter alia dixisse, pœnitentiam & austeritatẽ quã  
 in vita egerat, quã felicissimã fuisse, vt pòte quã tanto iã donata esset præ-  
 mio: sed quia, (vti puto) iam antè aliquid hac de re dixi, hinc ab ea re-  
 petenda hic abstinere; hoc tantum addens, illum in hac visione auste-  
 ritatem prætulisse, & aliud non dixisse, quàm ne vllatenus censum  
 admitterem, & quamobrem illius consilium sequi abnuerem. Et his di-  
 ctis mox disparuit. His visis & auditis, non mediocriter obstupui; cum-  
 que iam dies illuxisset, viro illi nobili (omnia quippe ad eum referebãtur,  
 velut ad eũ qui re maximè vrgebat) narraui quidquid mihi cõtigisset; pla-  
 nè me nolle dicẽs, vt de cõsu firmando ageretur, sed in lite vrge da proce-  
 deretur. Erat autem ipse hoc in genere longè me animosior & fortior, ac

*Contra  
 dictio mo-  
 nasterij si-  
 gnum erat  
 Dominum  
 singulari-  
 ter in eo cap-  
 lendum.*

S.  
 Petrus  
 de Alcantara  
 in vita  
 etc.





proinde hæc audiens, magnopere gauisus est, postea verò mihi re-  
quæ  
tæ Ex  
tas pr  
coniu  
de elec  
aut qu  
bene fi  
sem  
sunt, ti  
lum fo  
ne sine  
gellit. I  
rebus  
sedulo  
ficiam  
muc v  
dum es  
necon  
habeat  
etiam i  
Deo lo  
gnatur  
regula  
lymira  
qualer  
carus  
C  
getap  
suum  
metire  
videre  
rabilis  
regala  
fenece  
migne  
Malet  
A  
supra  
quino  
tradit

Ciuitate ergo iam nonnihil pacatâ & quietâ, Pater ille præse-  
tus Ordinis S. Dominici ita rem cordi habuit, vt, etiam absens, suo nos  
patrocinio & subsidio adesset: at tali in tempore, & tam oportuno  
Dominus huc adduxit, vt nobis ope sua maximè profuerit: neque enim  
lium ob finem huc eum illius Maiestas euocasse mihi visâ est: etiam  
ipsemet mihi postea reculit, nullam omnino se huc veniendi causam ha-  
buisse, sed casu id tantùm intellexisse. Tam diu porro hic mansit, quam  
opus fuit, etiam reuersus, ita quibusdam viis & rationibus apud Pro-  
civalem tem egit, vt hic mihi absolutam, cum alijs quibusdam, ad hoc  
monasterium transeundi facultatem daret; cum tamen propè impossibi-  
le mihi videretur, vt is hanc tam citò concederet.

Eo ipso die, quo huc ad sacra officia celebranda, & eas que huc  
tant institutas, venimus, summa me sensu in animo voluptate pro-  
fundi. Cum, priusquam monasterium ingrederer, in templo orarem, vi-  
di penè in raptu constituta, Saluatorem nostrum Iesum, qui me magna  
affectu videbatur suscipere, coronamque capiti meo imponere, gratiam  
mihi velut agens pro eo quod in matris suæ gratiam præstiteram. Ad  
tempore, cum simul omnes in choro, post Completorium, orationem  
fisteremus, Deiparam Virginem summa in gloria, & cyclade alba,  
qua nos omnes continere & velut protegere videbatur, amictam nos  
simul etiam agnoui, quàm Dominus sublimem gloriæ gradum monas-  
terij huius monialibus daturus esset. Statim autem ac sacra Missarum  
officia hic celebrari cœpere, mirè erga domum hanc populus affici cœpit:  
plures quoque moniales admittebantur, quin & Dominus animos illor-  
um permouere incipiebat, qui prius nobis maximè aduersari etiam  
quò & nobis fauerent, & elemosynis suis succurrerent; itaque probatè  
se ostendebant id, quod antè adeò erant auersari, ac paulatim à literis  
sequen-

*De mona-  
sterium  
veniens  
videt  
Christum,  
qui capiti  
suum coro-  
nam im-  
ponit.*



sequenda cessabant, iam se ad oculum videre dicentes, opus id esse dextere Excessi, cum Maestas illius id per tantas oblocutiones ac repugnantias promoveri ac perfici voluerit: aded vt hoc tempore nullus sit, qui conuulsius putet, ipsum non fuisse constructum: vnde ita vniuersi nobis de elemosynis prospiciunt, vt Dominus ad illas, nobis non rogantibus, aut quidquam ab aliquo efflagitantibus, submittendas eos excitet, & iras bene sumas, vt rerum necessarium prorsus nulla nobis desit: id quod semper futurum, in Domino confido: quod enim sorores numero paucae sunt, si quod debent faciant, (sicuti per Dei gratiam iam faciunt) certam fore vt nihil illis vnquam desit, aut ipsa cuiquam petendo importune sine aut molestae; at Dominus ipsarum curam geret, sicut hactenus gessit: Itaque summa mihi consolationi est, inter animas ita ab omnibus rebus denudatas & sequere gratias degere. Omne illarum exercitium est, sedulo curare, quomodo Dei famulatu semper aliquem progressum faciant: solitudo porro vnicum earum solatium est; de aliquo autem homine videndo cogitare, nisi forte vt sic ad sponsum suum magis amandum excitentur, summa illis erux & molestia est, esto is etiam sit sanguine conuulsiuissimus. Hinc etiam nullus huc venit, qui isthoc intentum non habeat: & qui quid aliud spectant, nec satisfactionem ipsis adferunt, nec etiam in ipsis inueniunt. Adhuc non alia illarum est lingua, quam vt de Deo loquantur; hinc est quod neminem intelligunt, nec ab vilo intelliguntur, quam ab illo qui hac lingua loquatur. Seruamus & profitemur regulam B. Virginis de monte Carmelo, ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano datam, eamque puram, primaeuam, & sine vlla relaxatione, & qualera eam confirmauit & approbavit Innocentius IV. anno Pontificatus sui V. post Christum natum MCCXLVIII.

Omnes porro quos subijmus labores & molestiae amplum mihi operapretium futuri videntur, & licet regula iam aliquantulum stricta sit, quamquam enim vescimur carnibus, nisi id suadeat necessitas, & octidies ieiunium seruamus, nec non alia id genus, vt in primaeua regula videtur est) multis tamen sororibus rigor hic nimis quam paruus & tolerabilis videtur; hinc etiam alia non pauca obseruantur, quae, quo prima regula maiore cum perfectione & sinceritate seruetur, nobis visa sunt esse necessaria; & in Domino futurum confido, vt, quod coeptum est opus, insignem habeat progressum & augmentum, quemadmodum mihi Maestas illius significauit.

Aliud verò illud monasterium, quod spiritualis illa mulier, de qua supra mentionem feci, cedere moliebatur, etiam est, Dño fauente & proprio, in ciuitate Complutenfi fundatum: etiam huic sua non defuit conuulsiuissio, & magnas, antequam perfectum esset subijte molestias. Scio au-

Res necessaria dantur non tentibus monialibus.

\* Alia editio hanc asserit: F. Hugonis Card. tit. S. Sabina.

Pradixit ei Dominus, id quod coeptum erat, augetur.

S. RESIA

OPERA IN VII





rem puram puram religiosam disciplinam, iuxta hanc primam nostram regulam, in eo obseruari. Porro fexit Deus, vt omnia ad gloriam & laudem, tum suam, tum gloriosissimæ Virginis Mariæ, cuius habitum gerimus, cedant. Amen.

Non dubito, quin aliquam R. V. nauisem longior hæc, quam de hocce monasterio, relatio sit allatura: verum illa, adhuc nimis quæ breuis est, respectu plurimarum molestiarum quibus eius constructio constitit, & mirabilem, quæ Dominus in eo dignatus est operari: plurimum rerum multi adhuc testes viuunt, qui ipsum iurare poterunt: vt R. V. ex amore Dei rogo, vt, si illi consultum videatur omnia reliqua quæ hîc conscripta sunt, dilacerare, ea saltem quæ monasterij humanitatem spectant, facta integraque, conseruet, &, me mortuâ, monumentibus, quæ ibidem futura sunt, consignet. Non parum namque hæc, quæ suo tempore illud ingredientur, ad Deo feruenter seruiendum, quæ cœpta sunt nõ cõcidat, sed sempervterius promoueatur, pro cuius animabunt, cum scilicet videbunt, quatum Dñus, ad illud, multum operatum fecerit. Cũq; Dominus in eo identidẽ adiuuando tã singulare & potens se ostenderit, grauissimẽ illa mihi peccatura, & à Deo acriter castiganda detur, quæ primum relaxabit aut dissoluet eam quam Dominus hîc cepit perfectionem, & vt hac tanta cum suauitate seruetur, dedit: faciat appareat, illam & tolerabilem esse, & cum quiete ferri posse, quæ nunquam hîc deest iis, quæ sponso suo Iesu Christo in solitudine hîc cupient: quod numquam non ipsas querere oportet, scilicet vt solæ cum eo solo loquantur, & non plures sint numero quàm tredecim: ita namque id expedire, vnanimi variorum iudicio ac sententia noui, plures tẽm vt sint, longã experientiã didici, nullatenus conuenire, vt noster spiritus qui hîc obseruatur, continuetur, & eleemosynis, ijque non paratis, facilius viuatur: semper verò potius credant ei quæ per multos labores, & plurimas diuersorum preces, quod optimum esset, procurantur: magna autem illa satisfactione & gaudio, & exiguo labore, quem omnibus illis annis, quibus hic viximus, in omnibus Monialibus experimus, & quod iam meliore sint valetudine quàm soleant, clare colligimus, hoc ipsum esse quod nobis conuenientissimum sit: quod autem id durum, asperum ac difficile videatur, suã id in spiritu imbecillitati & defectui, non autem regulæ quæ hîc obseruatur attribuantur, & etiam quæ teneræ & morbidæ sunt, eò quod spiritum habeant, tanta suauitate hæc seruare queant; ac proinde aliud illæ monasterium indigantur, in quo suam pro spiritu quem habent, salutem operabuntur.

*Committatur hæc  
quæ relaxationem  
regule in monasterio  
S. Iosephi indicent.*



CAPVT XXXVII.

ROQUITUR DE EFFECTIBVS SIBI ADHAERERE SOLITIS, cum ad gratiam Dominus dedisset, salutaria hinc inde intermiscens documenta: docetque, quomodo procurandum, quantumque faciendum sit, ad aliquam altiore[m] gloriae sit gradum ascendere: dandamque operam, ne, ob vltimam omnino laborem, bona quae aeterna sunt deseramus.

Vix in animum inducere possum, vt praeter eas, quas iam commemoravi, gratias a Deo acceptas, alias & plures referam; cum etiam iam narrare nimis quam multae visurae sint ijs, qui credere non poterunt, illas mihi adeo improbae factas esse: attamen vt & Domino qui hoc mihi iniunxit, & R. V. obediens, adhuc alia quaedam ad illius gloriam commemorabo: faxit autem illius Maiestas, vt id in anima alicuius vtilitatem & commodum cedat: si enim erga creaturam adeo vilem & abiectam ita se benignum & liberalem exhibuerit, quam igitur se liberalem ostendet ei qui fidum obsequium ei semper impenderit, ac sincere seruerit: tum vt Maiestati eius placere omnes omnino allaborent, cum etiam in hac vita talia det pignora.

In primis ergo nouerimus oportet, hisce in gratijs quas Dominus animae largitur, & maiorem, & maiorem gloriam esse: imò vnae visiones ita alias quo ad gloriam, dulcedinem, & consolationem, quam secum trahunt, antecellunt, valde vt mirer, tantum, etiam in hac vita, spiritualium quibus anima perfunditur, gaudiorum discrimen esse. Fit enim nonnuquam, vt quam Dominus in visione aut raptu aliquo dat, dulcedo & delectatio tam intensa & vehemens sit, vt nihil amplius quod hic desideremus, dari posse videatur; atque hinc est quod anima nec maius gaudium cupiat, nec cupere possit: etsi, postquam me Dominus intelligere fecit, quanta sit in caelo inter id quo beatus vnus, & id quo alius fruitur, differentia, iam videam, etiam hic in terra, non esse certum inter dona Dei terminum & mensuram, cum ipse ea dare voluerit: vnde etiam vellem, vt in eius Maiestati seruiendo nullum ipsa limitem, aut modum adhaberem, sed omnem vitam, vires & valetudinem totam illius obsequio impenderem, & ne vel minimam maioris & vberioris fruitionis portionem, in ea culpa, vellem amittere. Imò dicere audeo, si optio mihi daretur, vt vel omnia mundi huius tormenta ad diem iudicij vsque perferre, ac deinde ad vel paulò maiorem gloriam eueheret, vel, vt sine vllius tormenti passione ad vel paulò maiorem gloriam transirem; me omnia illa tormenta, quò vel paulò maiore cognitione magnitudinis Dei frui possem,

Instit Dominus ut acceptas gratias euulgaret.

Discrimen inter consolationes quas Deus dat.

Mallet omnia mundi tormenta pati, quo maiore gloria donaretur, quam minus pati, & minore gloria donari.

S. heresia

Opera in vi



possem, paratissimam fore subire. Video ergo, illum qui plus eum intelligit & cognoscit, etiam magis eum amare & laudare. Non dico, quòd de sem non contenta, aut me felicissimam non reputarem, si in celo essem; esto loco omnium infimo ac nouissimo: magnam quippe mihi quoad hoc misericordiam Dominus præstaret; cum profundissimum deum in inferno locum promeruerim. Vnde Maiestatem eius suppliciter rogo, illuc ut me perducere dignetur, nec ad peccata mea respiciat. Sed hoc dico si possem, (esto mihi magno constaret) & Dominus mihi sua ad magnos labores subeundos gratiam daret, nolle me culpâ meâ vel minimum gloriæ punctum amittere. Ah me miseram, quæ per tot culpa peccata, iam omnia perdidideram!

*Quod cō-  
modum ei  
Christi af-  
fectus ad-  
ferret.*

Notandum quoque venit, animam meam ex omnibus quas mihi Dominus conferebat gratijs, tam visionum, quàm reuelationum, semper singulare bonum & commodum sibi comparasse; imò è nonnullis vultu- nibus, non vnum tantum, sed varia emolumenta collegisse. Ex Christi aspectu, ex iuxta illius pulchritudo mihi impressa mansit, ea quæ iamnum hodie viua & integra memoriæ meæ inhaeret; ad hoc enim haec est, eum vel semel conspexisse, quanto verò magis, cū toties hanc mihi gratiam Dominus facere dignatus sit. Ingens porro inde mihi mansit cōmōdū, quod iā referam. Eram grauisimo cuidā errori, è quo non parua mala dāna sequebātur, obnoxia; quòd, scilicet, mox ut me ab aliquo vel aliquo qui mirè ad gustum meum faceret, diligi videbā, quam primū ita erga ipsum afficerer, ut memoria mea mirabili quodā modo ad de eo cogitandum compelleretur, ac velut traheretur, esto nullam per hoc Deum offendendi intensionem haberem; attamen libèter eum aspiciebam, ac de illis, quæ bonis quæ in eo notabam, cogitare mihi quàm erat suauissimum. Erat hoc adeò mihi damnosum, ut anima mea propterea in præsentissimo pereundi periculo versaretur. Sed, postquam indicibilem Domini pulchritudinem aspexi, neminem omnino exinde vidi, qui, cum illo collo- tus, mihi pulcher videretur, vel memoriā meam occupatam teneret: nam enim quoad hoc iam reddita sum libera, ut, cum vel solum mentis considerationis oculos in imaginem quam animæ insculptam gero, con- uicio, ex eo tempore, cuncta quæ video, mihi abominabilia & fastidiosa se videantur, cum excellentijs & gratijs quas in Domino hoc conspici comparata. Nulla quoque est scientia, nullum item voluptatum genus, quod illius comparatione, hoc est, cū vel vnici verbi à diuino illo ore pro- lati auditu cōparatum, aliquo apud me sit loco, quanto verò magis, quæ toties eum loquentem audiuerim? Immo, nisi ob peccata mea Do- MINVS faciat ut sui ipsius memoriā penitus amittam, minime possi- facti puto, ut quis ita memoriā meam occupet, si modò vel paulatim



de Domino hoc cogitem, statim ab illius imagine atque impressione esse libera.

Quod iam dicā, ad Confessarios meos spectat: qua in re notandū est, me semper animæ meæ directores ac moderatores insigni amore solitā prosequi: cum enim non aliter eos intuear, quā Dei Vicarios; hinc mea voluntas semper in eos potissimum ferri ac propendere videtur. Contingit ergo, me, sine villo scrupulo & planè secūra conscientia, amicum illis ne libertatem sancto quodam amore, aliquo modo secius quā oportet adhererem, se à me auertos & alieniores ostendebant: id erat postquam iam illis, ita obedire, & penitus subijci cœpissē; antea enim tanta tanque vehementi in eos dilectione non ferebar. Ridebam ipsa apud me, videres quantopere errarent: & quamuis non semper clarè cuilibet aperirem, quā parū cor meum in aliquo figerem, sed id tacerem; ipsos tamen ante omnia semper quoad hoc securos esse iubebam, ne quid sibi de me timerent: & quo sapiūs ac frequentius ipsi mecum agerent, eo magis agnoscebant, quantum Domino deberem; quas autem de me habebant suspiciones, semper in principio erant.

Maiorem erga hunc Dominum amorem & fiduciam concipiebam, postquā illum vidissem, utpote quæ tantam cum eo familiaritatem habebat, & tri assiduo cum eo conuersabar. Videbam, illum, etsi esset Deus, etiam hominem esse, illumque hominum imbecillitatem non mirari, utpote qui fragilem ac miseram nostram conditionem, quæ per primum peccatum, (quod ipse curaturus in mundum venit) ad lapsum valdè prona est & fractilis, probè perspectā habet. Esto meus sit Dominus, possum nihilominus cum illo agere tanquam cum amico. Satis namque intelligo, eum non esse sicut ij, quos hic in terra pro dominis habemus, qui omnem de minorum & magnificentiam tuam in affectata & asceticā quadam auctoritate constituunt: quos non nisi cetera quadam hora, idq; per aliorum ad hoc deputatorum intrōmissionē & introductionem alloqui datur: si pauper & obscurus sit, qui in eorum aula negotium tractandum habet, eo maiore hoc illi labore, cursu, discursuque constabit, si vero Rex ipse conueniendus sit, pauperes & ignobiles personas ad eum nefas erit accedere, sed antè inquirere oportebit, quinam regis intimi & familiarissimi sint: ceteri autem esse possumus, non esse hos tales qui mundum sub pedibus premant & conculcent: qui enim huiusmodi sunt, dicunt verum, qui nec timent, nec timere debent; vnde nec conueniunt aula; horum enim ibi nullus est vsus, sed omne quod illis malum videtur, si- licet tibi dissimulandum est; immò verò de vero dicendo ne cogitare quidem audent, ne gratia excidant regia.

S. M. Teresa Opera.

L I

Quantum-

Confessa-  
rijs qua-  
modo ami-  
cum vul-  
tū exhibe-  
beret.

Amor il-  
lius erga  
Deum &  
fiducia  
postquam  
eum vidi-  
disset.

S.  
eresia

pecc  
IN VII  
167



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



*Discrimen  
Regni  
Christi &  
vagnorum  
mundi  
huius.*

Quantum verò, ò Rex gloria, & omnium Dominantium Domini inter regnum tuum & regna seculi huius discrimen est! Tuum, non est arundineis & fragilibus bacillis sustentum, cum nullum habeat finem, sed illis ad te adeundum opus est intercessoribus aut mediatoribus: si quis tantummodo faciem tuam videt, statim agnoscit, te solum esse qui Domini nomine vocari merearis. Prout quidem Maiestatem præfers, hæc apparet, non esse tibi satellitibus, stipatoribus aut custodibus opus, ut hæc Regem esse colligatur. Longè aliter atque in terrenis Regibus, in a se res habet: nam Rex terrenus, si solus sit, vix seipso agnosci possit, quantumcumque; ut Rex haberi & coli volet, fides ei non habebitur, non plus quàm cæteri hominum exterius non præferat; ut ergo fides tribuatur, aliquod regie maiestatis insigne in eo appareat necesse est: vnde illas ascitias & exteriores auctoritates ac magnificentias adhibeat oportet, hæc enim si deessent, nullo apud suos esset loco: quòd enim potestatem pareat, non habet à semetipso, hinc aliunde ei auctoritatem accedere necesse. Quis, ò Domine & Rex meus, Maiestatem, quam ipse præferam iam dignè & ad viuum verbis exprimat! Impossibile foret, ut quis te videns non statim agnosceret, te per temetipsum summam ac potentissimum Imperatorem esse: nam percussus & consternatur, qui hanc Maiestatem intueretur: multo autem magis, cum tuam, Domine mi, Maiestatem huic mixtam humilitatem, & amorem quem tali, qualis ego sum, ostendis, simul còsiderat. De quacunque & omni re tecum agere & loqui sumus, prout lubet, postquam prima illa còsternatio & formido, è Maiestatis tuæ aspectu orta, iam præterijt; esto interim maior quidam, non vllatenus offendamus, timor maneat, sed non ex metu pernarum; nam quippe hæc sunt, si cum tui amissione & carentia conferantur.

*Visio à Deo  
veniens.  
ex effectibus  
intel-  
ligitur.*

*Dominus  
sape sinit  
animam  
in tenebris  
agere.*

Hi sunt visionis huius fructus, ut alios longè maiores, quos in terra relinquit, hic omitram: ex effectibus enim facitè videre est, nam illud Deo fit, præsertim cum anima in luce est: nam, sicut iam sepe dixi, vnde Dominus eam subinde in tenebris agere, & obscuratam esse, nec hanc eam videre; vnde mirum non est eam timere, quæ ita improbam se videt, ut ego sim. Iam nuperrime contigit, me octo integros dies constitutam fuisse, ut quantum & quid Deo deberem, mihi nec agnoscere, nec agnoscere posse, nec misericordiarum ac gratiarum illius misericordiam omnino viderem; sed animam prorsus stupidam & obrutam, & scio quarum rerum cogitatione, aut quomodo occupatam habere non quòd mali quid cogitaret, sed quòd ad aliquid boni cogitaret, ita ineptæ & torpida esset, ut mecum ipsa riderem, & voluptati immiserer, videre quàm parùm anima per se possit, & quàm iaceat, cum Deo ea continuo non operatur: facitè ut perspiciat, se in hoc statu sine ipso



esse: neque enim ita se res hic habet, atque in magnis illis afflictionibus, quas aliquando me habere dixi: sed tunc anima ita constituta est, vt, esto ligna & materiam apponat, & parua illam, quam à parte sua potest, opellam adhibeat, amoris tamen diuini ignis in ipsa nequeat accendi: quin imò adhuc fat magna illius misericordia est, quòd fumus eorum appareat, vt sciatur eum non esse penitus extinctum, quoadufque enim Dominus denuo accendat: quo enim tunc anima magis insillando, lignisque componendis se cruciat, & cerebrum affligit, eò se ipsa magis videtur suffocare: crediderim equidem, longè tunc esse conuulsus, vt se totaliter in eius brachia resignet, ingenuè confiteus, se nihil omnino se solà posse, & alijs meritorijs operibus, vt ante dixi, exercendis incubat. Ideo enim fortassè tunc orationem ei Dominus erigit, quòd in illis sese exerceat, simulque per experientiam discat, quàm parum ex se ipsa efficere possit. Hoc certum est, hodie me cum DOMINO animari oblectasse, & de eius Maiestate conquerendi audaciam sumptisse, eique confidenter dicendi: Quid hoc est Domine: annon plus laus est, quòd in hac ærumnosa & misera vita me detineas, & ego hanc propter te sustineam, & viuere in terra cupiam, cum tamen in ea nihil sit aliud, quàm multiplicia tui non habendi aut fruendi impedimenta: necesse quippe est me comedere, dormire, cum omnibus agere & tractare: & hæc omnia tui causa, æquissima mente perfero, quanquam non ignorem, Domine, id mihi maximum ac grauissimum tormentum esse.

Tene tamen interea, in paruo illo, quòd mihi ad te fruendum superest, tempore faciem tuam à me abscondere? quomodo hoc cum immentia tua consistat misericordia? quomodo id ferat amor, quo me ipse prosequeris? Purem equidem & credidero, fore, vt, si me à te possem abscondere, vt tute faciem tuam à me abscondis, propter amorem eum quo erga me ferris id minime patereris: sed ipse mecum es ac semper me intueris; vnde non est quòd hoc tolerem. Obsecro, Domine, vt consideres magnum hoc pacto grauamen irrogari ei, quæ te ita diligat. Hæc aliaque id genus subinde dixi, cum prius optimè intellexissem, quam tolerabilis mihi in inferno paratus esset locus, cum tamen alium longe profundiorum peccata mea promeruissem: sed amor hominem ita sua uis potem reddit, vt me ipsa non sentiam, nisi quòd pleno cum sensu & intellecta has querelas depromam: & Dominus omnia à me in bonam partem accipit. Benedictus sit tam bonus ac benignus Rex.

Quid porò nobis fieret, si Reges terrenos tam audacter & confidenter alloqueremur? esto mihi mirum non videatur, quòd Regem meo alloqui audeat: par quippe est, eum, vt & alios Dominos, qui se horum capita esse ostendunt, timeri. Sed mundus iam eò deuenit, vt ho-

S.  
HERESIAopera  
IN VII  
156

Quid scire  
cere ani-  
ma debeat  
cum à Deo  
sibi relicta  
est.



*Vita ho-  
minum  
debet  
esse longior  
ut omnes  
ritus in  
conuersa-  
tione ser-  
uandos ad-  
discerant*

minum vita multò esse deberet diuturnior, quò, quæ hodie in vltis  
cerimonias, nouitates, ritus & modos magnatum compellendorum ad-  
discerent, si aliquantulum temporis, ad Deo seruiendum, vitæ sibi  
re cuperent. Obstupesco, cum video quid rerum in mundo agatur: adeo  
ut, cum magnates alloquendi mihi essent, planè nescirem quomodo  
uicinerem: si quis enim, sui oblitus, non tantum hominibus honorem  
fert, quantum merentur, non id in bonam partem & velut ioco  
accipitur; sed ita studio id & ad contumeliam factum esse arbitrantur,  
intentionem tuam, si fortè, vti dico, tui oblitus sis, excusare teneantur.  
faxit Deus, ut etiam tu hic credere in animam inducant. Iterum  
co, nescisse me quomodo viuerem: misella quippe anima vndique  
angustiatam & perplexam comperit. Videt enim, hinc iniungi sibi, vna  
migrationem semper Deo occupatam habeat, & necesse sibi esse, illam  
semper & vbique præ oculis habere, quò multis periculis eripiarer; illam  
verò, nefas sibi esse, vel latum vnguam à mundi punctulis declinare:  
ea vel in minimo negligere, ne quam illis qui suum in hisce punctulis  
norem collocarunt, offensionis indignationisue occasionem præbe-  
Maximè, inquam, hoc me torquebat: hinc semper in me apud illos  
fanda, inciuilitateque mea purganda eram occupata: esto enim  
maxime aduigilarem, nec ubi impingerem euitare tamen non poteram:  
quin plurimos errores committerem; qui (vri modo ostendi) in mundo  
ut non parui reputantur. Religiosos, saltem, hac in re impingentes & tor-  
rantes par esse excusationem non adferre: sed eheu! etiam illos  
excusare oportet: dicunt enim sæculares, monasteria morum omni  
ciuilitatis, & eius sciendæ, esse debere velut aulã, quò quomodo cū  
stet, esse debere velut aulã, prorsus sanè nequeo percipere; vnde cogit  
mecū cœpi, nū fortè aliquis Sanctorū aliquando dixerit, Religionē  
aulã esse debere, in qua instituerentur & efformarentur ij qui regni  
rum aulici & palatini esse vellent, & illos hoc, contrario sensu acciperent  
vsurpare. Nescio enim, quomodo fieri possit, ut in rebus quas toties  
tari videmus, mundani homines tanta, ut complacent, cura incurantur:  
cū vice versa æquum esset, ut, quò Deo placerent, & mundum ab  
rent, talem sollicitudinem semper & continuo præferrent.

*Sugillan-  
tur qui di-  
cunt: Reli-  
giones esse  
aulas ur-  
banitatis.*

*Fanitus  
qua in  
litterarū  
superscri-  
ptione ser-  
uatur.*

Aliquatenus saltem tolerabile esset, si simul & semel hi ritus ad  
posset: sed iam necesse penè esset quendam, ut ita dicam, institui  
in quo aliud non traderetur & doceretur, quam quæ in litterarum  
scriptione seruandæ sint formulæ & modi: modò enim ab hac, modò  
illa parte, vacuus margo relinquitur; & is qui antè ne magnificus  
appellari solebat, iam vocatur *Illustris*: ut nesciam, quonam tandem re-  
uentura sit: nondum enim ego quin quagenaria sum, & breuico que



tempore, tantam rituum mutationem vidi, vt, quomodo viuendum sit, nesciam: quid agent ergo, qui iam recens in mundum veniunt, & multis annis victuri sunt? Miseret me certe Religioforum & Religiosorum, qui ob sanctas quasdam rationes & fines in mundo & inter mundanos agere tenentur: magna enim & intolerabilis crux est, quam hoc in genere pati debent: qui si omnes inter se conuenire, seque in hisce scientiis ignaros & imperitos ostendere possent, & in his vt tales haberent etiam vellent, magno se haud dubie onere & cruce liberarent; sed, hem, ad quas inopias deuoluta sum; de Dei magnalibus me loqui oportebat, & ecce ad mundi sordes & nugas delapsa sum: sed quia me Dominus, pro sua misericordia iam inde eripuit, hinc iisdem iam egredi volo. Illi porro iis se dedant, qui hasce fatuitates tam operose & laboriose obseruant; faxit autem Deus, vt in alia vita, quæ constans & immutabilis est, easdem non haueamus.

CAPVT XXXVIII.

INSIGNES QUASDAM NARRAT GRATIAS, QVAS EI DOMINUS, tum in arcanis nonnullis cali ei patifaciendis, tum in alijs illustribus visionibus & revelationibus ipsi exhibitis, prestari simul refert. quam inde in se effectus manerent, quantumque inde anima ipsius profecerit.

Um quadam vespera ita malè haberem, vt consuetam orationem omittere vellem, rosarium in manus sumpsi, vt, quò intellectus requiesceret, oratione vocali aliquantulum me occuparem, esto exterius satis quæra essem, eò quòd in oratorium sola concesseram. Verum omnes hæc diligentia parum iuuant, cum suam Dominus gratiam vult ostendere. Iam aliquantulum hoc in statu fueram, cum quidam mentis raptus tanto in me impetu ingruit, vt eum nullatenus impedire aut resistere possem. Videbat hic mihi in caelo constituta & primi quos illic vidi, erant pater & mater mea: videbã præterea alia quædã tam magna (idq; tam breui tempore spatio, vt eo salutatio Angelica decurri vix posset) vt illorum me visio valde extra me ipsam raperet: reputabamq; hoc vt singularè quandã Dei gratiã. Porro quantũ ad breue illud tẽpus, fieri potest, vt id fuerit longius; sed, talia videntibus solet id nimis quibrevue videri. Timebam, ne quã hinc forte illusio subesset; sed, quia mihi nulla subesse videbatur, hinc nesciebã quid agerem: pudebat me quippe non parum, huiusmodi ad Confessionem meam referre; idque non ex humilitate (vt mihi quidem videtur) sed quòd putarem illum me derisurum, ac dicturum: Hui nouũ Paulum,

Ll 3 qui

S. ...

opera ...

Visio quædam cultu sui.



*Dominus  
magna illi  
secreta o-  
stendit.*

qui caelestia & quæ in celo fiunt, videat! Huiusmodi Hieronymus  
Et, quia gloriosi hi Sancti huiusmodi res viderant, hinc etiam magis  
timere incipiebam, & lachrymis me identidem conficiebam: nullo modo  
que mihi veritatis fundamento niti videbantur. Tandem, non obita-  
te magnâ illâ difficultate quam sentiebam, Confessarium, magis  
adij: numquam enim aliquid, quantumvis mihi id graue fuisset, con-  
celare audebam: quod maximo pere timerem, ne mihi vsquam diabolus  
illuderet ac deciperet. Cum ergo is me ita afflictam & anxiam videret,  
non parum me est consolatus, multa ad hoc bona verba adducendo, quibus  
me ad hac anxietate liberaret. Postea contigit, (quin etiam modo  
quando contigit) vt etiam maiora mihi Dominus secreta reuelaret, non  
enim in anima potestate, vt etiam non possibile est, plura vt videat  
ei representetur: hinc in singulis visionibus plura non videbam, quia  
Dominus mihi ostendere dignabatur. Quod sanè tam multum erat,  
vel minima illius pars satis esset ad animam summa admiratione con-  
plendam, & inducendam vt quidquid in mundo est parui faciat & con-  
temnat. Vellem, possem aliquid declarare ex minimo eorum que intui-  
ligebam: at cogitans mecum, quo id modo fieri posset, ipsum profectim  
possibile esse comperio: nam si vel solùm illam differentiam, quæ  
lumen quod hic videmus, & id quod ibi apparet, est, (nam ibi nihil aliud  
liud, quam lumen) consideremus, ea sanè tanta est, vt nulla omnino  
vtrumque hoc lumen comparatio sit aut similitudo: imò ipse solus  
dor & iubar, cum eo collatus, non nisi vile quid & abominabile esse vi-  
tur. Ipsa denique imaginatio, quantumvis ea acuta & perspicax sit, lan-  
nis huius, aut alterius cuiuslibet rei, quam tanta mihi Dominus cum  
luptate declarabat, vt verbis exponi omnino non queat, formam des-  
bere, aut rudi quodam modo delineare planè non potest: omnes quippe  
sensus in tam sublimi gradu & suauitate recreantur, vt id satis expositum  
declarari non valeat: quocirca fatius est, vt de eo pluribus agere super-  
deam.

*Lumen  
quod in  
celo vide-  
tur expro-  
mi verbis  
non potest.*

Alio quodam tempore, plusquam horæ spatio continuo, mirabiliter  
quædam Dominus mihi ostendebat, & à latere meo nusquam discedere  
videbatur, ac tandem dicebat, *Vide, filia, quantum amittant qui  
me sunt; quocirca tu hoc eis indicare ne negligas.* Ah Domine mi, quantum  
rum meum dicere prodest apud eos quos sua ipsorum opera in  
tate derinent, nisi illos Maiestas tua illuminet! Nonnullus quidem  
quos illuminare dignatus es, profuit magnalia & potentiam tuam  
gnouisse: at vident, Domine, te hæc tam improba & misera creatura  
stendisse, adeo vt pro magno reputem, fuisse vel aliquem qui fidem  
adhibere voluerit. Sit nomen & misericordia tua in æternum benedi-  
Ego saltem notabilem quamdam in anima mea progressum senti-



In eo tempore semper ibi manere & esse, nec amplius ad vitam reuerti  
uoluisset: omnium quippe rerum inferiorum contemptus ac fastidium  
quod in me remansit, per magnum erat, adeo uellem mihi non nisi sordes  
& percipienda esse uiderentur; & ad oculum uideam quam abiecit & vi-  
der nos occupemus, cum illis in haeremus & immanemus.

Cum apud nobilem illam matronam, quam dixi, commorarer, quo-  
dam tempore me cordis deliquium corripuit; quod, ut supra dixi, satis  
reuerens habere solebam, esto id iam ita intentum non sit. Quod au-  
tem illa charitatis ac beneuolentia plena esset; pretiosa quaedam qua ha-  
bebat, tum ex aurea, tum e gemmis varijs, ac praesertim unum ex adamanti-  
nis, quod magni pretij censebatur, monilia proferri iubebat, existimas  
hocum conspectu me mihi restitui ac recreari posse: sed me cum ipsa ri-  
debam, miserebaturque me hominum, uidentis quid illi aestimant, & quid  
nobis Dominus praeparauerat, considerans: simul apud memetipsam co-  
gebam, quam difficulter & aegre animum ipsa meum possem inducere,  
ut haec aliquo in pretio habeam, esto etiam summa adhuc contentione  
conmittere, nisi aliarum rerum mihi memoriam DOMINVS aufer-  
ret.

Est hoc excellens quoddam animae dominium, imò tam magnum,  
ut nesciam utrum id quisquam alius sit intelleturus, quam qui de facto  
ipsum possideat: nam haec, est germana & naturalis derelictio & abnega-  
tio, eò quod nullo omnino nostro cum labore fiat, Deo faciente omnia,  
quia haec ueritates ita representat, & nobis impressas relinquit, ut mani-  
feste uideri sit, id nos non aliter quam sic, tali modo, ac tam breui tem-  
pore, posse acquirere. Exinde etiam perexiguus in me mortis timor re-  
maneat: antea quidem eam valde timere solebam, at iam ei qui Deum  
met & seruit, ea mihi facillimum quid esse mihi uidetur: in momento  
tempore, se anima ab hoc carcere solutam, & in quiete constitutam uidet.  
Quod enim Deus spiritum ita sustollat, eique in hisce raptibus tam sin-  
gularia & eximia representet, hoc magnam mihi cum animae a corpore  
hoc mortali separatione habere uidetur similitudinem: tunc namque se  
in momento, in omni hoc bono constitutam cernit. Nihil autem hic di-  
gnum de poena quam in hac separatione & digressione ipsa sentit; etenim  
illa parui momenti est, & uerisimile est eos, qui ante dum uiuerent, Deum  
ancere dilexerunt, & ea quae uitae huius sunt, iam dudum mente deleru-  
erunt, multo suauius mori. Credo etiam hoc non parum mihi, ad ue-  
ram nostram patriam agnoscendam, intelligendumque nos, hic non nisi  
peregrinos esse, profuisse. Et sane magnum quid est, agnoscere quid in pa-  
triam illa sit, & nosse, ubi nam nobis uiuendum sit. Nam si quis in aliquam  
regionem, illuc perpetuo commoraturus, proficisci uelit, magno illi ad  
uia la-

Anima  
domini.

Mors Dei  
timenti  
facilis est.

Patriam  
veram  
nosse, ma-  
gnum  
quid est.

S.  
HERESIA

Opera  
IN VII  
156



viæ labores non senties dos leuamini & subsidio est, antè cõsiderasse & no-  
 disse, terrã ad quã rēdit esse huiusmodi, vt in ea quã comodissimè & equi-  
 tissimè victurus sit. Conducit hæc consideratio præterea, ad facilitatem  
 rum cœlestium cogitationem habendam, vt que sine vlla molestia ani-  
 bore conuersationem in cœlestibus habere assuescamus. Quod sancti-  
 contemnendum est commodum: nam vel solus cœli aspectus animam  
 in se facit descēdere; quod enim Dominus aliquod eorum, quæ illic  
 specimen ei ostendere dignatus sit, hinc continuò de eo cogitat. Hinc  
 interdum, vt me eorum quos illic habitare scio, consortio putem  
 esse, cum ipsique me recreare; & hi ipsi, soli verè mihi videntur viuere  
 viui; homines autem in terra agentes, ita mortui, vt etiam totus orbis  
 vniuersi qui in eo sunt, nullum mihi consortium adferre posse videantur  
 præsertim cum vehementer illos impetus in me sentio. Omnia namque  
 mihi non nisi merum videtur esse somniũ, & quidquid corporeis oculis  
 intueor, non nisi mera nuga, & ludicrum quid: quod autem oculis ip-  
 tus & animæ aspexi, hoc est quod ipsa ambire desiderat; & non quod  
 dammodo illi est, quod adhuc procul ab eo distitam se esse videat. Den-  
 singularis quædam gratia est, quam illi Deus facit, cui id genus vult  
 communicare; hæc enim mirum in modum eum iuuat, præsertim in  
 quædam cruce ferenda: siquidem nihil omnino illi placet, & quidquid  
 demum conspicit, fastidio illi est. Et nisi Dominus permitteret, vt  
 rum quædam aliquando sequeretur obliuio (quamquam vix hæc  
 postea rursus memoriæ recurrant) nescio sanè, quomodo vitam  
 here possemus: sit ipse in secula seculorum benedictus & laudatus  
 Faxit Deus, per pretiosum quem dilectus eius filius pro me effudit  
 sanguinem, ne, cum iam aliquid de tantis bonis me intelligere, & hinc  
 sis, aliquatenus frui incipere voluerit, id mihi contingat quod olim  
 perbo Lucifero, qui, culpã suã, omnibus quo acceperat bonis & chari-  
 matibus excidit. Eum ergo pro eo quod est, supplex rogo, ne hoc  
 quam permittat: nam subinde non parum mihi timeo; quamquam  
 lia parte, (idque vt plurimum & propè semper) diuina me misericordia  
 securam esse iubeat, ipsum, cum tot me peccatis eduxerit, auxiliatorem  
 manum suam, quam hætenus porrexit, mihi nequam subtrahat  
 vt peream. Hoc, summa animi demissione R. V. rogo, vt identidem  
 hi ab eo efflagitet. Quas autem hætenus commemoravi gratias, &  
 sunt (vt mihi quidem videtur) tam magnæ ac singulares, atque illas  
 modò nariabo; idque varias ob causas, ac præsertim ob ingentiam, quæ  
 de mihi prouenerunt bona, & maximè ob singularem quamdam  
 inde anima hausit, fortitudinem: esto singula, si separatim & per se  
 derentur, tam magna sint, nihil vt illis comparari posse videatur.



Cum quodam tempore, in vigilia Pentecostes, post sacra Missæ officio peracta, in valde abditum quemdam locum, in quo sæpè aliquid legere solebam, me abdidissem, in libro à Carthusiano quodam composito, legere cepi, ea quæ ad festum hoc pertinebant: cum autem signa è quibus Incipientes, Proficientes, & Perfecti perspicere queunt, num Spiritum Sanctum in se habitantem habeant, legerem, & tres hosce hominum status iam percurrissem; sensi in me, per Dei bonitatem, prout quidem ego intelligere poteram, illum mihi præsentem adesse. Itaque cum ei hoc nomine gratias agerem, simul recordata sum, al.às, cum hæc ipsa legerem, hæc omnia mihi maximè defuisse (quia tam clarè & liquido id rã videbam, sicut iam contrarium in me sentio & experior) vnde satis intelligens, id singularem quamdam Domini gratiam esse, considerare apud memetipsam incepti locum, quem ob peccata mea in inferno promerueram, Deoque quam potui maximas grãtias egi: videbar namque animam meam non amplius agnoscere, prout quidem eam immutatam videbam. Hæcigitur me considerantem ingens impetus spiritus corripuit, cuius quædam esset occasio vel causa, prorsus intelligere non poteram, tantam autem eius erat vis, vt anima violenter è corpore erumpere velle videretur, quod se ipsa non caperet, imparemque tanto bono admittendo & respiciendo agnosceret. Ea autem impetus erat vehementia, vt me ipsa retinere aut retere non possem, & longè diuersa ab ea, quam aliàs in me contuleram. Non sciebam quid animæ esset, aut deesset, vel quid veller: vsq; ad eo commota & mutata erat. Quam ob rem parieti annexabar; nam, esto loquerem, non tamen subsistere in loco poteram, quod omnes naturæ vires me penitus deficerent. Hoc in statu constituta, video columbam quamdam capiti meo desuper imminentem, longè diuersam ab illis, quas hinc ita terra conspicimus; ne que enim tales, vt illæ, habebat pennas, sed alas velut è conchulis quibusdam, magnum ex se splendorem emittentibus, contextas. Erat hæc communibus nostris columbis maior: videbarque strepitum quem alis suis volaturiendo excitabat, inaudire; volaturum autem tam diu ac posset Angelica salutatio recitari. Ita quidem tum anima mea constituta erat, vt seipsam perdens, etiam columbæ aspectum ex oculis perderet. Spiritus porro, tam bono hospite intra se admissò, prius tranquillus est: & certè quantum mihi quidem videbatur, tam mirabilis gratia eum & tranquillauit, & consternauit; qua vt iam frui ceperam, paulatim emigrante, successit quies & serenitas mentis, itaque mansit in raptu. Huius autem raptus gloria tam admirabilis & excellens fuit, vt penè omnibus sequentibus festis ita extra me ipsam essem, meiq; ampos, vt quid mihi agerem, aut quomodo tanta in me gratia & fauor cæcatus caderet, prorsus nescirem. Nihil omnino (vt ita dicam) audiebam

Ludolphus  
in vita Iesu  
Christi  
c. 74. p. 2.

Videt colū-  
bam capiti  
suo immi-  
nentem.

S.  
Teresa  
Opera  
IN VII  
158

S. M. Teresa Opera.

M a

aut vi-



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



ut videbam, idq; ob intensissimum quod interius sentiebam gaudium  
Intellexi, me ex eo die summum in sublimiore quodam Dei amore, et  
tutibusq; magis heroicis & fortibus, profectum fecisse, & promotum  
fuisse: ille in aeternum benedictus & laudatus. Amen.

Eandem etiam columbā vidi aliās capiti cuiusdam Dominici  
pendere, excepto quod radij & fulgores alarū ipsius longius se tā distēto  
viderentur: simul intellexi fore, ut multas hic Deo animas lucraretur.

Alio tempore vidi, quomodo Beata Virgo Patri illi presentato  
de Ordinis, de quo iā supra aliquoties memini, candidissimam cappā  
cum daret, atq; mihi se in illius, quod sibi praestitisset, obsequij, dū  
strenue allaboravit, ut domus hæc fundaretur, cōpensationē ei baro-  
didā vestē dare, idq; in signū quod illius animā ipsa post hac mundam  
uaret, & ab omni peccato mortali immunē. Id quoniam ita factum sit, mihi  
dubito, paucis enim exinde post annis demortuus est; reliquo autē  
tempore & in morte, tantā austeritatem & sanctitatem prætulit, ut quæ  
ē coniecturis assequi possum, nullus sit de eo ambigendi locus. Quis  
autem Monachus, qui eum morientē viderat, certō mihi affirmavit, se  
eo, paulō antequam spiritū in Dei manus traderet, audisse, S. Thomam  
visum assistere: mortuus est autem summo cum gaudio, & ardenti  
ex hoc ærumnoso exilij loco emigrandi desiderio. Postea subinde  
magna in gloria apparuit, & nonnulla secreta aperuit. Oratori pariter  
addictus erat, ut etiam in mortis hora, eum ob nimiam corporis debi-  
tatem ab ea abstinere vellet, planē non potuerit, ob frequentes quæ-  
patebatur raptus. Paulō antequā ex hac vita decederet, litteras mittere  
sūt, in quibus me cōsultit, quomodo se in raptibus, qui ei statim post  
celebrationē incidebant, ac satis diu durabant, ita ut eos ipse impedire  
posset, gereret: sed Deus tandem ei omnium, quos toto vitæ tempore  
multos subiit, laborum atque obsequiorum præmium reddidit.

*Relatio  
circa Ra-  
tionem cu-  
iusdam Col-  
legij Soc.  
Iesu.*

Quoad Rectorem Collegij Soc. Iesu, cuius antea aliquoties memi-  
quædam etiam vidi, quantum ad magnas gratias, quas ei Dominus  
bat, quas prolixitatis vitandæ causa, hic referre super te deo. Quod  
pore grauis ei superuenit difficultas, quæ magnarum ei persecutio-  
afflictionum fuit occasio: cum ergo quadam die sacrum audiret, vidit  
sacrosanctā hostia eleuaretur, Christum Iesum in cruce fixum, qui  
quædam consolationis verba, ei denuntianda, dixit, nec non alia, quæ  
eū & de futuris præmonebat & quid ipse illius nomine passus esset,  
clarabat, simul significans, ut & se ad patiendum disposeret. Magna  
ei fuit consolationi, & ad fortiter certandum animos addidit: omnia  
tem prout Dominus mihi indicarat, postea ex ordine facta sunt.

Magna quoq; mihi de Religiosis certi cuiusdam ordinis, atq; ad  
vultu



videtur illo ordine simul indicata sunt: vidi quippe eos in caelo, & quidem  
 scriptis, alba in manibus vexilla gestantes, nec non alia mirabilia, uti dico.  
 Vnde Ordinem hunc summa veneratione prosequor, frequenter namque cum  
 multis lectoribus tractavi & egi: & quantum video, vitam agunt conformem  
 ac respondentem per omnia eis, quae mihi Dominus de ipsis significavit.  
 Quadam nocte mihi in oratione agenti, Dominus quaedam verba in-  
 cepit dicere, quibus mihi in mente reuocabat, quae improba & nequa prior  
 mea vita fuisset, quae mihi & pudore incutiebant, & non parum affligebant: esto  
 enim nulla ea ac redine praefertant, tale tamen in homine sensum & dolo-  
 rem dicit, ut eum penitus conficiant & consumant; & plus in nostri ipsorum co-  
 gnitione per vnicum horum verborum proficimus, quam assidue etiam ad  
 multos dies nostram ipsi miseriam ac vilitatem consideramus: verba quippe  
 haec tam expressam & euidentem veritatem continent, ut ea negare nequea-  
 mus. Ponebat autem mihi ob oculos, eam quam olium habueram, ad magnas  
 vanitates propensionem ac voluntatem, dicens, ut magni facerem, quod ipse  
 volueram, quae alias tam male impensa & occupata fuerat, uti mea, in ipso  
 colloqui ac statui vellet, & quod ipse eam etiam admitteret. Alio tempore dice-  
 bat, ut meminisses, quoties visa fuerim id ut honorem aestimare & honorifi-  
 care, quod contra eius honorem pugnabat. Aliquando, ut mecum ipsa perpen-  
 dit quantum ei deberem, eodem quod, cum grauissimè eum offenderem, & alapa di-  
 uina ei infligerem, tunc ipse me beneficijs oneraret: si quas habere im-  
 portationes (quae sane paucae non sunt) ita mihi eas Dominus representat,  
 ut me ipsa tota destruere & consumere videar; & quia eas permultae sunt,  
 hinc saepe hoc mihi contingit. Euenit nonnunquam, ut, cum me a Confessio-  
 nis meo reprehensa, per orationem consolari vellem, in ea demum verè &  
 oportet, a Domino reprehenderet. Ut ergo ad id quod dicere ce-  
 peram reuertar, cum vitam meam improbam mihi Dominus in mentem ac memori-  
 am vocare inciperet, ego multis lachrymis effusus, videns me (ut quidem  
 existimo) nihil omnino haecenus egisse, cogitare mecum cepi, num forte  
 aliquam mihi facere gratiam vellet. Id namque iam longo usu obseruavi, non  
 alias solere me singularem aliquam gratiam a Domino recipere, quam cum  
 ante me peritus annihilavi, ut liquidius sic perspiciam quam illae supra &  
 extra omne meum meritum sint, atque ideo non nisi a Domino illas proue-  
 nire mihi persuadeo. Non multo post, spiritus meus ita elauabatur, ut ferè  
 extra corpus migrasse mihi videretur: hoc autem cum fit, homo saltim non  
 sentit se in corpore viuere. Vidi hic Sacratissimam Christi humanitatem,  
 multo gloriosiore & splendidiorè, quam eam haecenus unquam videram.  
 Per admirabile & perspicuam quaedam notitiam mihi representatum est, quo-  
 modo ipse sit in sinu Patris; et si, quomodo ibi sit, exprimere non possem;  
 nam, cum me ipsam non intuendo, me coram diuinitate illa praesentem cernere  
 vide-

*Prioris  
 vanitates  
 Et peccata  
 Dominus  
 ei in me-  
 moriam re-  
 vocat.*

*Cum se an-  
 nihilabas  
 tunc gra-  
 tiam a Deo  
 recipere  
 solebas.*

*Vides filium  
 Dei in si-  
 nu Patris.*

S.  
 HEREDIA

peccata  
 in vi  
 me





videbar. Ad eod̄ porro inde consternata & constituta mansi, vt aliquoties  
 hi elapsi fuisse videantur dies, antequam mihi metip̄si possem restitui  
 semperque illam filij Dei Maieſtatem mihi præſentem, et̄ſi non talem  
 qualem antè videram, habere viderer. Hoc porro satis intelligebam: ſed  
 ita id imaginationi inſculptum manet, vt, et̄ſi id nonniſi quam breuiſſi-  
 mo tempore durarit, ipſa tamen hoc ad ſatis longum tempus à ſe diſ-  
 uerere nequeat; quod & magnam homini adfert conſolationem, nec non  
 in ſpiritu profectum. Hanc ipſam viſionem etiam alijs tribus vicibus  
 & eſt (vt mihi quidem videtur) omnium, quas mihi Dominus exhibere  
 dignatus eſt, viſionum eminentiſſima & altiſſima, inſigneſque ſecundum  
 fert fructus. Vnde etiam animam ſingulari quodam modo purgat, &  
 ſenſualitati hinc noſtræ omnes propè vires eripere videtur: eſt præterea  
 vehemens quædam flamma, quæ (vt quidem apparet) omnia vires de-  
 deria exurit, & in nihilum redigit: nam et̄ſi deſideria mea (Deo laus) re-  
 res vanas non ferrent, hîc tamen apertiſſimè mihi declaratum eſt, quod  
 nia terrena impetia & dominatus inania ſunt. Eſt hoc quoque illuſtre do-  
 cumentum, è quo diſcimus deſideria noſtra ſurſum ad puram ventura  
 ſuſtollere: manet quoque hîc animæ tanta erga Deum reuerentia  
 preſſa, vt quomodo id fiat, exprimere non valeam; ſaltem nimis quæ  
 multum differt ab ea quam in terra conſequi poſſumus. Non poteſt  
 ma non magnopere mirari, cum conſiderat, quomodo tantam Maieſ-  
 tem vnquam offendere auſa ſit, aut aliquis audere poſſit. Hoſce viſi-  
 num effectus, nec non alia huc ſpectantia non dubito quin alijs expo-  
 ſuerim; at iam ante dixi, ex illarum vna maius, ex alia minus con-  
 dum ſequi; at ex hac ſolet quam maximum ſequi. Cum autem ſacra-  
 communionem adibam, & ſublimis huius Maieſtatis, quam videtur,  
 cordarer, conſideraremque eundem Dominum eſſe, qui in Sacramen-  
 to eſt (imò ſæpè ſe mihi in ſancta hoſtia ſpectandum diſce-  
 gnatur) omnes mihi comæ arrigebantur, & planè in nihilum re-  
 videbar.

Sed niſi tuam, Domine mi, magnitudinem velares, quiſtorica  
 ita abominabilem, & abiectam tanta cum Maieſtate coniungere &  
 re auderet? Benedictus ſis tu Domine, teque omnes Angeli & vniuerſa  
 creaturæ dilaudent, quod ita res pro imbecillitatis noſtræ ratione am-  
 peres, vt et̄ſi tantis tamque excellentibus donis fruamur, tamen per  
 gniam tuam potentiam ita non percellamur, vt præ metu (quod nunquam  
 imbecilles, fragiles, & miſeriffimus) ijs frui negligamus. Idem nunquam  
 contingere nobis poſſet, quod alias ruſtico cuidam contigit, (reſpon-  
 tem quam narro, verè contigiſſe mihi certò conſtat) hic enim cura  
 ſaurum, maior erat quam illius erat animus (qui nimis quam par-

Viſionis  
 Chriſti  
 qui ſunt  
 fructus.

Quidam  
 annuum  
 ob theſau-  
 rum emo-  
 ritur.



erat inuenisset, cum apud se detinens, in tantam melancholiam & tristitiam incidit, vt paulatim præ angore & nimia solitudine, quòd, quid de illo faceret, nesciret, contabescens tandem expirauerit. Verum u illum non simul inuenisset, sed hunc illi paulatim aliquis per partes dedisset, itaque cum cum familia sustentasset, longè haud dubiè lætior, quam cū pauper erat, vixisset, nec præ angore vitam amisisset. Quam, ò opulentiā mirabili quodam modo animas sustentare nosti, tam ingeniosas illas opes non simul, sed nonnisi paulatim, vt penè eas non videant, ostendendol Cum tantam tamque infinitam Maiestatem, tantillo in subiecto, quale est hostia, absconditam considero, non possum ex illo tempore tantam apud memet ipsam sapientiam non summoperè demirari, vt nesciam, quomodo mihi Dominus & animum & robur det, vt ad illum accedam. Sanè nili is ipse qui tam eminentes mihi gratias dedit, & etiam nunc dat, me corroboraret, non esset possibile, me tanta mirabilia tacendo posse dissimulare, aut plenis vocibus passim non diuulgare. Quid ergò sentire debet misera quædam creatura, qualis ego sum, multis abominatibus onusta, & quæ vitæ suæ dies in tam paruo, ac propè nullo, Dei timore traduxit, cum se ad hunc tantæ Maiestatis Dominum ire confidat, præsertim cum ipse insuper vult vt anima mea ipsum videat: quomodo os tuum, quòd tot aduersus hunc ipsum Dominum verba pertulit, gloriosissimo huic corpori puritati & pietati plenissimo coniungere poterentiam magis animam (quòd scilicet ei prout oportet non seruitur) cruciat & affligit amor, quem pulcherrima illa facies, singulari cum tenentate, affectu, & affabilitate præfert, quam eam timere faciat ac perterreat Maiestas, quâ in illo conspicit. Quis porro mihi sensus fuerit oportet duabus illis vicibus, quibus hoc quòd dixi, videre mihi datum est? Parum curè abest, quin ò Domine mi, & vnica gloria mea, dicam, me magnis illis afflictionibus, quas anima mea sentit, durantibus saltem aliquid ad tuum honorem fecisse: (sed, eheu! nescio quid dicam; nam hæc scribo vix verbum vllum loquens, sentio quippe me turbatum, & meipsum quodammodo impotem, mox vt hæc ipsa ad memoriam reuocaui) si quidè, Domine, hic sensus à me proueniret, bene dicerem, me aliquid ad tuum honorem præstitisse; sed quia ne vnam quidem bonam cogitationem habere possumus, nisi tu illam dederis, hinc id mihi ascribi aut laudi duci non debet. Ego Domine sum debitor, & tu ille quem peccavi & offendi.

Cum quodam tempore sacram communionem accederem, oculis animæ multò clarius, quam corporeis, duos vidi dæmones, & quidem aspectu horrendo deformes. Videbantur hi mihi cornibus suis misera illius Sacerdotis fauces velut circumdare; Dominum autem meum eam in

M m ; Maicsta-

Sacerdos  
impurus  
nihil dero-  
gat Maie-  
stati Chri-  
sti.

S.  
Maicsta

peccavi  
in vi  
me



Maiestate quam descripsi, inter Sacerdotis huius manus, in hostia equa mihi iam porrecturus erat, videbam constitutum; vt ad oculum patere manus illas in eum peccasse: vnde facile agnoui, animam illam in verba peccati statu constitutam esse. Quam mirum debebat esse spectaculum tuam, Domine, pulchritudinem inter monstrosas illas larvas & demones videre! Illi coram te, velut pauidi & conterriti, tremebant, & libenter (vt quidem videbatur) inde se subduxissent, si liberam inde abeundi optiam tu ijs facere voluisses. Equidem introitus adeo conturbabar, vt quomodo ven. Sacramentum suscipere potuerim, nesciam, & non modicus me timor occupauit: cogitabam namque apud me in ipsam. Si quidem hæc visio à Deo venisset, Maiestatem illius minimè perturbaturum fuisse, vt quod in anima illa erat malum, ad oculum ego viderem: sed postquam Dominus mihi dicebat, vt pro illo orarem, seque hoc permittere, intelligerem & scirem, quantam verba consecrationis vim habeant. Dicoque non idèò desinere illic præsentem adesse, quamuis qui illa profert sacerdos nequam & scelestus sit, vtque etiam summam eius bonitatem qua se in illas inimici sui manus sistere non grauatur, idque tam ad meam quam aliorum vtilitatem notarem. Satis hinc intelligebam, quam maior sit Sacerdotum, vt vitam honestam & ab omni scelere purgant, quam reliquorum hominum obligatio; quamque & graue & horrendum piaculum sit, sanctissimum hoc Sacramentum indignè suscipere; adhæc quam plenum diabolus in animam mortalis scelestis reus dominium habeat. Denique mirè hoc mihi profuit, & satis hinc colligo, quantum ipsa Deo obstricta essem. Sit ipse in sæcula sæculorum benedictus.

*Demoni  
in Domini  
conspicui  
terror.*

*Sacerdotes  
quæ optere  
ad vitam  
bona obli-  
gantur.*

*Horribilis  
visio de  
quodam sine  
confessione  
mortuo.*

*Dæmones  
nō apparēt  
interim dū  
sacrifican-  
tur.*

Simile quid mihi etiam alio tempore contigit, quod me mirum in modum consternauit. Quodam in loco cum essem, contigit quendam, qui ad multos annos satis scelerate (vt quidem intellexi) vixit, ob idem demorari: hunc morbus plusquam biennio detinuerat, & tamen nullis in rebus sese emendasse videbatur. Mortuus quidem est sine peccatorum Confessione, non propterea tamen mihi videbatur inferno tradendus. Interim dum cadaver loculo imponitur, plurimos dæmones illud arripere, & velut ludibundos ac plaudentes, diris id modis tractare vidi. Hoc me non parum perterruit, ingentibus namque vncis id huiusmodi illucrapabant. Cum autem eâ, quâ aliorum corpora solent, pompæ ritu ipsum ad sepulchrum deferri viderem, mecum Dei bonitatem contempnere; quod scilicet omnibus passim patere nollet, hanc animam sibi inimicam esse, ne quod inde illi probrum & infamia accideret. Quod autem videram, ita me affecerat, vt penè mentis imposibile iam quam diu funebre sacrum durabat, nullos spectabam dæmones.



cum corpus iam sepulchro iniiciendum esset, tanta in eum dæmonum multitudo ad ipsum excipiendum parata aderat, vt hoc videndo extra meipsum essem: imò non paruo mihi opus erat animo, ad hunc dolorem meum deforis non prodendum. Cogitabam porro, quam diris in animam seuire modis deberent, cum tale in misellum corpus dominum exercerent. Vtinam qui in malo statu sunt, viderent, quod ego tunc vidi; quod vsq; adeò horrendum erat, vt mirè id, ad illos à vitæ scelerum consuetudine reuocandos profuturum existimè. Omnia hæc magis in me agnoscere faciunt, quid Deo debeam, & à quibus malis ac periculis me liberauerit. Non sine magno timore eram, quoad usq; Confessio meo rem aperui, verebar enim, ne aliqua diaboli hic subesset, illusio, ad animam illam infamandam, esto ipsa non vsq; adeò bona & timorata vulgò haberetur. Certè quoties rei huius memini, quamuis etiam illusio diabolica non esset, non possum non timere.

Sed quia de visionibus quo ad defunctos loqui iam cœpi, referre hic quaedam volo, quæ mihi hoc in genere Dominus de nonnullis animabus reuelare dignatus est; non quidem de omnibus, sed de admodum paucis, vt & breuis sum, & quia minimè id necessarium est, id est, quia nulla hinc ad aliquem manatura est utilitas. Dicitur mihi est, ex hac vita decessisse, quemdam, qui olim Prouincialem nostrum egerat, sed, cum demortuus est, alteri prouinciæ præerat: hic mecum olim egerat, eique ob quædam quæ mihi ostenderat beneficia, aliquot nominibus deuincta eram: vitæ autem eius ratio honesta in primis erat ac proba. Vt ergo eum demortuum audiui, mirum in modum turbata sum, quia de saluatione eius timebam: viginti quippe annis superiorum egerat: quam ego rem certè valdè timeo? nam mihi perquam periculosum videtur, animarum regimen habere. Itaque magno cum dolore me intra quoddam oratorium abdidi, omniaque bona opera, quæ toto vitæ tempore vmquam egeram, (quæ sanè parua admodum fuerunt) in illum transtuli; vnde Dominum rogabam, vt per sua merita adimplere dignaretur, quod animæ illi, vt purgatorijs flammis posset egredi, deesset. Me ergo Dominum, quam poteram enixissime rogante, videbatur is de profundo terræ ad dextrum latus meum prodire, & mox illum, magna cum lætitia & gaudio, in cælos ferri conspexi. Fuertis, dum viueret, grandævus & multorum annorum; sed iam mihi apprensus, quasi trigenarius, aut etiam iunioris ætatis esse videbatur, facies autem illius miro fulgore radiabat. Pauco tempore hæc me visio durabat; sed ita ex ea affecta & consolata mansi, vt illius me eundem mors nunquam amplius contristare potuerit, tametsi eam plurimæ peracerbè ferrent, quod omnibus percarus esset. Consolatio porro, quam

*Varia visio-  
nes de ani-  
mabus  
defuncto-  
rum.*

*Merita  
sua dat pro  
redemptio-  
ne cuiusdã  
anima e  
purgate-  
rio.*

S.  
eresia

peca  
N. VI  
me



quam anima mea hinc sensit, tam erat magna; nihil ut aliorum laudare curarem, & dubitare nullatenus possem quin bona haec esset visio, nulla inquam in ea illuso subesset. Vix duae tunc elapsae erant hebdomadae postquam ex hac vita migrasset; nihilominus omni qua poteram cogitatione procurabam, ut pro animae eius refrigerio, & alij & ego Deum rogaremus; excepto quod ipsa eo ardore & contentione cum non committere darem, quo quidem commendasset, si quae ante dixi non vidiissem, deus enim Dominus tale quid mihi circa aliquam animam ostendit, & ego deinde pro eadem intercedere volo, plane perinde mihi facere videor, ut impedire id nequeam, ac si quis diviti & non egenti elemosinam daret. Postea vero comperi (procul enim hinc mortuus est) eequod mortuus genus ei Dominus immisisset, ut pote quae ita circa instantes omnes voluisset, ut non maximopere admirari, visio, quanto cum dolore, patiens lachrymis, & animi humilitate, e vita migraret.

*Vi les anti-  
m-ant pur-  
gatorio ex-  
it.*

Contigit in domo nostra, etiam Monialem quamdam, ferventem Dei ancillam, ex hac vita migrare: vix sesquidies effluerat, cum, inter cetera in choro officia pro eius anima peragerentur, & quaedam de scripturis ad vnius e lectionibus illo in officio legi solitis medium iam pervenisset, ego illi adstant, ut eam in versiculo recitando adiuverem, animam defunctae vidi, quae ab illa qua priorem illam videram parte exurgens recta in caelum ascendere videbatur. Non erat haec visio imaginaria, sed superior illa, sed talis, quales illae quas supra retuli, non minor tamen esse debetur, quam illis quae corporeis videntur.

*Item A-  
liam.*

Aliam etiam Monialem octodecim circiter aut viginti annorum eodem nostro conventu emori contigit: semper illa, quoad vixit, debili infirmaque fuit valetudine, pietatis studiosissima, chori amantiissima, in defessa virtutum omnium cultrix. Hinc putabam, illam ad purgatorium non descensuram, sed merita plurima illi superfutura; plurimum enim cum morbis in vita luctata erat. Interim vero cum exequit celebraretur, antequam sepulturae traderetur, quatuor post mortem horis, presens piebam illam purgatorio tempore exire, & in caelum abire.

*Quendam  
de Soc. Jesu  
in calis as-  
cendere  
videt.*

Quodam tempore in templo cuiusdam Collegij Societatis lesuensis, illamque, quam aliquando me habuisse dixi, & etiamnum habere vidi, & corporis angustiam sentiens, ita me introsum constitutam defunctam inveni, ut ne vnam quidem cogitationem bonam habere posse viderer. Hac ipsa nocte quemdam de fratribus Coadiutoribus Collegij illius emori contigit: pro cuius anima cum prout poteram curarem, & sacerdotis cuiusdam de hocce Collegio sacrum pro eo audirem, & Domini ad me ipsam introverfa, magna illum in gloria, & Domini vna cum ipso, in caelos ascendentem conspexi. Intellexi autem



de singulari favore fieri; quod Maiestas illius vnà cum illo ascende-  
ret.

Quidam Ordinis nostri Monachus, vir admodum pius & religio-  
sus, grauiter aegrotabat: cum autem ipsa sacro interesset, magna me re-  
colleccio mentis occupauit, vidique in ea illum iam exspirasse, & rectà ad  
caelum, non transito purgatorio, tendere. Eadem omnino hora, vt post  
intellexi, mortuus est, qua illum in caelum abeuntem vidi. Mirabar ma-  
gno opere, quod purgatorio non adiudicaretur: sed intellexi, mirè illi, quo  
minus eo abiret, bullas Ordinis profuisse, eò quod Religiosus fuisset, qui  
suae professionis regulam & votum quam exactissimè seruasset. Nescio  
sane, cur mihi hoc indicatum fuerit: sed ( quantum intelligo ) hæc ratio  
fuisse debuit, vt scilicet scirem, quod monachum esse, non in sola veste si-  
tum sit, sed in eo vt in illa quis ad maioris perfectionis statum, qui solus  
monachum facit, tendat.

Plura de his loqui nolo, neque enim ( vt dixi ) id necesse est, quam-  
uis multarum animarum statum mihi Dominus reuelare dignatus est:  
sed omnibus quas vidi animabus, nescio an vlla purgatorium euase-  
rit, præterquam Religiosi illius, de quo antè paulò locuta sum; item  
sancti P. F. Petri de Alcantara, nec non illius Dominicanus, cuius antè me-  
mini. Quoad aliquos vero, placuit Domino viderem, ad quem gloria  
gradam euecti essent; illis ipsos in locis spectandos exhibens, quæ in cæ-  
lis obriuerunt: magna autem est inter hunc & illum, & vnum & alium, dif-  
ferentia.

## CAPVT XXXIX.

**INDEM PROSEQUITVR MATERIAM, ET EXIMIAS SIBI  
à Domino præstitas gratias recenset: refert promississe sibi Dominumbe, ne se fa-  
cturum illis, pro quibus ipsa eum rogaret: & singularia quedam nar-  
rat exempla, in quibus factum sibi promissum Ma-  
iestas eius præstitit.**

**C**um quadam die Dominum importunis precibus rogarem, vt cui-  
dam cui multum ipsa debebam, oculorum lumen, quod penitus a-  
miserat, & cuius ipsa proinde vicem miserabat, restitueret; vererer autem,  
vt ob peccata mea me orantem Dominus non exaudiret; apparuit mihi  
spiritus & aliàs mihi apparuerat, sinistraq; manus suæ vulnus mihi osten-  
dere incepit; dextrâ autem clauum magnum, qui eidem infixus erat, edu-  
cere: illum autem extrahendo, videbatur simul & carnis frustilla extra-  
here: vt facillè colligere esset, summo sine dolore id non fieri, qui sanè ma-  
gnam in me erga eum commiserationem excitauit; simul etiâ mihi dixit,

S. M. Teresæ Opera.

N n

quan-

S.  
teresiaOpera  
IN VI  
168Quomodo  
ei Domi-  
nus appa-  
ruerit.



quandoquidem tanta tanque atrocità pro me passus erat, cerò & dubitacòe crederem, se multò etiam libentius præstiturum id quod ab eo peterem; etenim promittere se mihi, nihil me vnquam à se postulaturo, quod mihi non esset præstiturus; quòd iam tam nosset, nihil omnino postulaturam, nisi quod ad maiorem suam gloriam foret; itaque libetatum & concessurum id, quod in præsens à se poscebam; si enim, iam cum nondum ei seruirem, nihil vnquam se rogauì quod non pariterit, & quidem melius & perfectius, quam id ipsa postulare poterim; minimè igitur dubitarem, quin id multò præstiturus esset libentius, cum se sciret à me diligi. Vix octo ab eo tempore effluxisse putem cum oculorum vsum illi homini Dominus reddidit: statim verò id Confessarius meus rescivit. Fieri autem potest, vt preces meæ nihil omnino huc contulerint; sed, quia visionem illam videram, hinc ita eius rei certus mansi, vt Maiestati eius gratias, tanquam pro gratia & beneficio mihi concessio egerim.

*Caco lumē  
recuperat.*

*Morbido  
gracibus  
sanitatem  
impetrat.*

Alius quidam morbo graui, sed mihi incognito (quem etiam propterea hic non exprimo) laborabat: qui quomodo ipsam bimestri spece affligerit, incredibile & intolerabile videatur; adeò quidem vehementer eius cruciatus erat, vt suam ipse carnem discerperet. Confessarius vero Rector, inquam, Collegij Societatis Iesu, quem dixi, eum inuilit, quibusdam rem eius & dolores miseratus, mihi intunxit, vt, quomodo oculumque viderem, eum adirem; etenim esse eum talem, cui id hæud dubiè præstaturum erat: erat namq; de consanguineis meis. Iui ergo, & hominem viderem vicem eius sum miserata, vt valdè importunis Dominum precibus impeterem, huic vt sanitatem redderet. In hoc porro (vt quidem penitus non videtur) euidentissimè gratiam, quã mihi fecit, perspexi, quòd ipsa tantum postridie, à dolore penitus liber, lecto surrexit.

*Precebus  
suis impo-  
dit, ne quis  
conceptum  
scelus ex-  
queretur.*

Quodam tempore grauissima in angustia versabar, quòd scilicet liquè, cui multis nominibus obstricta eram, aliquid, quò tū Dei, tum proprium honorem maximopere læderet, moliri: & eò vsque venerat, vt ipsam exequi omnimodis decreuisset. Ita autè ego inde angustiatam quomodo propositum hoc eius subuerterem nescirem, imò nec vllam impediendi, & à proposito reuocandi ratio subesse videbatur. Igitur minimum quam potui studiosissimè precata sum, remedium vt adhiberetur verum non ante meus cessare aut alleuiari poterat dolor, quã ipsam concepto facinore cessare viderem. Hoc ergo in statu constituta, intra quoddam eremitorioium, longè à turba sequestrarum, (qualia in hoc monasterio nonnulla sunt) in quo Saluatoris Iesu ad columnã ligati imaginem aspicitur, me abdidì, eumq; rogauì, hanc vt mihi gratiam faceret. Hic vox quædã admodum lenis, tanquam si per fistulã aut tubam proueniret.



meas delapsa est: quae me horrore simul & timore magno comple-  
 xit. intelligere quidem voluissim quod mihi illa dicebat, sed non pote-  
 ram, quia id in momento fiebat & praeteribat. Postquam autem timor  
 meus quod statim fiebat iam transisset, tantam interiorum quietem, volu-  
 ptatem & recreationem sensi, vt non parum mirarer, vel vnicuius vocis cu-  
 iusdam auditum (nam corporalibus auribus eam percepi & audiui) esto  
 nullum audirem verbum, tantam in anima operationem facere. Hinc ma-  
 gis colligebam, concessum mihi, quod postulabam (& ita etiam  
 factum est) nam dolor & poena in re quae nondum erat, ita penitus me re-  
 liquere, tanquam si eam ita confectam vidissem, vti postea confecta est.  
 Apertum Confessarijs meis, quos tunc temporis duos habebam, cum do-  
 ctissima, tum virtutibus eminentes.

Vt cognoui quendam, qui firmiter apud se proposuerat Deo ex-  
 corde seruire, & iam diebus aliquot orationis studium sectatus erat,  
 in quo ei Maiestas illius etiam multas gratias concesserat, ob quasdam ei  
 oblatas occasiones a quibus etiam tum non abstinebat, quaeque admo-  
 dum noxiae & periculosaerant, illius exercitium seposuisse, magnam in-  
 terius angustiam & amaritudinem animi sensi, quod esset quem dilige-  
 bam, & cui permultum debebam. Mensem & amplius me credo pro ea  
 Domino identidem supplicasse, vt hanc ad se animam a via erroris reuo-  
 caret. Cum ergo quodam tempore orationi insisterem, daemone quenda-  
 m mihi adstantem vidi, qui chartas quasdam, quas manu tenebat, ma-  
 gna indignatione dilacerabat. Hoc viso magna sum consolatione perfu-  
 sus: per hoc quippe intellexi, id quod postulabam, adimpletum esse. Et ita  
 reuera erat: postea enim cognoui, illum insigni cum dolore & contritio-  
 ne confessionem instituisse, & tam serio ad Deum conuersum esse, vt, quae  
 Dei bonitas est, sperem illum semper in melius profecturum. Vnde sit  
 ipse in sempiternum benedictus. Amen.

Saepe autem contigit, quod Dominus ad meam petitionem, & ora-  
 tionem animas, has quidem ex enormium peccatorum statu euocauerit:  
 illas vero ad maiorem perfectionem perduxerit; toties autem me rogante  
 plus è purgatorio liberauit, aliosque singulares ijs, in mei gratiam, fauores  
 praestitit, vt, si eos referre vellè, & me ipsam scribendo, & lectorè legendo  
 defatigare, idque potius in sanitate animabus, quam corporibus restituenda.  
 Res autem haec nimis quam notissima fuit, & plurimos illius proferre  
 possem testes. Quaprimo vero ingens mihi scrupulus suboriebatur, ex  
 eo quod non possem non credere, quin id ad meam Dñs petitionem face-  
 ret (vt taceam, eum potissimum id ob solam suam bonitatem dare) sed  
 haec ita iam frequentia, & alijs passim nota sunt, vt iam nullam om-  
 nino in illa re credenda difficultatem inueniam; vnde Maiestas eius

Nā 2 hoc

S.  
eresia

pecc  
in vi  
me

Item vt au-  
lium ad id  
quod reli-  
querat, re-  
uocaretur

Anima-  
bus diuersi  
modo pro-  
fuit.



*Non pote-  
rat Demi-  
ni rogare  
ea qua non  
expedie-  
bant, nisi  
valde fri-  
gide.*

hoc nomine laudo & benedico, simul etiam confundor, quod hanc  
causam pluribus illi nominibus obstrictam me esse videam; adaggetur  
præterea (prout mihi quidem videtur) meum illi seruiendi desiderium  
amorem denique accendit, & redanimat. Nihil potro magis admiror  
quàm quod ea, quæ Dominus videt minimè expedire, ab eo flagrant  
quamuis velim, non possum, nisi fortè tam frigidè & tam parua com-  
stantia & sollicitudine, vt, quantumlibet ad hoc me ipsa excitem & cogi-  
planè nequeam, esto alijs in rebus, quas Maiestas eius concessura est,  
faciam; video enim me sapius, ac magna cum importunitate eas posse  
gare; imò esto de illis sic sollicita non sum, spontè tamen illæ mihi occurrere  
& representari videntur. Tanta porro est inter hosce duos petendi  
modos differentia, vt, quomodo eam exponam, ignorem; nam, et si vni-  
petam (neque enim id summa cum contentione Dominum rogare con-  
to, tamen si cum in me feruorem non sentiam, quem in alijs rebus quan-  
tumlibet etiam propè aliquid ad me spectet) perinde tamen in hoc me  
habeo, atque is cui lingua vincita est, qui esto loqui velit, nequaquam  
qui potest; si autem loquatur, ita loquitur impeditè, vt facile videatur  
ab audiente non intelligi; in alio autem perinde atque is qui clarè & im-  
peditè loquitur ei, à quo se libentissimè percipit audiri. Vnum petendi  
ita dicam, per modum orationis vocalis; alterum verò per contentum  
nem ita sublimem & eleuatam, vt taliter se Dominus representet, ut  
vt intelligamus non ab ipso intelligi, & gaudere Maiestatem ipsius, qui  
isthoc ab ea petamus, & nobis beneficium conferre possit; sic ipse in per-  
petuas æternitates benedictus, qui tam ampla & multa dat, cum à  
mea ego tam eadem parum. Quid enim, Domine, obsecro, factis, qui  
tui causa non penitus consumit & in nihilum redigit? Et quantum, quan-  
tum, quantum, inquam ( & millies dicere possum, quantum) hac in parte  
mihi deest! Hac de causa non deberem velle viuere (quamquam multa  
aliæ sint ad hoc volendum causæ) neque enim viuo, prout me viuere  
bet id quod tibi debeo. Quantum in me in tibi seruiendo imperfectio-  
nem, quantum torporem & tarditatem video! Ita me, fateor, Domine  
subinde comparatam sentire videor vt omni prorsus sensu carere viderer  
ne tantum in me malum viderem. Qui afferre solus remedium potest  
medeatur.

Cū in nobilis illius femina, de qua superius locuta sum, rebus ap-  
rem, valdè circūspectè & cautè apud eam ambulare, & identidem  
tatem, quam omnes vitæ huius res se cum trahunt, intueri, me oportere  
illuc quippe magno in pretio habebam, & nunquam non laudibus  
multa occurrebant, quibus, si quidem ad me ipsam respectum habebam,  
affectum applicare potuissem; sed ad illum respectum habebam, qui



nam visum & intuitum habet, ad me nunquam deserendam; iam, cum de  
 vero visu iā loquēdi data sit occasio, memini quāmilli quē Dñs ad verita-  
 tis cognitionē perduxit, graue & onerosum sit, cum hominibus munda-  
 nis, de rebus huius mūdi, in quib⁹ veritas vsq; adeò recta est vt vix videat-  
 ur, tractare; vti Dominus ipse semel mihi significauit. Etenim multa quę  
 hie scribo, è meo capite & horto nata non sunt, sed Magister ille meus cę-  
 lestis ea mihi declarabat ac velut dictabat. Et, quia in ijs, de quibus apertē  
 & clarē dico, *Hoc intellexi*, vel, *Hoc Dominus mihi dixit*, scrupulus mihi non  
 parus est, vel vnā syllabam addere vel demere; hinc, cum vsquequa-  
 que exactē circumstantiarum omnium non recordor, id accipiendum  
 est velut à me dictum, vel, quia quędam etiam de meo addita sunt. Meū  
 autem non voco, quod bonum est, quia iam tum scio, nihil in me boni  
 esse, nisi quod mihi adeo immerenti Dominus contulit: sed id à me dictū  
 voco, quod per reuelationem à Domino non accepi: sed quoties, eheu,  
 Domine, etiam in spiritualibus rebus sit, vt eas iuxta proprium cerebrum  
 & iudiciū, longē à veritate deuiando, sicut etiam in rebus mundanis  
 fit, intelligere velimus: & profectum nos nostrum, pro ratione ac nume-  
 ro annorum, quibus aliquo nos modo in oratione exercuimus, metiri  
 debere putamus; imò verò taxam & terminum præscribere velle vide-  
 mur ei, qui sine vlla taxa & mensura, quoties & quando ei liberit dona-  
 sua confert, & huic plus medijs anni spatio dare potest, quam illi per mul-  
 tos annos. Et est hoc huiusmodi, quod etiam in plurimis longo vsu ob-  
 seruauit, vt non possim non obstupescere, quomodo hoc in dubium re-  
 uocare possimus. Eum sanē qui spirituum dignoscendorum talentum  
 habuerit, & cui veram Dominus humilitatem dederit, hoc in errore mi-  
 nimè existimo versaturum: talis quippe periudicat prout videt effectus,  
 firmas proposita & amorem; & Dominus ei dat lumen, cuius adminiculo  
 intimè perspiciat; & iuxta illud de animarum profectu & progressu,  
 non autem iuxta rationem annorum, iudicat: nam semianno quis plus  
 profecisse & lucifecisse potest, quam alius quislibet per viginti: nam (vt  
 iam dixi) dat Dominus ijs quibus voluerit, & etiam melius se disponen-  
 tibus. Video enim iam aliquot ad monasterium hoc venire filias, vt cum-  
 que etate inuenes, quę à Deo tactę & paulum luminis & amoris ab eo  
 adeptę (idque breui admodum tempore, quo aliquid eis suauitatis de-  
 dit, non amplius enim expectarunt, nec de vlla re alia anxie fuerunt; imò  
 sine vlla, quomodo res ad victum necessaria ipsi suppeterent, sollicitudi-  
 ne, hoc se in monasterium quod retribus caret, pro toto quo victurę  
 sine tempore recludunt; & ceu personę, quę vitam pro eo, à quo se dili-  
 gētissimè, contemunt, omnia relinquunt propriamq; abnegant volun-  
 tatem; & nō cogitantes, vllā se in tanta clausurę & loci arctitudine difficul-  
 tatem

S.  
HERESIApeca  
IN VI  
108*Equare de  
animarū  
profectu  
iudiciū.**Primariū  
discalce-  
tarum fer-  
uor.*



tatem reperturas, pariter omnes in sacrificium propter amorem Dei sese offerunt. O quam libenter illis hac in re poriores partes cedo! imo erubescere me coram Deo hinc oporteret: nam quo me Maiestas eius tot annorum, ex quo incepti orationem colere, & ipse mihi gratias precibere cepit, spatio non perduxit: esto illarum plurimis minus boni præter, quam mihi præstitit, etsi alioquin Maiestas ipsius quam abundantissime illi satisfaciatur: hoc saltem certò scio, non dolere ipsas aut contritari ob id quod pro eo fecere. Idcirco vellem, nos religiosos recordari, à quotiam annis professionem & vora emisimus; alios autem à quam annis orationem iam colere cœperint; non quidem ut illos qui parum tempore talem progressum fecerunt, ut longo nos intervallo præcedant crucient aut vexent, quo illos & retrocedere, & suum nostro gressu commodare cogant, dum eos, qui aquilarum adinstar, per gratias que Deus ipsis dat euolant, volunt compellere, ut in morem torpidarum gallinarum incendant; sed oculos in Maiestatem eius nos conicere oportet, & liberas ipsis habenas permittere, si quidem eos humilitatem habere cernimus. Dominus enim, qui tam insignes eis dat gratias, non sine eos præcipites ruere. Hi quippe seipso Deo credunt (ad hoc enim iuvat veritas quæ per fidem agnoscunt) & ipsi nos Deo credere dubitamus: ut video, ad nostram eos mensuram, & ad pusillanimitatis nostræ modum metiri volumus. At non sic faciendum est: verum, si incensos illos affectus, ardores & sublimia proposita comprehendere non valeamus (sine experientia namque difficillimum id intelligere est) humiliter nos ipsos, illos autem minime dijudicemus: nam per speciem ipsorum utilitati consulendi, nostram ipsorum negligimus, & quam nobis nostrorum familiarum, simulque intelligendi quid nobis desit, & quam animæ magis à creaturis sequestratæ, & ad Deum conuersæ esse debeant, nostræ, cū ipsius Maiestas ita se erga ipsas benignè conuertat & propitiè reddat Dominus occasione dat, è manibus elabi sinimus. Aliud non intelligo nec etiam intelligere vellem, quam malle me parui temporis operationem sed quæ insignes operetur effectus (hi statim patefcunt; impossibile quippe est, illos in tanta rerum omnium solum propter Deū derelictam sine magna amoris vehementia inueniri) quam aliam multorum annorum quæ non maiore, ad quid ex amore Dei efficiendum, vi polleat in fine in principio; sed dumtaxat parua quædam habet, quæ velut granula & pondere & pretio carent; & ita sunt tenuia, ut etiam ab auicula tolli auferri posse videantur. Non numero hoc inter insignes effectus & sanctificationem; nam quædam, quæ propter Deū facimus, magni æstimationis quæ tamen in se eiusmodi sunt, ut dolendum sit nos ea intelligere que

*Non sunt  
alij ad no-  
stram mo-  
dulans  
mouendi.*



numis etiam multa eiusmodi opera faceremus. Talis ego sum; & gratias  
 ac misericordias, quas mihi Dominus confert, singulis vicibus obliuiscor.  
 Non dico, Maiestatem eius, prout quidem bonus est, magni illa non fa-  
 cturam, sed vellem ea parui ducerem, & non considerarem, quod ego ea  
 faciam, quia nihil omnino sunt. Sed ignoscas mihi, Domine, nec id mihi  
 in culpam ascribas: nam aliqua me re consolet oportet, cum in nulla tibi  
 seruiam: si enim tibi magnis in rebus seruirem, nihilitates tanti non du-  
 cerem. Beati illi, qui tibi magnis seruiunt operibus: porro si per hoc illis  
 moudeam, & potius mihi dari optem, mihi hoc pro bono opere, & meri-  
 to annumeraretur, non illi multum me in tibi placendo præcederent: sed  
 nihil profusus valeo, Domine; tu eum, qui mihi deest, valorem supple,  
 cum me tan opere diligas.

Iam nuperrimè contigit, vt cum litteræ quibus concedebatur,  
 vt sine certo censu monasterium hoc erigi & fundari posset, Româ  
 illatz essent, ipsum plenè perfectum sit: aliquo mihi labore (vt qui-  
 dem oportet) constitit. Ergo cum de eius perfectione apud me-  
 ipsam gauderem, nec non mecum reuoluerem, quantum laborum  
 hæc de causâ subijissem, Dominoque gratias agerem, quod aliqua sal-  
 tem in re operâ meâ vt voluisset, recogitare mecum cæpi; ecquæ pro-  
 pto hic passâ essem. In singulis autem quæ feceram (quæ aliquid  
 esse videbantur) plurimos defectus & imperfectiones, & subinde et-  
 iam pusillanimitatem, sæpè etiam valdè paruam fidem inueniebam.  
 Nam ad hoc vsque tempus, quo iam omnia adimpleta & perfecta esse  
 videro, nunquam plenè & perfectè credere potui, quidquid de monaste-  
 rio hoc perficiendo Dominus mihi diceret; nihilominus non poteram  
 de eo dubitare: quod quomodo fieret, nescio; vt sæpè id mihi ex vna parte  
 sua penitus videretur impossibile, ex alia verò nullatenus de eo posse  
 ambigere, id est, planè crederem ipsum ad exitum perducendum. Repe-  
 niebam tandem, Dominum à parte sua omne bonum, & me à mea omne  
 malum fecisse: itaque de re illa cogitare destiti, & amplius illius recordari  
 nolui, ne, ob tantam defectuum & imperfectionum mearum copiam vs-  
 quam impingerem: sit ipse benedictus, qui, cum libuerit, etiam ex omni-  
 bus utilitatem nouit elicere. Amen.

Dico ergo, periculosum esse, annos, quibus orationem exer-  
 cuimus, numerare: nam etsi hic nullus humilitatis sit defectus, aliquid ta-  
 men, nescio quid, hic subesse potest; quale est, quod quis ob id, quod præ-  
 sumit, obsequium aliqua se re dignum esse existimet. Non dico illos ea di-  
 gnos non esse, & abundè illis satisfactum non iri: sed hoc vt certum & in-  
 dubitatum teneo, quemcumq; hominem spiritualement, qui hinc spiritua-  
 libus suauitatibus ideo dignè se putat, quod multos annos in oratione se  
 exer-

S.  
HERSIA

PERA  
IN VI  
18

Periculosū  
est annos  
obsequij  
numerare,  
& præsū-  
mere ali-  
quid nos  
mereri.



exercuerit, nunquam ad spiritus perfectionem peruenturum. Anno  
 factis est, quod à Deo ab illis præseruari meruerit peccatis, in quæ, antequam  
 orationem coleret, labi consueuerat, nisi ei etiam ob propriam pec-  
 cuniam (vti dicitur) litem intentet. Non videtur mihi hoc profunde  
 humilitas esse: fieri quidem potest, vt sit humilitas, ego tamen id magis  
 esse censeo audaciam; cum ego, quæ ita parum humilis sum, nunquam  
 (meo quidem iudicio) ausa fuero præsumere: fieri autem potest, vt hoc  
 nunquam seruiui, ita nec vniquam tale quid petierim: fortasse si serui-  
 sem, maiorem mihi mercedem pro eo persolui à Domino, quam alij ser-  
 ues, cuperem. Non dico, animam non crescere aut proficere, aut Deo  
 hoc ei non daturum, si quidem oratio humilis fuerit; sed illos annos ob-  
 liuisci debere. Quidquid enim facere possumus, velut abominatio est  
 iam cum vnica sanguinis gutta earum, quas tam multas pro nobis Do-  
 minus sudit, comparatum: & si eo debemus plura, quo plus seruiui,  
 quid est quod petimus, cum, si vel obolam de debito nostro persola-  
 mus, mille ducati pro eo nobis reddantur? Omittantur, exam-  
 re rogo, hæc iudicia, quæ ei soli conueniunt. Tales comparationes  
 etiam in temporalibus, semper malæ sunt; quanto ergo magis  
 ijs quæ solus nouit Deus? Quod Maiestas illius factis ostendit, et  
 tantum nouissimè ad vineam venientibus persoluit, quantum pri-  
 mis.

Iam multis vicibus & diebus tria hæc folia scribere aggressa  
 (nam tam parum habui, & etiamnum habeo, ad hoc faciendum, vti  
 temporis, vt quod dicere iam cœperam, oblita fuero, hanc scilicet qui  
 sequitur visionem.) Cũ ergo orationi insisterem, solam me patentem  
 in campo, circum me autem magnam hominum diuersis motibus  
 præditorum multitudinem, à qua vndiquaque circumcingebatur, con-  
 stitutam vidi: omnes autem arma manibus præferre, ad me lædendam  
 debantur; hi quidem lanceas, illi gladios, alij pugiones, alij sicas adma-  
 longas: vnde nulla parte perumpere valebam, nisi me in certissimum  
 periculum conijcerem; ego autem eram sola, nullus vt ad opera  
 ferendam adesset. Spiritu itaq; meo hac in afflictione constituto, vt  
 factura mihi essem, nescirem, oculos ad cælum sustuli, vidi que Redem-  
 ptorem Christum (non quidem in ipso cælo, sed longè sublimem à  
 in aere) manum suam versus me extendentem, inde que ita mihi auertit  
 tem, vt iam ex omni illa inimicorum multitudine neminem omnino  
 merem, & ipsi, quantumuis percuperent, nullam mihi adferre nocentem  
 possent. Visio hæc, quamuis inutilis & infructuosa videatur, magis  
 men mihi fructum attulit: postea namque declaratum mihi est, quod  
 illam representaretur; & post paulò, in pari propè discrimine & certamine

*Visio eius  
 admirabi-  
 lis in qua  
 ei inimico-  
 rum copia  
 ostensa fu-  
 it, qui fi-  
 gura sunt  
 mundi.*



me constitutam vidi, intellexique, visionem hanc mundi huius typum & figuram esse: quidquid enim in illo est, arma præferre ad animam afflictam & desolatam offendendam videtur. Vt enim nihil loquar de ijs, qui non multum Domino seruiunt; nihil de honoribus, diuitijs, delicijs, alijsque id genus rebus, quibus anima, cum non carere & diligenter aduigilat, haud dubie irretitur atque intricatur; aut quæ omnia cum saltem irretire conantur; ipsi amici, consanguinei, & (quod maxime miror) etiam viri boni, bellum illi mouent. Ab omnibus his ergo ita me postea oppugnatam vidi, cum interim ipsi bene se & laudabiliter in hoc agere putarent, vt, quomodo me ruerer, aut quid agerem, ignorarem. Si dicerem, Domine mi, quam multiplices & varios toto illo tempore labores subierim (etiam post illa quæ supra retuli) quam insigne id documentum & monitio foret, ad omnia quæ fuerint deferenda? fuit hæc omnium quam vniquam passa sum, vt mihi apparet, persecutionum grauissima & maxima. Ita inquam me subinde vndiquaque ab inimicis angustiatam & oppugnatam vidi nullum vt aliqua in re mihi affulgeret remedium, quam in oculos ad celum sustollendo, Deique opem implorando; simulque mihi in mentem veniebat, quid in hac visione vidissem, quod me saluaret velut monuit, ne multum in hominibus fiduciam collocarem; etenim nullus constans & stabilis est præterquam Deus. In omnibus his afflictionibus & pressuris semper mihi Dominus (vt etiam mihi præsignificauit) aliquem à parte sua submisit, qui mihi auxiliarem manum præberet (vt mihi in visione illa superiori ostenderat) vt scilicet nulla re pateret, sed soli Domino placere satagerem; quod ad paruam & exiguam hanc virtutem, quam in tibi seruire cupiendo habebam, alendam & sustentandam satis fuit.

Cum quadam die valde inquieta & turbata essem, vsque adeo vt ad mentis attentionem nullatenus possem peruenire, & in conspectu & in quiete tota constituta gemerem, videremque ita me improbam & nequam; vt ad ea quæ perfectionem non saperent, cogitationes meæ tenderent; atque adeo nec eam, quam solebam, habere viderer totalem denudationem; timere mecum ipsa incipiebam, annon forte gratia, quas mihi Dominus præstiterat, diabolica illusiones forent. Demum spissis in tenebris, & tetra caligine, anima mea versabatur. Huc ergo pacto afflictam & oppressam me, Dominus alloqui cepit, monens ne me ipsa incassum ita torquerem: ex hoc quippe præterenti animæ meæ statu intelligete me posse, quanta mea miseraret, si ipse me derelinqueret; & nullam nos habere securitatem posse, quam diu in carne hac mortali viuimus. Simul etiam mihi indicabatur,

S. M. Teresa Opera.

O o

batur,

S.  
HERESIA

peccata

IN VI

188



*Oportet  
nos facere  
quodcumque  
possimus.*

bat, quam operæ pretium hocce certamen & conflictus esset, quæ tali corona & præmio postea compensatur. Videbaturque mihi Dominus nostri ipsorum, qui in hoc mundo vivimus, commiseratione regi. Nolebat autem me cogitare, quod me ex memoria sua depoluerit (nunquam enim fore ut me desereret) sed oportere me facere quodcumque possem. Magna cum benignitate & suavitate Dominus hoc mihi dicebat; addebat & alia verba, in quibus insignem mihi gratiam ostendebat, quæque minime opus est hic declarare. Hoc autem sæpè Maximilianus mihi, magnum in hoc mihi amorem & affectum patefaciens, dicebat: *lam tota meas, & ego totus tuus.* Verba autem, quæ identidem dicuntur quidem verissimè (pro ut mihi quidem videtur) soleo, sunt hæc: *Quia me ipsa sollicita sum, præterquam de te Domine.* Tanto autem pudore & confusione verba hæc & delicia me complent, præsertim cum quis sim, mecum ipse recordor, ut, quemadmodum & supra me dixi puto, & nonnunquam etiamnum Confessariis meo declaro, maxime hæc gratias recipiendas, quam ad gravissimas afflictiones & penuras tolerandas opus esse robore existimem. Hoc cum fit, operum meorum priorum nulla propè mihi remanet memoria; hocolum memoria sine vilo intellectus discursu obuerfatur, esse improbam, quod etiam subinde mihi supernaturale esse videtur.

*Mirabile  
visio de  
thronis ca-  
lestibus.*

Aliquando tam ardens mihi sacræ communionis aduendū gruit desiderium & appetitus, ut nesciam an id satis verbis exprimere. Contigit quodam manè ita pluvium tempus esse, nullatenus egredi domo posse viderer: nihilominus domo egredere ita præ vehementia desiderij extra me ipsam iam eram, ut, etiam per hastas obuertas mihi currendum, eas (ut quidem mihi videbatur) nihil morata pertupissem, quanto ergo magis per aquam transire. Templum ingressa mihi ingens incidit raptus, videbaturque cætos aperiti videre, & in eis non iam vnum solum ingressum fieri, iam alias videram, sed plures. Ibi mihi spectandus obijciebatur Dominus, quem etiam alias, uti Reuerentiæ Vestræ retuli, contempseram; & supra cum etiam alium, in quo per notitiam quandam, declarare nequeo, ipsam Deitatem (etiamsi illam non viderem) consistere intellexi. Videbatur ille mihi à quibusdam animalibus (cogitabam an fortè quatuor Euangelistæ essent) sustentari, qualis thronus, aut quid in eo esset, profus non videbam, sed tantum ingentem quandam Angelorum multitudinem, qui longè esse videbantur pulchriores, quam quos alias in cælo videram. Cogitabam apud mentem ipsam, an forte Seraphini aut Cherubini essent.



ali Angelis in gloria valde diuersi sunt, & planè accensu esse videbantur. Ceterum, ut dixi, magna inter eos est diuersitas ac discrimen. Non possum describere, nedum verbis eloqui, gloriam quam tunc temporis in me sensi, & nemo nisi experitis id valet concipere. Agnoscebam, ibi simul esse quidquid desiderare homo posset; nihil tamen videbam. Dicebant mihi, nescio tamè à quo, quidquid quo ad hoc possem facere, situm esse in intelligendo, nihil omnino hic me posse intelligere, & in concipiendo, omnia nihil prorsus esse collata cum eo quod ibi est. Inde secutum quod anima mea postea velut erubesceret, cum ad aliquid creatum se dirigere, nedum asse, & eidem adherere se posse videret: omnia namque creata mihi non nisi fornicariæ cellæ esse videbantur. Sacram ergo communionem sumpsi, & sacrum, nescio quomodo me habens, audiebam; nam tempus mihi quam breuissimum fuisse videbatur, cumque horæ signum daretur, non parum mirabar, & duas horas in raptu illo & gloria huius me vidi. Exinde summo opere sum mirata, videns, quomodo hic veteris Dei ignis (qui defurium venire videtur; nō enim vel scintillam cuius habere possem, quantumlibet eam optarem, & ad hoc conmitterer, mox cito me propterea etiam consumerem, nisi Maiestas eius illam dare voluerit, uti etiam alio in loco dixi) quomodo inquam ignis hic veterem hominem, qui per imperfectiones, teporem, tarditatem in miseriam inpererat, consumat. Et quemadmodū nouus phoenix (ut de eo legi) ex cineribus iam in fauillas redacti cineribus exsurgit; ita etiam anima, per alio modo desideria & magnum robur, tanquā prorsus alia, & noua, penitus immutatur. Etenim non videtur esse ea, quæ fuit antè, sed iam noua quadam puritate per viam Domini ambulare incipere. Rogabam itaque Maiestatem eius, ut ita id esset, eiq; de nouo seruire incipere possem; qui mihi tam ait: *Bonam similitudinem excogitasti; vide ne eius vnquam obliuiscaris, quoniam semper renouare & melior euadere studeas.*

Simili in dubitatione, qualis fuit ea, de qua iam paulo ante locuta sum, quæ scilicet hæc visiones à Deo veniret, versanti mihi apparuit Dominus, alpera me voce in hæc verba compellans: *O Esly hominum vsque quod dicitur erit.* Addebat præterea, ut me circa vnam rem bene examinarem, nam scilicet eam ipsi penitus tradidissim; quam si veram deprehenderem, firmissime mihi persuaderem ac crederem nunquam fore ut ipse me perire sineret. Sed quoniam per hanc eius exclamationem valde turbata fui, iterum me voce blandissima & lenissima alloquens, ne me affligerem aut fatigarem monuit; quod tam tunc sciret, me à parte mea nullatenus neglecturam applicare me ad omne id, quod ad eius obsequium quoquo modo spectaret; hinc omne quod petitura essem mihi concessum iri: vnde etiam facta sum compos

*Omnino  
Duo collan  
ta nihil  
sunt.*

*Magnitudo  
prim esset  
eius.*

*Dominus  
non sinit  
doceri eos  
qui totas  
se ei dant.*

O O 2

eius,

S.  
heresia

para  
in vi  
me





cuius, quod tum temporis ab eo efflagitabam. Dicebat enim, ut adhaerere  
 quomodo amor, ad ipsum diligendum, indies in me maior & maiore  
 ret: atque inde me facile posse colligere, demone auctore hæc non  
 adhuc, minimè cogitarem, permittitur vniquam Deum, tantum  
 famulorum & clientum suorum animas diabolus potestatem habere  
 aut tantam mihi ingenij perspicacitatem, ac quietem, quam in me  
 rem, dare posse. Monebat quoque haud dubiè malè facturam me esse  
 tot, tamque insignibus viris, id à Deo venire dicentibus; adhuc  
 non crederem.

*SS. Trini-  
 tatis my-  
 steriū per-  
 cipit.*

Cum quadam vice Symbolum S. Athanasij: *Quicumque vult salu-  
 legerem, tam mihi apertè significatum fuit, non nisi vnum esse Deum*  
*et unumque trinum in personis, ut summo opere & mirarer & letarer.* Me  
 hoc mihi profuit, ad magnitudinem ac mirabilia Dei magis ac melius  
 gnoscenda; hinc, quoties de Sanctissima Trinitate vel cogito, vel  
 loquentes audio, mihi, quo id modo fieri possit, intelligere videor, quod  
 magni mihi voluptatis & gaudij causa est.

*Assumptio  
 B Virginis  
 et repræ-  
 sentatur.*

Quodam in festo Assumptionis Regine Angelorum, dignatus  
 est Dominus in raptu, illius in celum subuectionem nec non gaudium  
 gloriam ac pompam qua illuc suscepta est, & ad quem ibi locum  
 fit, repræsentare. Quomodo hoc esset, prorsus exponere non potest  
 gloria autem, quam mens mea è tantæ eius gloriæ conspectu accipere  
 nimium quantum magna erat. Magni quoque inde in me manserunt  
 factus, atque inde secutum, ut quod ad magnas aduersitates & molles-  
 ferendas habebam desiderium, fieret ardentius; insignisque mihi ad  
 parati hanc matrem colendam manserit affectus & voluntas, tanta  
 promeritam fuisse videns.

In templo Collegij cuiusdam Societatis Iesu agens, interim  
 fratres Collegij illius ad sacram Communionem accederent, videbam  
 pulcherrimum & pretiosissimum quoddam velamentum capitibus  
 rum desuper imminere; & quidem secundo hoc vidi: cum  
 tamen alij communionis sacræ partici-  
 pes fierent, minimè id  
 videbam.



CAPVT XL.

IN ILLUSTRIBVS GRATIIS, QVAS EI DOMINVS PRAE-  
 fuit, & confidit pergit, e quarum nonnullis illustria capi possunt documenta, nam, se-  
 cundum & post ob. diem, primaria eius intentio semper fuit (vix ante dixit) eas hic  
 gratias referre, quae ad animarum salutem & vilitatem spectant. Hoc  
 in capite vite eius, quam descripsit, discursus & narratio  
 suntur. Ad Domini gloriam sint om-  
 nia. Amen.

QVODAM tempore orationi incumbens, tam intensam in me-  
 metipfa voluptatem sensi, vt tali bono me indignam existimans,  
 cogitate carperim, quanto magis & potius promeruissem in eo loco age-  
 re, quem in inferno preparatum mihi esse videram: nam vti alias dixisse  
 memini, numquam mihi memoria excidit, quo ibi me modo viderim.  
 Hic consideratione factum est, vt anima mea magis inflammaretur, &  
 quidam mihi spiritus raptus superuenerat, quo tamen is modo contige-  
 rit, mecum depromere. Videbar mihi in illa Maiestate, quam alias intel-  
 leri, polita, & ab eadem plena & imbibita esse. Haec in Maiestate qua-  
 dam mihi declarata veritas est, quae omnium veritatum est complemen-  
 tum: quod quomodo fieret, dicere profus nequeo, nihil quippe vide-  
 bam aliquid quoque mihi dicebatur, ita tamen vt non viderem a quo,  
 sed facile colligebam, id ab ipsamet Veritate provenire: Quod tui causa fa-  
 cio, persequam non est, imò de numero illarum rerum, ob quas multum mihi debes:  
 omne enim damnum, quod mundo accidit, inde prouenit, quod scripturae veritates in  
 illa veritate non intelligantur: cum tamen ne vel minimus illarum apex prateri-  
 tus sit. Quod ad me, equidem semper id me putabam credidisse, & om-  
 nes etiam fideles id credere existimabam. Addidit autem Dominus:  
 Quam pauci sunt o filia, qui me verè diligunt! si enim me diligerent, mea illos se-  
 vera non relaterent: nostim, quid me sit vere diligere? intelligere videlicet, id omne  
 falsitatem esse, quod mihi non placet: quod modo non intelligis, id ex commodo  
 quod animatus affert, clarè perspicies. Et ita id esse (Deo laus) comperi: nam  
 ex eo tempore, tanta mihi videretur esse vanitas & falsitas, quidquid ad  
 Dei obsequium non spectat aut dirigitur, vt, pro eo atque id intelli-  
 go, non possim exprimere; nec non quantopere me misereat illor-  
 um, quos in ijs quae huius veritatis sunt, nec non in alijs commo-  
 dis, quae hic commemorabo, multa autem illorum dicere non pote-  
 ro, ignaros & caligantes video. Dixit Dominus tum mihi singulare quod-  
 dam verbum, insignem fauorem redolens, quod quomodo esset, igno-  
 ro, ni-

S.  
eresia

peca  
in vi  
te

In raptu  
quodam se  
Deo plenè  
esse putat.

Quid sit  
verè Deum  
amare.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



*Quodro-  
bur acce-  
perit ad  
diuinam  
scripturam  
adimplem-  
dam.*

ro, nihil enim vidi: sed ita ex eo comparata mansi, vt ne hoc quidem possim exprimere; at mirè me corroboratam & optimè verissimè que animatam sensi, ad totis viribus meis, etiam minimam scripturæ diuinæ partem adimplendam. Nihil omnino mihi, meo iudicio, proponeretur, quod non euincerem & perumperem. Veritas huius veritatis, quæ mihi representabatur (nescio tamen quomodo, aut quæ) talis mihi insculpta mansit veritas, vt non in DEUM reuerentiam in me exciter: talem namque maiestatis potentie diuinæ mihi notitiam dat, vt ea quidem explicare perdifficilis sit, intelligam tamen illam magnum quid esse. Adhuc mihi quoque mihi lubentia quædam non alia loquendi, quam qua verissima sunt, & longissimè omne id, de quo in mundo passim sermo est, excedunt: itaque cadere me cœpit in hoc mundo videri. Adhuc magna quædam animi teneritudo, gaudium spiritus, & militas. Ego autem non intelligerem, quomodo tam multa mihi DOMINVS mihi charisimata daret, tamen ne vel minimam eodem suspicionem in me sensi, quod hoc diabolica esset illutio.

*Quantum  
an eo boni  
situm, vt  
omnia qua  
ad Deum  
non ducunt,  
negligan-  
tur.*

hil quidem videbam, at facile intelligebam, quantum in colatum sit boni, vt, quidquid ad nos DEO viciniores reddendos conducit flocci faciamus: itaque intellexi, quam magnum animi bonum sit, vt ea in veritate, coram ipsissima veritate, ambulet. Quæ autem intellexi & cognoui, ipsum & quod DOMINVS, qui ipsemet veritas est, mihi cognoscendum dedit. Quidquid verò dixi, intellexi partim eum loquentem audiendo, partim etiam eum notandiendo, quorum nonnulla, etiam clariùs longè percepi, quam verba, quæ mihi verbis apertis dicebantur. Circa hanc veritatem maximas alias veritates intellexi, idque longè apertius, quam si magni Theologi id mihi declarassent. Qui sanè mihi mundi huius vanitatem, nec tam intimè imprimere, nec tam manifestè declarare, vt mihi quidem apparet, potuissent. Ostensum mihi fuit, hanc quam dico veritatem, ipsissimam in se veritatem esse, ac nec principium, nec finem habere, atque adeo omnes omnino veritates hac veritate dependere, vt cæteri omnes amores ab hoc amore, ceteræ magnitudines ab hac magnitudine dependent: esto nimis quæ obscure loquar hinc respectu claritatis & perspicacitatis illius quæ illam mihi DOMINVS significari dignatus est. Quam potè denter huius Maiestatis potestas hic relucet, vt potè quæ tam breuiter tantum animæ lucram adfert, taliaque ei & tam grandia reliqua impressa! O mea magnitudo & Maiestas! quid agis, DOMINVS OMNIPOTENS! Respice, obsecro, in quam tam inignes gratias cogit

*Quam S.  
M. veri-  
tatem in-  
tellexerit.*



non recordaris, animam hanc meam abyssum fuisse mendacio-  
rum, fallitarumque, & profundum quoddam vanitatum pelagus: idque  
mei vnius culpa & negligentia, nam, tamen, te donante, natura mea ab  
omni mendacio sit aliena, in multis tamen rebus mendax videri & com-  
probari volui. Quid hoc est, Domine? quomodo consentaneum & par-  
tum, tantus vt fauor & gratia conferantur ei quæ id apud te tam parum  
promeruerit?

Cum quodam tempore vna cū fororibus diuino officio interessē,  
anima mea in momento intra se recolligebatur, vnde ipsa mihi tota  
pellucidè instar speculi esse, atq; tã retro & ad latera, quàm supra & infra,  
clarissimè resplendere videbatur; in illius autem centro Redemptor noster  
Christus Iesus ea quæ mihi plerumq; conspici solet formâ, spectandum  
sees hiebat. Videbar mihi illum in omnibus animæ meæ partibus, tan-  
quam in speculo, clarissimè videre; hoc autem speculum (quomodo tam-  
en hoc fieret nescio) etiam totum in eodem Redemptore exculpeba-  
tur, idque amorosissima quadam, quam exprimere non valerem, com-  
muniōne. Hoc scio, visionem hanc mirum in modum mihi profuisse,  
quoties illam in memoriam reuocauit, ac præsertim postquam iam sacrâ  
Eucharistiæ communionem accepissem. Indicatum porro mihi fuit, eum  
anima in leralis peccati statu est, tunc speculum hoc velut spissa quadam  
nebula inobscurari, & valdè nigrescere; adeo vt Dominus hic in eo nec  
representari, nec videri valeat, tamen semper præsens adsit, ipsum esse  
nobis dans: per hæreses autem speculum hoc velut frangi & comminui;  
quod peius longè est, quàm ipsum inobscurari. Magnopere est inter vi-  
dere, & dicere quomodo id fiat, differentia: difficillimum quippe hoc  
explicatu est. Sed commodo mihi fuit, vt i & committerationi, conside-  
re, quoties meis ego culpis animam obscurarim, quo Dominum non  
viderem. Hæc porro visio prodesse videtur ijs, qui mentem recollectam  
habent, vt in intimissimo animæ suæ penetrati Dominum intueri ad-  
discant: etenim consideratio est, quæ maximè adhæret, & longè fru-  
ctuosior quam ipsum extra nos videre (sicut aliàs docui) & apertè in  
libris quibusdam spiritualibus, docentibus, vbi nam Deum querere o-  
portet, traditur. Hæc de re specialiter tractat gloriosus Doctor San-  
ctus Augustinus, se nec in locis publicis, nec in recreationibus, nec alijs  
quibusque rebus, in quibus Deum quærebat, ita commodè inuenire  
eum potuisse dicens, atque intra semetipsum. Et est certissimum, id longè  
optimum esse: etenim necesse non est, in cælum quis conscendat, aut vl-  
terius, quam intra ipsum, tendat: nihil namque illud est aliud, quam spi-  
ritum suum defatigare, & animam distrahere; minorem quoque fructum  
addit.

*Vides a-  
nimam  
speculi in-  
star velu-  
consens.*

*Quantum  
hæreses  
speculum  
anima ab-  
struans.*

*Deus in-  
stranos est.*

Vnum

S.  
heresia

para  
in vi  
me



Vnum dumtaxat hic commonere volo, si fortasse id alicui contingat: subinde videlicet in magno raptu fieri, ut, postquam parum illud tempus, quo anima in vnione illa est, quæ potentias illas absorptas tenet (quod satis parum, sicuti docui, durat) iam præterita anima adhuc ad seipsam introuersa & recollecta maneat, & ne quidem in rebus exterioribus, ad seipsam redire non queat; sed diuæ potentia, memoria nempe & intellectus interim propemodum inuadant ac desipiant. Hoc, inquam, interdum contingit, præsertim in pious: forsitan id eo fit (ut quidem mihi persuadeo) quod tantum spiritus vim naturæ nostræ imbecillitas ferre non valeat, & imaginatio debilitetur & minuatur. Scio, id quibusdam vsu venire: vnde consulerem, ut orationem tum quidem intermittere procurent, & quod modo in ea amittunt, alio tempore recipere, at non contemperer, & continuâ serie: quod alioqui graue inde sequi damnum possit. Pater hoc experientiâ; simul etiam quam consultum sit cogitare & considerare, quid valetudo nostra ferre queat. In omnibus namque opus est experientiâ & discretione: nam animæ quæ eminus peruenit, multa occurrunt, quæ eam necessario cum aliquo oporteat conferre: at si post seriam viri talis indagacionem, eum non reperiat, DOMINVS sanè ipsam non destituet, cum etiam me, cum essem quæeram, non destituerit: paucos enim esse credo, qui ad multarum rerum experientiâ peruenerint, sine qua tamen, huiusmodi anima iuuari non poterit, sed ad inquietudinem, crucem, & afflictionem potius perducetur: Dominus tamen etiam hoc ei velut in solutionem acceptabit. ideoque consultius est, cum aliquo communicare quæ etiam alias dixisse me memini, uti & nunc dico, sed non bene quid dixerim recorder. Et video permagni referre, præsertim si mulieres sint, cum Confessario suo agant, & is talis sit, qualem descripsi. Et plerumque reperire mulieres est, quam viros, quibus hæc Dominus gratia impertit; quod tunc è F. Petro de Alcantara intellexi, tum etiam per me obseruauisse enim aiebat, mulieres ad in hac via progrediendo priores esse quam viros, & hoc ipsum multis præclaris rationibus quas minimè opus est referre, omnibus ad feminarum laudem spectantibus confirmabat.

Quadam die mihi in oratione agenti, subito repræsentatum nulla specie vel imagine oblata (repræsentatio autem maxima claritate & splendore fiebat) quomodo vniuersa quæ sunt, in Deo deantur, & hæc omnia ipse in se contineat. Hoc non possem describere, animæ tamen meæ valdè impressum hæsit; & est hæc vna de rebus quas Dominus mihi præstitit, & ex his quæ maiore me rubore detulit.

*Quid sciendum cum intellectu tuo & memoria assistentio suo non bene funguntur.*

*Quantum necesse sit habere aliquem qui cum communitate maxime famulatus.*

*Omnia in Deo sunt.*



Letat, gratis, cum peccatorum quæ alias patrasse me dixi, mihi  
 in mentem venit. Credo equidem, si Domino placuisset, vrid viderent  
 illi qui eum peccando offendunt, ipsis nec animum nec cor ad  
 amplius peccandum fore. Dixi, id mihi sic visum esse, vt tamen  
 affirmare non possim quid viderim; tamen si aliquid videri debeat,  
 cum similitudine id aliqua possim declarare; ac tam subtili & de-  
 licato modo id fit, vt intellectus id nequeat concipere; vel ipsa  
 re in hisce visionibus, quæ imaginariæ esse non videntur, intelligen-  
 re non possim. In nonnullis saltem illarum tale quid esse debere  
 verisimile est, sed, quia potentia tunc in raptu occupantur, inde fit,  
 vt hoc postea ita efformare & exprimere ex nesciant, sicut id Do-  
 minus vs abire præsentat, & ipsos eo frui vult. Dicamus ergo, Dei-  
 ratem adinstar rutilantissimi adamantis qui vniuerso terrarum or-  
 be maior fit, aut speculi esse cui in præcedente visione animam  
 dei similem esse ( præterquam quod tam sublimi & eminenti mo-  
 do res fiat, vt nullis id possem verbis complecti ) & quidquid de-  
 nam agimus, in hoc adamante videri, cum vniuersa in se con-  
 tineat; nihil quippe est, quod non intra hanc magnitudinem com-  
 prehendam sit. Mirabile sanè fuit, me, tantillo tempore, tam  
 multa simul, in fulgido hoc adamante videre; nec non maxime  
 deplorandum est, quouscumque huius rei recordor, videre, quod  
 in tanta clarissimi luminis puritate & nitore, tam foeda & abomina-  
 bilia ( talia namque peccata mea erant ) repræsentarentur. Et  
 sine nescio, quomodo, quoties huius mihi rei in mentem venit, fer-  
 re queam: vnde tanto tunc rubore suffusa mansi, vt, quo me subdu-  
 cerem ( vt mihi iam videtur ) profus nescirem. Vtinam hoc per-  
 laudare & declarare possem ijs, qui inhonestissima & foedissima  
 scelera patrant, vt sic meminissent se nec esse occultos, & DE V  
 merito ad iracundiam prouocare, cum in præsentia & velut in pro-  
 ximo, ipsius Maiestatis hæc committantur, nosque in eius conspe-  
 ctu & oculis tam inhonestè & irreuerenter geramus! Ibi præterea  
 videbam, quam merito, etiam ob vnum peccatum mortale, infer-  
 ni supplicia promerentur: satis quippe intelligi nequit, quam  
 illud in tanta Maiestatis conspectu patrare, graue sit, & quanti-  
 tum, quæ huiusmodi sunt, ab eo quod ipse est, remota sint & di-  
 stant. Vnde etiam infinitam eius misericordiam apertius collige-  
 re possumus, cum nos etiam hæc omnia scientes, tam benignè to-  
 leret.

Merito  
 peccatum  
 mortale  
 infernum  
 meretur.

Si ergo tale quid hominem ita modò percellat & consterneret,  
 cogitare mecum cæpi, ecquid in die iudicij futurum sit, quando suam  
 S. M. Teresa Opera. P P Maieftas

S. heresia

para  
in vi  
108



Maieſtas hæc nobis claritateſtè exhibebit, & nos noſtra admittimus, peccata clariffimè perſpecturi ſumus? Ah, quanta cæcitas eſt, Domine, in qua tam diu hæſi! Sæpenumerò lætè fui, & me percelluit id quod quoad hoc ſcripſi; ſed R. V. non miretur, quam, quomodo adhuc viuam, & hæc videns, meipſam conſiderans. Sic ipſe benedictus in æternum, qui tam diu tolerauit.

*Videſe  
cinſtam  
Angelis.*

Quadam die magna cum attentione, dulcedine, & quiete ratione agens, ab Angelis mihi vndiquaque circumdata Deoque proxima eſſe videbar. Incipiebam ergo illis Maieſtati pro ſua incolumitate ſupplicare. Dicebatur porro mihi, qualem in ſimilibus temporibus Ordo quidam Religioſus fructum eſſet futurus, & quo ardore & generoſitate eiufdem ſectatores ſidem propugnarent.

Aliàs, cum coram Ven. Sacramento Altaris preces meas facerem, quidam Sanctus, cuius Ordo aliquatenus iam conſideratè paruit, manu librum præferens, quem ipſe aperiens, aliqua me veteris magnis & valde legibilibus in eo exarata, legere iubebat, quæ autem hæc: *Enturis temporibus hic Ordo florebit, & multos habebit* etc.

Alio die, dum Matutinarum horarum tempore in choro egreſſus apparere mihi coram me ſtantes, ſex aut ſeptem (tot enim mihi videbantur) eiufdem Ordinis viri, gladios manibus præferentes ſigno deſignari exiſtimo, illos fidem propugnatuſos; cum enim tempore orationi inſtarem, raptus in ſpiritu me viſto quodammodo poſui putabam conſtitutam, in quo multos inuicem certantes & pugnantem vidi; qui autem huius, quem dico Ordinis erant, magna attentione & feruore præliabantur; facies autem eorum mirè radiabant, velut flammis inardefeſebant, alios quidem ad terram proſternebant, alios necabant; hic porro conflictus contra hæreticos mihi inuicem videtur. Glorioſum hunc Sanctum adhuc aliquoties conſpexi, qui quædam occulta mihi declarauit, & gratias pro ea quam pro Ordine eius tempore oratione egit, ſimul pollicitus ſe me Domino commendatè Ordinem porro hunc non nomino (ſi Dominus eum innotefceſcit, ipſemet eum indicabit) ne reliquos Ordines offendam. Singuli Ordines eniti & procurati deberent (vri & ſingula eorum membra) vt Dominus, meritis ipſorum prouocatus, ipſorum Ordinem ita ſibi redderet, vt in ſumma neceſſitate, in qua modo Eccleſia verſatur, quam ipſi opem & operam præſtare poſſent. Næ illæ vitæ felices ſunt, quæ hoc in opere ponerentur.

*Cur Ordi-  
nem non  
nominat  
loquitur  
non  
expri-  
mat.*



Quidam me rogabat, vt Dominum orarem, vt illi declararet, num  
hocnum libiret facturussis esset, si Episcopatum assumeret. Ergo me  
in comunione surgentem DOMINVS sic est allocutus: Cum omni  
mentis claritate intellexerit, id demum verum dominum esse, nihil om-  
nia possidet, tunc demum eum poteris suscipere: insinuans, eum qui ad Prae-  
sulum eligitur, ipsum nec desiderare nec quzerere, saltem non procu-  
raro debere.

Respondet  
Dominus  
rogatus,  
num expa-  
dires ali-  
cui ad E-  
piscopatu  
promoueri.

Has aliasque plurimas gratias fecit, & etiamnum satis continuo fa-  
cti hinc peccatrici, quas mihi opus non videtur hoc loco referre: cum ex  
que haecenus dicta sunt, anima mea status, & spiritus quem mihi Do-  
minus dedit, satis superque intelligi queant: sit ipse in aeternum benedi-  
ctus, quod tantam mei curam gesserit.

Quodam tempore signanter mihi Dominus, magno me cum amo-  
re consolatus, ait ac monuit, ne me ipsa affligerem, quod hac in vita in-  
eodem statu & esse semper manere non possimus; interdum quippe me  
interdum in interdum tepidam fore; aliquando inquietam; aliquando  
quorum mox iterum a tentationibus impetendam: at semper in ipso spe-  
rare, nullatenus autem timerem.

Hac in vi-  
ta non sem-  
per in eode-  
m statu esse  
possimus.

Cogitabam quodam vice apud memetipsam, an non immortifi-  
cationem redoleret, quod libentissime apud illos, quibuscum de rebus  
animam spectantibus communico, esse vellem, & hos ipsos amore  
prolequeret; & quod ex illorum, quos insignes Dei famulos esse no-  
tarem, commercio & conuersatione voluptatem caperem. Responde-  
mibi, virtutem non fore, si agrotus iam ad extrema redactus  
illigere & gratias agere medico illi negligeret, a quo se sanitati re-  
stitutum in credit. Cogitarem, quid factura fuisset, si huiusmo-  
di viros non inuenissem: commercium bonorum non posse obesse.

Bonorum est  
fortissimum  
obesse.

Verba mea semper grauius ac sancta esse debere: denique semper  
in talibus agere perscuerarem: mains quippe mihi inde compen-  
sam, quam dispendium secuturum. Permagna id mihi consolati-  
o fuit: aliquando enim apud me decreueram non amplius cum ip-  
sorum communicare, id imperfectionem & immortificationem esse ra-  
tio. Dominus itaque omnibus in rebus, quid facto opus esset, mihi con-  
solatur, etiam in paruis, adeo vt etiam diceret, quomodo apud  
debiles & infirmos, & alios quosdam in particulari, me gerere de-  
bet. Paucis vt complectar, semper mei curam gerit, subinde ve-  
ro me ipsa torqueo & vexo, cum me tam parum in illius obsequio  
operari video, quodque necessario tantum temporis impendere de-  
beam corpori ita debili & misero, quale moum est, curan-  
do.

S.  
heresia

para  
in vi  
108



Quodam tempore in oratione agebam, tempusque cubitum cedendi instabat; eram autem plena doloribus, & ordinarius vomitus iam mihi vicinus erat: videns ergo ita me corpori meo alligatam & obnoxiam esse, & ex alia parte spiritum etiam sibi tempus desistere, usque adeo introsum angustabar, ut amare flere, meque grauer affligere inciperem (& non est hoc vnius vel alterius diei, sed vix frequens admodum) adeo ut mihi met esse grauis & irasci viderer, me comparata, ut, tum quidem mihi met ipsi abominabilis essem, sed ornate ita me constitutam scio, ut me nec abhorream, nec accipere negam id quod mihi opus esse sciam. Det autem Deus, ut non plura accipiam, quam mihi necessarium sit; sed id me facere verum simile est. Ergo in afflictione constituta apparuit mihi Dominus, meque mecum est consolatus, monens ut hæc eius causâ facerem & paterer; namque meam in hoc rerum statu necessariam esse. Vnde ex quo tempore firmiter apud me constitui ex totis viribus meis, huic Domino & consolatori meo seruire, nullam mihi iam molestiam & prestatam ferre videor: nam quamuis me non nihil mœroris & malorum subire patitur, ita me tamen consolabatur, ut labores & aduersa identidem debarerem: itaque modo comparata sum, ut ad aliud me viuere debere existimem, quam ut aduersi quid patiar, & hoc est quod ex totis viribus meis maximè à Deo afflagito. Vnde subinde ex toto corde meo Dominum dico: *Aut mori, Domine, aut pati: aliud mihi dari à te nolo.* Simul dum horæ signum dari audio, præ gaudio gestio, quod paulò reddam vicinior ad eum videndum, horâ illâ vitæ meæ elapsâ videar.

*Voluit  
Deum gra-  
tiam ei fa-  
ctam inno-  
tescere.*

Aliàs ita comparata sum, ut nec vllum vitæ meæ sensum, nec optinendi desiderium (ut mihi quidem videretur) habeam, sed me totam caligine in omnibus rebus ob ingentes, quas sæpe (vt dixi) patior afflictiones, obsessam comperiam. Et quamuis Domino visum, ut hæc quas illius Maiestas mihi identidem confert, in lucem prodierint, eas prodituras esse ipse mihi iam ab hinc annis aliquot prædixerat, quæ me afflixit, ut etiam exinde non parum, prout Reuer. Vester scia est, omnimodis exagitata fui; quisque enim pro eo ac vult eas interpretatur hoc tamen mihi consolationi fuit, quod rei huius si quæ culpa, mihi non sit ascribenda, ut quæ semper sedulo caui, & omnem operam dedi, ne cui illas præterquam Confessoribus meis, quos ex illis easdem intellexisse nossem, aperirem, idque non ex humilitate, sed quod permolestum mihi esset, etiam Confessorijs meis, ut aliàs dixi, illas patefacere. Quanquam eo iam res deuenit, Deo nulla iam amplius obloquia hominum curem, esto quam plurimum, sed eodem magno cum zelo & studio, aduersum me murmurens; alij vero



cum conferre, quin etiam confessionem meam excipere, vereantur; alij  
 denique mirabilia quaedam mihi dicant; cum (sicue intellexi) multas hac  
 vel animas Deus in viam salutis reuocare voluerit: manifestè enim vidi,  
 simul etiam meminì, quantum vel pro vna dumtaxat anima Dominus  
 laborum subijisset. Nescio certè, an rei huius ex parte causa sit, quod me  
 Maestas eius in hunc adeò arctum angellum, & in quo nullam amplius  
 met, velut rei mortuæ, memoriam fore putabam, compegerit: at tanta  
 nec non fuit obliuio, quantam quidem voluissim; cogor enim necessa-  
 rio cum quibusdam hominibus agere: sed, quia adhuc sum, vbi adhuc vi-  
 deor, hinc in talem me Dominus portum compellere voluisse videtur, in  
 quo quæ eius misericordia tutam me futuram spero, eò quod iam extra  
 mundum sum, & in paruo & sancto contubernio agam. Equidem velut  
 defunctum, infernè despicio, & quidquid alij dicant aut sciant, hilum non  
 facio: pluris sanè facerem, si aliqua anima vel paulò amplius in virtutum  
 & perfectionis via proficeret, quam quodcumque demum dici de me  
 poterit, & ex quo tempore hic ago, placuit Dominò, vt omnia mea desi-  
 deria hæc in te terminarentur. Imò verò mihi quasi vigilantem quendam  
 spiritum in hac vita concessit: nam quidquid video, semper velut som-  
 nare videor, nec vllam magnam aut notabilem recreationem afflictio-  
 nis in me sentio: si qua verò sint, quæ hanc in me causentur, ea ipsa  
 tam cito preterit, vt non possim non admirari, nec alium ea in me sen-  
 sum operatur, quam res aliqua quam somnio. Quod autem dico, verif-  
 simum est: nam tamen si postea aut ob illam voluptatem latari, aut ob il-  
 lam afflictionem contristari volo, nullatenus tamen id in mea potestate  
 est, perinde ac viro cordato & graui impossibile esset, dolorem aut glo-  
 riam aliquam capere ex eo quod in somnis somniasset: Dominus quippe  
 animam meam iam expergescit ab eo quod antea me, quod rebus mün-  
 danis nondum mortua, aut mortificata essem, sensum habere & sentire  
 licebat; non cupit autem Maestas eius, denuo vt cæcutiat.

*Multa per  
 eas ani-  
 mas  
 prodisse  
 voluit.*

*Quale et  
 Dominus  
 somnium  
 daret.*

*Conclusio  
 libri.*

Hoc modo iam viuo, Reuer. Dom. & Pater. Deum ergo supplici-  
 ter roga, alterutrum mihi vt concedat, videlicet vel vt me ad se ex hac  
 vita collat, vel aliquam sibi seruiendi rationem & modum suggerat. Hoc  
 michi Maestas eius concedere dignetur. Vtinam vero quod hîc scripsi,  
 aliquem R. Vestra fructum adferat, quod sanè non sine magno labore  
 scriptum est, eò quod temporis laborarim angustia. Nihilominus nimis  
 quam felix labor hîc meus futurus esset, si quid ita scripserim, aut dixe-  
 rim, vt Dominus propterea vel semel ab aliquo laudetur: hoc quippe si  
 fieret, mihi quam abundantissimè satisfactum putarem, esto Reu. Vestra  
 omnia quæ scripta sunt, quamprimum flammis traderet. Ea tamen non  
 ante igni vellem traderes, quam tres illi viri, quod R. V. nouit, ea legis-  
 sent,

P 5 sent,

S.  
 eresia

peca  
 in vi  
 108



sent, cum fuerint, & etiamnum modò sint, Confessarij mei. Si enim alius momenti hæc sint, æquum est bonam illam quam de me habent, opinionem deponere, sin momenti alicuius, si modò sint probi & docti, facile eos visuros scio, vnde nam ea veniant, & laudaturos illum, quæ me illa dixit. Tuam illius Maiestatis Reuerentiam semper tueatur, ut sanctam faciat, vt per Spiritum & lumen tuam miseram hanc creaturam tam parum humilem, & valde præsumptuosam, vt pote quæ tam summa describere præsumpserim, cum propositum & intentio mea sit, non errare, sed obedire, & vt mediante me Dominus aliqua ex parte laudetur (hoc quippe est, quod iam abhinc annis multis illum rogavi) & quæ ad hoc ipsa me delituunt opera, hinc causa sum in ordinariam hanc vitam meam scripto digerere: quanquam non plus ad hoc diligentia & temporis impenderim, quam quantum, ad eam scribendam, me impendere oportuit, sed quam potui simplicissimè & verissimè dicendo quidquid erat & in me factum est. Deit Dominus, quoniam & potens est, & illi vult, valet, vt in omnibus sanctam ipsius voluntatem adimplere noverim, & animam illam, quam tot artibus & modis, ac toties macillas per inferno eripuit, sibi que vindicauit, perire non sinat. Amen.

SPIRITVS SANCTVS SIT CVM REV. V. A.  
semper. Amen.

**N**ON abs re foret, si, quem in hoc scriptiois officio laborem suscepi, vni Reu. V. estram exaggerarem, vt hæc te ratione obstringerem. Et merito hoc facere possem: cum vna hæc mei delineatio & descriptio, ac tot miserarum rerum in memoriam reuocatio, mihi perdifficilis fuerit, & multarum profusarum lacrimarum (vt ingenue confitear) longè mihi fuerit grauius, gratias quas a Deo recepi, quam quas aduersus illius Maiestatem admissi offensas describere. Feci, quod R. V. annuixit, scilicet quod hac conditione me in scribendo diffuderim, vt tu vniuersam tuam præstes, quod mihi spondidisti, laceres, inquam, quod tibi displicebit. Novissimum quod scripseram relegeram, cum id R. V. sibi mitti postulauit. Occurrentibus tamen quædam non satis declarata, alia etiam vis posita: tempus enim quod habebam, paruum & angustum fuit, vt scripta relegere ac reuiderere non potuerim. Rogo R. V. illa corrigat, simul & transcribi iubeat, si ad R. P. M. Aulicam ea mittenda fuerint: namq; manum meam & characterem agnosceret. Vellem sanè omnimodis hæc optideret, cum hac intentione primum ea scribere ceperim. Per magna quippe mihi conuersioni futurum est, si ipse me bonam ambulare viam iudicavit, cum aliud mihi sciendum non super sit, quantum in me, R. V. est in omnibus faciat, prout ipsi experiri debetur, & obligatam se norit ei, quæ animam suam ipsi totaliter concedit. Tuam

Qua eius  
fuerit in  
tio scribendi  
viam  
suam.



quod vnam Domino identidem commendabo: quare illius Maieitati quanto magis ser-  
uare conare, quo mihi auxilio esse possis. Ex is ergo que hic refero, facili negotio R. V. ad-  
scribetur, quam suam quis laudabiliter & bene operam impendat, cum se (vbi R. V. iam ca-  
pitulum offert ei, quis ita sine mensura ac modo se nobis dat: sic ipse in eternum benedi-  
ctus, fieri nonq. nos (que eius misericordia) simul futuros, vbi R. Vestra, & ego clarius  
magis illas, quas fecit nobiscum gratias, vjuri, eumq. in perpetuas aternitates laudatu-  
rum. Amen.

F I N I S.



Liber hic absolutus est anno Dom. M. D. LXII. mense Iunio,  
videlicet cum illum primum sine vlla capitum distinctione  
conscriptum. Nam exinde ipsum denuo rescribens, per capita di-  
stinxit, multa que post primam scripturam contigerunt, vti  
est monasterij S. Iosephi de Auila fundatio, in secunda adiunxit.

MAGISTER F. LVISIVS LEGIONENSIS  
Lectori Salutem.



NA cum libri huius anographo venerunt ad manus meas scheda que-  
dam ipsius S. Matris Terese de Iesu manu exarata; in quas vel ad me-  
moriam proprie vsu, vel vt omnia ad Confessarios suos referret, alia que-  
dam qua Deus ei dixerat, nec non gratias quas ab ipso acceperat, preter  
cas que hocce libro continentur, retulerat: quas mihi prioribus illis vi-  
sio est adiungere, quod ad animarum adificationem non mediocriter facere videan-  
tur. Vnde etiam eas ad litteram, & prout à S. Matre scripta sunt, huc adfero.  
Ita autem ait:

QVADAM die Dominus mihi ait: Putasne, filia, meritum in frui-  
tione & gaudio situm esse? minime: nam non nisi in operando, pa-  
tendo & amando situm est. Non audisti Apostolum Paulum am-  
plius quam semel gaudium coelesti frutum, ac sepius passum esse: vitā quo-  
que meam passionem plenam fuisse vides, & non nisi semel, in monte  
Thabor.

S.  
Teresapara  
in vi  
158



Thabor, in gaudio me fuisse audis. Noli putare, cum matrem meam, re  
 suis in vlnis continentem vides, illam sine magna amaritudine, & con  
 tento illo gaudio fruitam fuisse; iam inde enim ab eo tempore, quo  
 meon illam doloris gladio transfigendam dixit, clarum ei Pater meo  
 lumen infudit, quo illustrata videret, quid mihi patiendum esset. Ego  
 quoque Sancti, qui in deserto vixerunt, quoniam à Deo dirigebantur  
 impellebantur, hinc magnis sese affligebant austeritatibus, grane adhe  
 rum à Demone, tum à semetipsis certamen patiebantur; propterea in  
 omnibus. longo tempore, omni consolatione spiritali destituti erant.  
 Hoc ergo velut certum crede, filia; quæ Pater meus maximè diligit, im  
 plus laborum & afflictionum submittere; & labori amorem conferre  
 esse. Quanam in re melius tibi illum possum ostendere, quam hoc ipse  
 tibi volendo, quod volui mihi merippsi: Intuere hæc vulnera; nam hæc  
 doloribus nunquam dolores tui pares erunt. Hæc est via veritatis. Hæc  
 igitur cum audias, ipsa me in hominum mundanorum perditione dis  
 catura deploranda adiuuabis; ut pote quorum omne studium, desiderium  
 cura & cogitatio in ijs, quæ hisce contraria sunt, conferendis impeditur.  
 Cum ergo me illa die orationi dare cepissem, ita caput mihi doluit,  
 impossibile mihi videretur, orationem tenere. Tum ait mihi Dominus  
 Hinc passionis & afflictionis mercedem colliges: quod enim in  
 indisposita esses, ad mecum loquendum, hinc ego tecum locutus sum  
 teque consolatus. Et sanè, penè se squihora spatio in recollectione me  
 tis fui, & interim illa quæ dixi verba nec non reliqua omnia mihi dixit.  
 Nihil penitus hic distracta fui, & nesciebam vbinam essem; sed tamen  
 me voluptatem & gaudium sensi, ut eam eloqui non possem, & iam  
 capitis grauedo (quod sanè mirabar) abierat, sed contra ardens quæ  
 dam patiendi mihi mansit desiderium. Monebat insuper sepius vobis  
 borum illorum, quæ suis olim Apostolis edixerat, recordaret, vultum  
 non debere seruum maiorem esse Domino suo.

Quadam Dominica Palmarum, statim à communionem perceptam  
 in spiritu rapta fui, ut ne sacram hostiam quidem deglutire possent  
 cum eam adhuc linguâ continerem, & iam non nihil mihi redolere  
 verè mihi videbar os sanguine repletum habere, nec non faciem, qua  
 torum corpus meum eo penitus persusum videbatur; & is adhuc calen  
 re, tanquam si eum Dominus recenter effudisset: quam autem tenuerem  
 tiebam, dulcedo nimis quam magna erat: & ait Dominus ad me: Valde  
 lia, sanguinem meum tibi prodesse, & noli timere ne mea tibi debeat  
 misericordia: hunc ego tanto cum dolore effudi, & tu tanto cum gaudio  
 dio, uti vides, eo fructus. Voluptatem quam mihi hoc die attulisti, non  
 quam satis tibi rependo. Hoc dicebat, quia iam plus quam à triginta

*Quæ via  
 veritatis.*

*Premium  
 passionis.*

*Os illius  
 in com  
 munionem  
 plenum  
 fuit san  
 guine.*



nis consuetudinem habeo hoc die, si quo modo possim, sacrae commu-  
nionis adeunda, & animam pro modulo meo ad Dominum hospitio re-  
cipiendum disponendi: semper enim nimis quam magna mihi vita fuit  
in humanitas & immanitas, quam erga ipsum tunc Iudæi ostenderunt,  
quod postquam eum tam honorificè in urbem introduxissent, tam pro-  
cul ab ea foris carnatum abire sinerent. ego autem fingebam, illum  
apud me diuersari & manere; sed erat id, vt quidem video, satis incom-  
modum diuersorium. Itaque stupidissimas quasdam & simplices consi-  
derationum imagines mihi fingebam; eas tamen Dominus admittere in  
bonum voluisse videtur: hæc quippe vna de visionibus est, quas vt certif-  
simus habeo; itaque mirè mihi ad communionem sumendam profuit.

Quodam in libro legeram, imperfectionem quamdam esse, pretiosas  
& ornatas habere imagines, vnde quamdam talem, quam in cella habe-  
bam, me abdicare cupiebam. Quin etiã antequam in libro illo legis-  
sem, paupertati mihi conforme & conueniens videbatur, non aliã, quã  
chartaceas imagines habere; & postquam id iam legeram, alterius gene-  
ris eas habere planè noluissem. Sed dixit mihi Dominus, quomodo re-  
feram, id quod cum minimè de eo cogitarem; nimirum non esse eã, bo-  
nam mortificationem; & vtram censerem meliorem, paupertatem an di-  
lectionem; itaque cum amor longè sit melior, nequaquam omne id quod  
me ad eum excitare posset, relinquendum aut fororibus meis auferen-  
dum videri; librum verò non de ipsis imaginibus, sed de nimio ac super-  
fluo illarum ornatu ac pretiositate loqui. Atque hoc esse, quod cum hæ-  
reticus diabolus facit, quod videlicet omnia ipsis eripiat media, quibus  
ad rectè de Deo sentiendum possent excitari, atque ideo eos pessum ire  
& petire. fideles autem meos, filia, hoc tempore magis quam vllò alio  
contraria ijs, quæ ipsi faciunt, facere oportet.

Cum quodam tempore mecum perpendere, quanto maiore cum  
puritate viuamus tum, cum nullis distinemur negotijs, & quantis ipsa  
licere deberem imperfectionibus, ac quoties labi, cum iis me implico;  
Dominum mihi dicentem audiui: Non potest esse minus, filia; vnde da-  
operam, vt in omnibus bonam habeas intentionem & denuationem, ac  
respice me, vt, quæ tute facis, conformia esse possint ijs quæ ego feci.

Cogitans apud memetipsam, quid causa esse posset, quod iam penè  
nunquam publicè in exstasi sublimè rapeter, eum mihi dicentem audi-  
ri: iam id non conuenit, satis quippe iam auctoritatis habes ad id,  
ad quod te destino: ad imbecillitatem maliciosorum hominum respici-  
mus.

Quadam die anxie sollicita & dubitans cum essem: num in Dei gratia  
ceterem, nec ne: dicebat mihi: Magna est, filia, inter lumen & tene-  
bras

Q

bras

S.  
heresiapura  
in vi  
me*Quam sit  
bonum ha-  
bere ima-  
gines sed  
sollicita  
curiositas.**Negotia  
sunt dis-  
tractionis  
causa.**Cur iam  
publicè in  
exstasi  
non rapem-  
retur.*



bras differentia: ego sum fidelis & nemo peribit, quin hoc intelletum fit. ille seipsum decipiet, qui per spirituales dulcedines sibi securitatem spondebit: et eam vera securitas est, bonæ conscientie testimonium. Nemo autem putet, se seipso in lumine permanere posse: perinde ac ehere non potest, vt nox naturalis non adueniat. hoc namq; à meo gremio dependet. Optima autem ad lumen retinendū ratio est, si anima nihil seipsa posse omnia autem à me sibi prouenire, intelligat. nam, esto quomodo in lumine sit, in momento tamen, quo me ab ipsa subduco, non illi superingruet. Hæc vera est humilitas, vt nimirum intelligat anima, quæ ipsa possit, & quid ego. Quæ ego tibi trado documenta, noli negligenter scripra referre, ne quando eorum obliuiscaris, cum quæ tibi huiusmodi dant, monita etiam scripto committere velis.

*Quæ vera  
sibi humilis  
est.*

In vigilia festi S. Sebastiani, in primo anno quo ad Incarnationis monasterium veni, cum iam inciperent, *Salve Regina*, Deiparæ in matrem magna Angelorum multitudine stipatam, versus Priorissæ sedile, cuius Virginis imago superposita est, vidi descendentem; & in eo ipsa sedere videbatur. Tum porro imaginem nullam videbam, sed ipsam, cuius locum B. Virginem; quæ imagini, quam Comitissa aliàs mihi dederat, aliquo modo videbatur esse similis; esto id ego, non nisi quam celeritè, sem agnoscare, quod statim sublimis à terra sustollerer. Multos autem supra sedilium coronices & reclinatoria, videre mihi videbar Angelos, tametsi non in corporea specie; erat enim intellectualis visio. Atque hoc in statu mansi, quoad usque Laudes finirentur: illa autem dicitur mihi: Optimè fecisti quod hoc in loco me collocasti: nam Laudibus eius filio meo hic cantabuntur, interero, easque illi repræsentabo.

*Virgo se  
diferi pu-  
ant, quod  
eius ima-  
gini sit.*

Cum se Confessarius meus quadam vespere magna cum festinatione aliorum, à quibus premebatur, negotiorum causa euocatus, subduxisset, aliquantulum temporis in dolore & pressura hæsi: & quæ nulli protus terrenæ creaturæ affectu mihi videar adherere, hinc cogit me mea caput conscientia, ne hæc forte liberatè iam amittere inceperat. Contigerat hoc vespere; postridie autem mane, super hac re Dominus mihi respondens ait, ne mirarer: sicut enim mortales aliquâ suorum bonitatem & contubernia ambiunt, vt voluptates suas sensuales cum ipsi communicent, sic etiam anima gaudia & dolores quos habet communicare potest, si quando aliquè horum intelligentè reperit, contristatur autem cum inuenit, quorum communicare inuenit. Quod autem aliquando Dominus apud me hæreret, venit mihi in mentem, aliquando me Confessario meo dixisse, hæc visiones quanto cyus præterire: Dicebat autem Dominus, inter huiusmodi visiones & imaginarias discrimen esse posse in gratijs, quas nobis ipse facit, certam aliquam datæ regulæ

*Anima  
gaudia &  
dolores  
suos cum  
aliquo  
commu-  
nicare po-  
test.*



parentem & expediens esse, vt modò huius, aliàs alterius generis es-

Quadam die, post communionem perceptam, apertissimè vidi, Dominum se ad latus meum collocare, qui me quam suauissimè cœpit consolari, inter alia dicens: *Viden' me hic, filia, quod ego sim: profer manus tuas.* His autem ipse accipere & ad latus suum applicare videbatur, dicens: *Vi-*

Maec quodam mihi in oratione agenti magnus incidit raptus, videbaturque Dominus spiritum meum sublatum, iuxta Patrem suum celestem collocare, eique dicere: *Quam tu mihi dedisti, illam tibi ego reddo;* videbaturque ipse me ad se attrahere. Non est hoc imaginarium quid, sed veri magna cum certitudine & tam spirituali cum subtilitate fit, vt nõ facile declarari possit. Quædã mihi verba dicebat, quorum non satis iã memini; quædam erant de gratijs, quas mihi facturus erat. Ad aliquod portu temporis spatium me apud se detinuit.

Cum secunda quadragesimæ feria in monasterio S. Iosephi Malagonensi à sacra communione surgerem, Saluator noster Iesus in imaginata quadam visione (prout solebat) mihi apparuit: cumque illum aspicerem, vidi, illum loco coronæ spinex, magni luminis coronam circum totum caput habuisse; eodẽ haud dubiè in loco, in quo fuerat à spinea vulneratus. Et quia mirè erga mysterium coronationis Domini afficior & feruor, hinc magne hoc mihi fuit consolationi; & cogitare mecum cœpi, quã graue hoc illi tormentum fuerit oportet, quod tot illi vulnera simul intulit; & cœpi contristari, sed mox Dominus mihi ait, nullatenus ei ob hæc vulnera, sed ob alia plurima, quæ sibi modo inferebantur, compaterer. Petebam ergo, ecquod his adferre remedium possem: esse enim me ad omnia paratam. Aiebat, non esse iam quiescendi tempus, sed hæcce monasteria, quam possem celerrimè, perficere contenderem: quod in monia-

Q9 2

lium

lucum habebat, qui ipsa qua hic dicit, ei significabat. Ex eo etiam quod Christum, post suam in celum ascensionem, non amplius in terram descendisse dicat, multò minus efficitur, illum multis locis suis se visibile non exhibuisse, & cum illis sermonè non misuisse: sed id ita intelligendũ, non quod illis non visibilis esset, sed in illis & animas illorum ad sese suscipere, quòd ipsum & viderent & audirent, quem admodum de S. Stephano & S. Paulo in Act. Apost. legimus.

Non hic dicit S. Mater (gratiã in-tillexit nonnulli, sed errant) quod Christi humanitas hic cœlo descen-derit ad eum illa loquendũ, quod iam inde ab ascensione nulli habitus hæc gratiam fecit. Nam uti hinc videtur colligere est, recon-ter tunc à Sacra Cõmuniõne S. M. vanebat, unde in ipsis SS. Sacra-menti specibus Christum intra se &

S. aresia

para  
NVI  
108



hum animabus ibi vellet quiescere; quare omnes, quæ sese mihi præ-  
 tarer, admitterem. plurimas namq; esse, quæ sibi non seruiret, quod lo-  
 cum non inuenirent. volebatque monasteria, quæ paruis in opibus con-  
 structa essent, paria esse huic: quod in illis æquè multū possent, habere  
 idem quod in alijs sit, faciendi desiderio, promereri. Adhæc operam  
 re, vt omnia vnus Superioris regimini subderentur; ac ne pax inter  
 ob ea quæ ad corporalem necessitatem, spectat, vllatenus violaretur  
 enim se facturum, nihil nobis vt ad victum necessarium decesserim  
 rem verò ægrotantium curam haberem; Superiorem quippe quæ  
 aliquam deserit, & delicatius non habet, similem esse amicis Iob  
 que ad animarū ipsarum commodum ipsas percutere, & illos patienter  
 ipsarum in discrimen adducere. Mandabat adhæc, vt horū monasteriorū  
 rum foundationem describerem. Ego vero cogitare mecum cepi, in  
 modo: de Medinensis enim Conuentus fundacione nihil me in re  
 quod scriptio dignū foret. Vnde mihi respondit Dominus: Quæ  
 plius videre vellē, cum fundatio illius miraculosa fuisset? quasi velle  
 cere, se solum illam perfecisse, quod illius peragēda medium nullatenus  
 se videretur, itaque quod mihi mandabat, executioni mandare de-  
 cernere.

*Fundatio  
 nes domo-  
 rii Ordinis  
 ois mira-  
 culosa.*

Tertia septimana post ascensionem Domini in celum proxima  
 ria, cum post communionem acceptam, aliquantulum temporis  
 tione mea desolata fuissē & afflictā, quod ita distraheret, certe vt  
 harere non possem; de misera natura apud Dominum conquesta

*In SS. Tri-  
 nitatis cō-  
 spectū pro-  
 ducta fuit.*

Animam autem meam mox accendi & inflammari cepit: totam namq;  
 sanctissimam Trinitatem coram me presentem cernere videbar  
 intellectuāli quadam visione; adeo vt anima mea certo quodā  
 tationis modo, quasi per quamdam veritatis figuram (quo mea  
 ditas melius intelligeret) apertè intellexerit, quomodo Deus simul  
 sit & vnus: vnde etiā mihi videbatur, quod omnes tres personæ  
 querentur, quæ se in anima mea distinctè representabant, dicētes,  
 hac die tribus in rebus in me ipsa emendationem percepturā (quod  
 per duarū singulæ aliquā mihi gratiā facerent) videlicet in amore,  
 tiendo gaudenter & exultanter, deniq; in amorem hunc cum quā  
 anima mea inflammatione sentiendo. simul etiam intelligentiā illorū  
 pi verborū, quibus Dñs tres personas in illa, pmitit anima futura  
 in Statu gratiæ est. Cum autem deinde, ob tam singulare donam  
 Domino agerem, & hoc ipso me indignam reputarem, magno cum  
 etu & sensu Maiestatem illius alloquens, dixi, Cur, cum tam  
 mecum vt vellet misericordia, me ita dimississet, vt ad tantam  
 prolaberer (pridie namque mirē me ob peccata mea affligeram,  
 mihi ab oculos ponens) vnde manifestè intelligebam ac videbam,



nam Dominus à parte sua, iam inde à prima mea pueritia, fecisset, vt effi-  
cillimis medijs me ad se pertraheret, & quam illa omnia parum mihi  
profuissent. Vnde immensum Domini, quem nobis in his omnibus ad-  
mirandis, cum ad ipsum iam conuerti volumus, ac mihi magis, quam  
illi alij (si que ob varias causas) declarat, amorem facile perspexi. Vi-  
dentur porro mihi tres illæ personæ quas vidi, quæ non nisi vnus  
fuit Deus, ita animæ meæ impressæ mansisse, vt me tam diuino con-  
seruato, siquidem id diutius durasset, non vnitam manere, impossibile  
fuiſſet.

Alio tempore, paulò antequam illud quod iam dixi, cõtingeret, Sa-  
cræ iam Communionem aditura, priùs quàm hostiam quæ adhuc ci-  
borio continebatur, suscipere, vidi velut columbam, quæ alas suas cum  
strepitu quodam adinnicem concuteret: quod me visum ita perterruit &  
suspendit, vt magnam mihi met ipsi vim ad Ven. Sacramentum suscipi-  
endam facere oportuerit.

Omnia hæc in S. Iosephi templo facta sunt Abulæ, in quo etiã olim  
hæc mihi verba dicta sunt: Tempus veniet, cum isthoc in templo mul-  
ta miracula contingent, vnde ipsum, templum Sanctum appellabi-  
tur. Illud ego in templo Sancti Iosephi Abulæ intellexi, anno Domini  
M.D.LXI.

Cum aliquando apud me cogitarem, an non meritò vereque me  
culpant, quibus displicebat, quod foras ad alia fundanda monasteria  
concederem, vt quibus satius videbatur, vt semper & continuò orationi  
inhiærem; dici mihi cælitus audiui: Quam diu vita hæc trahitur, lucrum  
non tam situm in eo, quod quis me frui omnimodis conuitatur, quam in  
voluntate mea facienda. Quod autem S. Paulus de reclusionem mulierum  
agat (hoc quippe non ita pridem mihi dictum est, & etiam alias id in au-  
ditu meo) videbatur mihi, Dominam fortasse velle, vt & ego in clauſtro  
meo manerem: sed ipse mihi dixit: Dic illis, non secundum vnã S. Scri-  
pturæ partem ipsos debere procedere, sed etiam alias intueri. & pete, num  
manus mihi vincire velint?

Cum quadam post Octauam Visitationis B. Mariæ die, in aliqua  
montis Carmeli cellula pro fratre meo Dominum rogarem, ei (an sola  
cogitatione, nescio) dicere memini: quare frater meus tali in loco est, in  
quo ei salutis amittendæ discrimen impèdet? si quem tu orû, Dñe, fratrum  
tali in periculo constitutum cernerem, quid non ad illum eo eripiedum  
facerem? nihil, quod quidem in potestate mea fuisset facere, illius  
causa ommissura fuisset videbar. Tum Dominus ad me: sorores Incarnatio-  
nis, o filia, filia, meæ sorores sunt: & tu quiescis? sume igitur animum, cõ-  
sidera me id cupere, non est tam graue quam ipsa putas. Et quod in causa  
futurum

Q 9 3

S.  
eresia

pecc  
N. VII  
188

Videt co-  
lumbam  
cum Sacra-  
Commu-  
nionem  
adit.

Plus profi-  
citur vo-  
luntatem  
Dei facie-  
do quam  
semper  
fructu  
Deo.



futurum esse credis, ut alia domus iacturam faciat, inde tam huic quam illi lucrum accedet. Noli hoc impedire; nam ingens mea est potentia.

Consideranti mihi, & mente agitati, austeritatem & penitentiam quam spiritualis quaedam mulier agebat; & quod ego, pro desiderio quod mihi illius agenda Dominus aliquando dederat, maiorem facere poterem, nisi, quo Confessarijs meis obedirem, eam cogitationem deponerem; ac num satius esset in posterum, illis eam dissuadentibus, non parere; respondit Dominus: Nequaquam, filia, per bonam & securam viam ambulas. Videsne omnem illius personae penitentiam; equidem tuam obedientiam pluris facio.

*Obedientia  
meritum*

Quodam tempore in oratione agenti mihi, Dominus per modum intellectualis visionis ostendit, quis animae in gratia constituta sit status, apud quam, & cum qua, per oculos intellectus, SS. Trinitatem agere videtur: cuius est contubernio quaedam anima illa potestatem accipiebat, qua ei in mundum uniuersum ius ac dominium dabat. Ipsi quoque intellectus sensum illorum verborum Cantici Canticorum, *Dilectus meus descendit in hortum suum*. Ostendebatur mihi quoque, quis animae in peccato mortali agentis esset status; utpote, quae sine vilo robore & potentia est, & caligat hominis vndique vincti, constricti, & oculos velati, qui, esto velit, procedere nequit, ut nec incedere, nec audire, & in densa agit caligine.

*Anima in  
peccato  
mortali a-  
gentis quae  
status &  
imposita.*

porro huiusmodi animabus compatiebar, nullus ut labor, quantumvis magnus, mihi non videatur quam leuissimus, ad vel vnam liberandam. Videbatur mihi impossibile, aliquem ita hoc videntem, ut id ego non (quod exposito perdifficile est) aut tantum velle bonum amittere, sed in tanto malo agere.

Cum in Incarnationis monasterio agerem, in secundo Prioratus anno, in octava festi S. Martini, & iam iam sacram communionem perceptura essem, F. P. Ioannes à Cruce sacram hostiam in duas partes, quarum vna mihi, altera alteri forori cederet, diuisit. Equidem id illi non tam quod hostiae deficerent, quam ut me mortificaret facere poteram, quod me libenter magnas in Sacra Communione hostias accipere illi dixissem, esto scirem id nihil referre, & propterea minus DOMINUM integrum & totum illic adesse, tamen participula etiam minima & minutissima sit. Dixit autem mihi Maiestas eius: Noli timere, filia, ut te aliquis à me possit separare; indicans, nullius momenti ac ponderis esse. Ac tum quidem imaginatiua quadam vultu mihi se, uti & alias facere solitus erat, valde intimè, spectandum dedit, dexteram suam mihi portigans, ait: *Aspice clauum hunc, in signum quod ab*

*Dominus  
eum in spon-  
sa à nuptiar. res, non solum tanquam Creatoris, Regis ac Dei tui, sed & vera & germana sponsa*



boni mem iam est tuus & tuus meus. Hæc gratia tales in me fecit effectus, ut illum vix caperem & velut mentis impos manerem, diceremque ad Dominum, ut vel meam abiectionem ac vilitatem propalaret, aut talè gratiam mihi non concederet: putabam namq; naturam meam illi ferendam impotem esse. Vnde tota die ab ea velut imbibita & valde absorpta manui. Magnum inde postea fructum sensi, nec non maiorem mei confusio- nem, & animi dolorem, ex eo quod nihil tantis gratis donisque dignum me hæcete viderem.

Cum in Toletano monasterio agerem, ac nonnulli mihi consule- rent, ne quem, nisi nobilem, in eius templo sepeliri sinerem, ait mihi Do- minus: Gaude, ecce errabis filia, si mundi sequi leges velis: oculis in me qui pauper sum, & quem mundus contempnit, conijce. putasne mundi huius magnates etiam apud me magnos fore? vtrum vos illustres aut ma- gnificas facies pro sapia, an virtus?

Quadam die ait mihi Dominus: semper afflictiones ambis; & cum iam in gruunt, repellere eas satagis: ita res dispono prout te velle scio, non propter sensualitas & imbecillitas tua vult. Sume igitur animum, cum, quã- tum te adiuuem videas: hanc te coronam lucrari volui: Matris meæ Or- dinem in vita & diebus tuis mirè propagatum ac multiplicatum videbis. Hæc mihi Dominus medio mense Februario, anno Christi M. D. LXXI. indicauit.

Cum pridie Pentecostes, in S. Iosephi domo Abula in eremitorio Nazaret, agerem, & insignem quandam gratiam, quam illo die, ab hinc viginti circiter plus minus annis, Dominus mihi præstiterat, in memoriã meam occidit, ingens quidam impetus & feruor spiritus subito me occupa- uit, meque sublatam à terra suspendit. In magna illa recollectione, dixit mihi Dominus id quod modò referam; nimirum Patribus illis Disca- pulis, ipsius nomine, denuntiarem, quatuor vt res obseruare satagerent: quum diu enim illas obseruarent, fore vt hæc Religio quoti die magis & magis cresceret; at si illas negligerent, à suo nosset principio declinare & fundamento. Prima erat, vt capita & superiores inter se consentirent. Secunda quamuis plures essent Conuentus, in singulis tamen pauci es- sent monachi. Tertia; cum sæcularibus hominibus rarissimè conuersa- rentur idque non nisi vt animabus ipsorum prodesse. Quarta, vt plus operibus, quam verbis, docere satagerent. Dictum hoc mihi est anno sa- crati M. D. LXXIX. Et quia res hæc verissima & certissima est, hinc meo nomina subscripsi.

TERESA DE IESV.

S.  
Teresa

para  
N. VII  
108

Quatuor  
res Domi-  
nus Patri-  
bus Dis-  
cipulis  
præcipit.



